




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
8
27 K
21
ROMA



Antonius Bancherius

LEONIS ALLATII
DE
OCTAVA SYNODO
PHOTIANA.

Annexa est,


IOANNIS HENRICI HOTTINGERI
Disputationis Apologeticæ, de Ecclesiæ Orientalis atque Occidentalis tam in Dogmate, quam in Ritibus dissensu, &

IVVENIS VLMENSIS
Exercitationis Historico-Theologicæ de Ecclesia Græcanica Hodierna

REFVTATIO.







ROMAE. Typis S. Cong. Propag. Fidei, Anno. 1662.

LEO ALLATIVS
LECTORI SVO.

HOTIVS, infœlix atque ærumnoſum Eccleſiæ Catholicæ nomen, equeſtri nobilique loco natus, præclara eruditione atque doctrina conſpicuus, magnarum etiam aliarum artium inſtructiſſimus, ſed ingenio vafro, nequitia ſingulari, ambitione putida, ideoque ad omne facinus nefaſque delectus, cum inaudita omni memoria fraude Ignatium Virum

sanctissimum submouisset, & thronum Constantinopolitanum occupasset, se in eo statu neque tutum, neq; extra periculum vllo vnquam tempore reputans, nisi approbatorem firmatoremq; suæ dignitatis Pontificem Rom. haberet, cuius erat similia statuere, scripsit ad Nicolaum per id tempus Ecclesiæ Catholicæ moderatorem, demisso atque humili animo approbationem exposcens. Nicolaus in se causam assumens, Photij, & Ignatij iuribus examinatis, incorrupte sententiam protulit, Sedem Ignatio adiudicauit, amissam iniquissimis dolis dignitatem restituit, & restitutam integre conseruauit ipse, & Concilium Constantinopoli celebratum audiens, & obediens obfirmatis decretis Pontificijs, Pho-

tium

tium alieni aggreſſorem condemnauit, & ex vrbe patria expulſum relegauit. Hæc Acta Concilij auctoritati Pontificiæ innixa in ea dignatione fuere, vt Octauæ Synodi Oecumenicæ locum occuparint, & apud Græcos ipſos nomen tenuerint Octaui Concilij Generalis. Quid interim geſſerit Photius, & quibus machinis decreta Nicolai, & illius ſucceſſoris Adriani infirmare conatus fuerit, fuſé proſequuntur tum Græci, cum Latini Hiſtorici. Ijs tamen cum obniterentur Pontifices, licet ille plurimum laboraret, nihil profecit, donec Ignatius manſit in vita; quo demortuo, Sanctabareni malis artibus, & Photij commentario de Baſilij Imperatoris ſanguinis propage, circumuentus Baſilius procu-

rato consensu Ioannis Pontificis, rursus denuo Photium Patriarcham recreat, conuocato Concilio, Legatis Ioannis interuenientibus, & omnia vno ore comprobantibus. Concilium callide procurauerat Photius, vt sui restitutionem constabiliret, sciens, Pontificem, siue Presbyterum, siue iuste, siue iniuste condemnatum eiectumq; per Concilium in locum pristinum, vnde cecidit, restitui non posse, crimen ab Arianis obiectum Athanasio,& Ioanni Chrysostomo a Theophilo Alexandrino. Et hæc etiam Synodus sic a Photio siue conficta, siue vere coacta, vel in parte vel in omnibus,sub Octauæ Synodi nomine innotuit apud Græcos Schismaticos. Hinc vt vides, Lector eruditissime, duæ Synodi sub nomi-

mi-

mine Octauæ circumferuntur, altera tempore Nicolai, in qua deponitur Photius, Ioannis altera, in qua restituitur. Hanc Schismatici exosculantur, illam Catholici, quam & re ipsa congregatam esse & celebratam nemo, nec etiam ex Schismaticis in controuersiam vertit. Hanc sub Ioanne Schismatici celebrant, & lambunt: an vero celebrata sit, multi dubitant, nonnulli per omnia, alij tantum de actione postrema dubium mouent, in qua recitatur Symbolum absque additione, & anathema dicitur contra addentes, dementes, mutantes: & legitur Ioannis Epistola, in qua fatetur, nihil additum in Symbolo, & prospecturum se in posterum, ne quid addatur. Quæ omnia supposititia esse ex ingenio

Photij, qui ſimilia, & alias ſæpius nequiſſimo auſu pertentauerat, & mendacijs confictis aduerſus Nicolaum Pontificem, & Ignatium, viros a culpa innocentiſſimos inſurrexerat, ex Græcorum ipſorum, & Schiſmaticorum potiſſimum, remota omnis dubitationis nebula, demonſtrauimus. In quibus enarrandis, cum deprehendiſſemus Robertum Creyghtonum Præfatione ad Lectorem in Hiſtoria Concilij Florentini recens ab eodem Græce & Latine mala fide edita, innumeris erroribus implicari, & veritatem nemini non patentem offuſis tenebris præuertere, eius dicta acriori examine, ſed ingenuo ſubiecimus. Inter hæc porro peruenerunt ad manus, neſcio cuius Iuuenis e Sueuorum gen-

te

te bellicoſiſſima Exercitatio Hiſtorico-Theologica, de Eccleſia Græcanica hodierna, & Ioannis Henrici Hottingeri, nullo numero hominis, Diſputatio Apologetica, in quibus vnionem meam inter Eccleſiam Orientalem atque Occidentalem, & conſenſum vnanimem in diſſenſum, & diſcordiam reducere conati ſunt. Sed eos neque ſua probare, neq; mea conuellere potuiſſe, patet, cum rationibus pro me adductis, auctoritatibus, & teſtimonijs ex ipſius Eccleſiæ Græcæ fontibus, & Libris Ritualibus in dies ſingulos palam populo lectis nullo modo reſponderint. Quidquid enim attulerunt, id omne conſenſum potius non diſſidium comprobat. Nam etiam ſi concedamus, quæ ipſi diſſidia in-

ter

ter has Ecclesias ementiuntur, vera esse, nihilominus argumentorum momenta pro consensu adhuc sibi constant cum multo plura commemorentur, quibus distant a Reformatis. Et nugatoria sunt, quæ ex aliorum testimonijs diducunt: Ridicule enim concluditur, hic vel ille dicit Græcos agere, vel dicere; Ergo Græci, vel Ecclesia Græca agit, & dicit. Quamuis etenim Græca Ecclesia ex Græcis consistat, non ideo tamen quidquid singuli Græci dicunt, Ecclesiam Græcam dicere asseuerandum est. Nam in ea Ecclesia fuere & perditi animi homines, & Hæretici, & Schismatici, & quid non? Pestes tamen similes non infecerunt Ecclesiam, sicuti nec Occidentalem similes sortis homines. Et perridiculus esset

ſet, qui argumentaretur Zuinglius dicit, Caluinus ſcripſit, Lutherus docuit, Hottingerus inſanit, alius quiſpiam ineptit. Ergo Eccleſia Occidentalis dicit, ſcripſit, docuit, inſanit, ineptit. Licet enim plerique prauarum religionum virus ſpargant, peſtiferas de dogmate opiniones diſſeminent, Pontificiam Eccleſiam impugnent, & tandem noxijs moribus labem, & vulnus conſcientiæ infligant, Eccleſia tamen Pontificia nunquam de præeminentia, nunquam de dignitate, nunquam de infallibilitate ſua decidit, ſed quo pluribus perſecutionum turbis, Hæreticorum machinis, male ſanorum hominum fraudibus concutitur, plus pluſque candido lumine claret, exacta ad omnem legem innocentia augeſcit, in-

intemerata fide rutilat, & sospite Deo sacrosancta, inuulnerata, & a blasphemijs; ac feralibus nefariorum hominum telis pudicissima, in summa rerum omnium potestate, vt aiebat ille,


Intaminatis fulget honoribus:
Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.

ELEN-

ELENCHVS
CAPITVM.

Octa-

Alla-



APPROBATIO.

IVbente Reuerendissimo P. Raimundo Capisucco sacri Apostolici Palatij Magistro, legi Tractatum hunc De Synodo Octaua Photiana, *a Clarissimo viro Leone Allatio Bibliothecæ Vaticanæ Primo Custode compositum. Quod ob multiplicem Ecclesiasticæ veritatis elucidationem, dignum existimo, quod typis in lucem edatur, cum nihil fidei moribusque Christianis aduersum contineat; Sed potius ad eruditionem, ac puritatem Ecclesiasticam augendam non leue fulcimentum allaturum videatur. Romæ.* 20. *Octobris* 1661.

D. Ferdinandus Vghellus Abbas Ordinis Cisterciensis.



Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. Patri Magistro Sac. Palatij Apostolici.
O. Archiepiscopus Patracensis.



Imprimatur.
F. Raimundus Capisuccus Sac. Palatij Apostol. Mag. Ord. Prædicatorum.



LEONIS ALLATII DE SYNODO OCTAVA PHOTIANA.



CAPUT I.

Synodi coacta a Photio pro sui in thronum confirmatione, atque restitutione recensentur.



VID vero de Synodo VIII. Photiana sentiendum est? Eam veram ac legitimam Synodum, & quod magis est, Oecumenicam ex Schismaticis, & potissimum recentioribus plerique agnoscunt, eique titulum *Oecumenicæ* præ-

figunt. Inter eos non infimi nominis ſunt Georgius Gemiſtus, Philagrius, Bryennius, & qui illius Canones illuſtrare conati ſunt Theodorus Balſamo, ac Ioannes Zonaras. His adde Nilum Theſſalonicenſem, Macarium Ancyranum, & alios, ne ſingulos commemorem. Marcus Epheſius in Concilio Florent. Seſſ. Sexta, & in profeſſione ſuæ fidei dicit, hanc Synodum, quæ reſtituit Photium, priorem Adriani, auctoritate Ioannis, cuius adhuc ad Photium extant Epiſtolæ, abrogaſſe, & cenſuiſſe additionem in Symbolo penitus eſſe expungendam, & ex eo tempore, ad ſuum vſque diem a magna Conſtantinopolitana Eccleſia legi, Ἅπαντα τὰ κατὰ τῶν ἁγίων Πατριαρχῶν Φωτίου, καὶ Ἰγνατίου γραφέντα ἢ λαληθέντα, ἀνάθεμα. *Omnibus, quæ aduerſus ſanctos Patriarchas Photium, & Ignatium ſcripta, vel dicta ſunt, anathema.* Octauam Oecumenicam nuncupatam fuiſſe, Patres Concilij, cum alia maioris momenti vrgerent, dicta Epheſij, vti quibus tum reſponderetur minus digna neglexerunt. Nos infra illa examinabimus. & hæc quidem Græci ex ſchiſmate, qui ſuo fauentes Photio, non æque de alijs iudicant. Non deſunt alij & clarioris inter Græcos nominis, qui dictam Synodum vti legitime coactam, & celebratam recipiunt, ſed duas poſtremas Actio-

nes

nes Sextam nempe, & Quintam prorſus reijciunt, & argumentis ex eadem Synodo petitis tradunt, eas Photianorum eſſe aſſumenta. Ita Manuel Caleca lib. 4. aduerſus Græcos, Anonymus in Marg. Cod. Vatic. 1115. in Actione Sexta ipſius Synodi, quorum verba infra recenſebo. Sed vt teſtata dicas, quędam de temporibus Photij tibi prælibanda ſunt. Photius occupato Throno, exterminatoque Ignatio Patriarcha, videns etiam tum plurimorum animum ad Ignatium accedere, vt ſibi Principatum conſtabiliret, & Ignatij condemnatione populum ad ſui beneuolentiam conuelleret, Imperatoris, ac Bardæ imperioſo miniſterio Concilium ſibi adhærentium Epiſcoporum congregat. Sed cum neque eo modo res ad nutum procederent, legat Oratores ad Nicolaum Pontificem Romanum id vnum rogans, vt ſuos Conſtantinopolim ad extirpandam nondum prorſus extinctam Iconomachorum hæreſim mitteret; ſic enim ſui in throno confirmationem cum animo agitabat, ſcribens, Ignatium ob ſenium & eneruatas vires throno renunciaſſe, recepiſſe ſe in Monaſterium Inſulæ, in quo cum omni honore, & obſequio viueret. Decreto Nicolai Rodoaldus Portuenſis, & Zacharias Anagninus cum mandatis Conſtantinopolim veniunt, vt quæ-

ſtionem de ſacris Imaginibus alias iudicatam definirent: de cauſa inter Photium, & Ignatium inquirerent, & ad ſe referrent: cum Photio vti laico, non vti Epiſcopo communicarent. Sed cum Conſtantinopoli non approbaretur neq; Ignatij eiectio, neq; Photij in eius locum ſubrogatio, Legatis minus digne ſuſceptis per centum dies, cum alijs commercium interdicitur, tandem malis, metuque coacti Concilio numeroſiſſimo Epiſcoporum Photio fauentium in Eccleſia ſanctorum Apoſtolorum interſunt, in quo deductus Conſtantinopolim Ignatius accuſatur, criminis loco obijcitur, fauore Principum Eccleſiam occupaſſe, in S. Methodium prædeceſſorem ſuum contumelioſum, & iniurioſum extitiſſe, ideoque damnatus, & ſolemni ritu indumentis Pontificijs exutus, exauctoratur. Et hæc eſt Secunda Photij Synodus, quam Balſamo nimis inconſultus, & Græcis ipſis contra nitentibus Oecumenicam, tum ob præſentiam Legatorum Pontificis, tum ob multitudinem Epiſcoporum, Nicænorum Patrum numerum exæquantem, namque erant trecenti decem & octo, vocitat. Veruntamen qui conuenerant, cum ſuſpecti inimici Ignatij, & ipſius Photij mancipia eſſent, in iudicio illo ferendo inepti iudicati ſunt. Ob nefaria quoque

quæ iudicata, geſtaque ad nutum Imperatoris, qui eidem Concilio tanquam Iudex interfuit, & contra innocentes Epiſcopos, & Legatos Apoſtolicos multa machinatus eſt, *Latrocinalem Synodum* Nicolaus Pontifex congregationem illam appellauit. & apud Græcos, quod in primo congreſſu de cauſa Ignatij, in ſecundo de cultu Imaginum actum eſt, licet eodem loco eodemque tempore, & ab ijſdem celebrata *Primæ, & Secundæ* ſibi nomen vendicauit. Et hæc Conſtantinopoli ante damnationem ſuam Photius proterue, & maligna mente fingebat, & machinas contra Ignatium admouebat. Sed Romæ in Concilio Apoſtolicæ Sedis reſtituto Ignatio, Photio, & criminis ſocijs eiectis, depoſitiſq; Photius furore concitus, adnitentibus Michaële Imperatore & Barda Cæſare Conciliabulum præſidente Imperatore, nefarijſque hominibus, & Orientalium Sedium Vicarijs ſuppoſitis congregat, & in Romanum Pontificem falſa crimina comminiſcēdo anathematis ſententiam profert, compoſitoque libello ea de re, mille circiter ſubſcriptiones Antiſtitum de ſuo adumbratas inſerit, cum præter vnum & viginti, nullus prorſus repertus ſit tantæ impietatis fautor, reclamantibus reliquis, non poſſe Summum Pontificem ab inferioribus iudicari.

Tum ſcripſit ad omnes Orientales Patriarchas Epiſtolam de cogenda Synodo Oecumenica aduerſus Nicolaum, Latinam Eccleſiam multis appictis criminibus calumnioſe infamans. Poſt cædem Bardæ nihil ſe profeciſſe cernens, perſuadet Michaëli, vt coacta Synodo Nicolaum damnaret, a quo fuerat antea ipſe damnatus. Sic collectis ſuæ factionis Epiſcopis, ſubſtitutiſque alijs, qui vicem Patriarcharum Orientis tenerent, in Romanum Pontificem anathematis ſententiam a ſe in Concilio latam notam Italis per Legatos ſuos facit, conatus etiam Ludouicum Imperatorem inducere, vt Nicolaum a Sede deturbaret, promittens ſe proclamaturum illum Conſtantinopoli Imperatorem. Cæſo Michaële initio Imperij Baſilij plena Synodo Photius eijcitur, & reſtituitur Ignatius. Sed poſt multos annos fraudibus mire concinnatis, reconciliatus Baſilio, & vita functo Ignatio in Cathedram reſtitutus, Ignatianos diris vexationibus affligit, poſtea Pontificijs literis, quarum ille contextum immutauerat, detrahendo, quæ in Eccleſiæ Romanæ auctoritatem, & Ignatij laudem, vel in reprehenſionem ſuiipſius dicta eſſent, addendo multa in laudem propriam, & damnationem Synodorum contra ipſum celebratarum, ac deinceps omnia

pro

pro arbitrio confundendo, vt si vera cum immutatis comparentur, vix cognoscas, eam Photij versionem ad Ioannis Epistolas pertinere, in communionem receptus existimatur. Legatis itaque Romanis præsentibus, si tamen ea legatio vera est, & non conficta, nec non Episcopis Orientalibus Synodum celebrat, in cuius postremis Actionibus comprobatur fidei definitio in Septem Oecumenicis Synodis recepta, contestationibus additis, ne quid in ea ab aliquo adderetur, vel minueretur omnino, recitatumque est Symbolum Nicænum, siue Constantinopolitanum, ita quidem sugillans, damnansque Latinos, quod in eo apposuissent verba illa *Filioq;* Pari modo eadem de re inuenitur in multis Codicibus annexa ad Photium Ioannis Papæ Epistola ab aliquo nebulone, & forte etiam ab ipso Photio conficta, in qua eandem cum Græcis sententiam de processione Spiritus Sancti profitetur Pontifex, & se professurum in posterum promittit. Decretis Synodalibus subscribit Basilius Imperator, expressam addens improbationem eorum omnium, quæ contra Photium acta essent in octaua Synodo legitima, cui ipse subscripserat vna cum filijs, quos huic quoq; Photianæ Synodo subscribere voluit.

Hanc Synodum sub Octauæ Generalis no-

mine mirum est, quantum Schismatici venerentur, dum per eam & auctoritas Pontificia vulneretur, & sui Photij partes subleuentur, & additio in Symbolo, siue mauis processio *ex Filio* conuellatur. Sunt ergo Synodi coactæ à Photio, Prima post expulsum Ignatium ad reconciliandos sibi animos Præsulum: Secunda, qua præsidentibus Legatis Pontificijs Rodoaldo & Zacharia, Ignatius damnatur exauctoraturque, quæ a Nicolao Pontifice *Latrocinalis* appellatur: Tertia & quarta, quas ille post sui in Romano Concilio condemnationem coëgit, siue potius confinxit alteram aduersus Romanam Sedem, alteram aduersus Ignatium: Quinta post necem Bardæ, sub Michaële tamen, in qua aduersus Romanum Pontificem Nicolaum anathematis sententiam protulit: Sexta post obitum Ignatij, & sui cum Basilio reconciliationem, qua in Throno Constantinopolitano, Ioannis Pontificis, cuius & multas laudes prosequitur, literis, falsatis tamen, confirmatur, & in qua impudentissime suam auctoritatem etiam in Romanam iurisdictionem extendit, tantum non sibi Pontificem obnoxium faciens, & asserentes processionem *ex Filio* Spiritus condemnat ita, vt additio illa futuris etiam temporibus interdicatur,

CA.

CAPVT II.

Roberti Creyghtonis *de his ijsdem Synodis verba proferuntur, & numeratis mendacijs refelluntur.*

ET hæc de Synodis pro Photio, & contra Photium coactis vti solide, ita plene dicta sufficerent. Veruntamen cum Robertus *Creyghtonus* non probus, nec fidus, sed ad voluntatem recens nouæ Florentinæ Synodi Interpres, multa in vnum conuoluens, a veritate historica multum aberret in illis referendis, eius dicta hic apposita examinabimus, vt ex ijs tanquam ex vngue Leonem agnoscas, & quanti sit faciendus in reliquis, pateat. Verba illius sunt in Præfatione ad Lectorem pro vera, vt ipse nugatur, Historia vnionis non veræ inter Græcos & Latinos in Concilio Florentino, *In fortuna Photianæ mutabili decursu illud singulare arbitror contigit tres Synodos Oecumenicas intra octodecim annorum spatia celebrari Imperatorum, Paparum, Patriarcharum auctoritatibus approbatas*. Sola nempe *Creyghtoni* imaginaria apprehensione compositas. In prima, in qua depositus fuit Ignatius, intrusus Photius, nullus intercessit Paparum assensus, nullum Concilij etiam particularis decre-

cre-

cretum, sed mera potestas, & oppressio virum sanctissimum de solio deiecit: Namq; cum Ignatius in offensionem Bardæ incurrisset, & Sedis abdicationem sæpius ab Episcopis, ad hoc a Barda legatis, scribere pernegasset, & Patriciorum atque Iudicum machinis & pollicitationibus petitus non decessisset, sed firmus, immotusque in proposito stetisset, dignitatem constantissime propugnans, de solio eijcitur, & Photius in Vrbis regiæ Patriarchatum ab Ignatij aduersarijs, & a profanis magistratibus promouetur, consecraturq; a Gregorio Asbesta Episcopo Syracusano Constantinopoli tum de multis maleficijs reo immorante, & iam Romæ ob scelera exauctorato, & quem Ignatius in sui consecratione Sacris interesse minime voluit. Secutæ sunt variæ Ignatij relegationes in Insulas, & certamina; & cum tandem in Mitylenæ exul ageret, Photius sibi affinium, & pernecessariorum coacta Synodo in Apostolorum templo Ignatium absentem, non vocatum, non auditum anathemate ferit, & exauctorat, accusator idem & iudex, & depositioni illius non annuentes vinculis, & carceribus, & languoribus mactat: & vt gratiam aliorum captaret, mittit Romam ad Nicolaum Papam Oratores, Romanæ cupiens Ecclesiæ auctoritate Igna-

tij

tij condemnationem firmare, & testatam reddere, scribens Ignatium senio, morboq; confectum se munere abdicasse, commorari in Insula ab omnibus honore, & officijs cultum. His motus Nicolaus Zachariam, & Rodoaldum Episcopos ablegat, & coacta Synodo conuocatur Ignatius de oblatis sibi criminibus responsurus. Processit sacro Patriarcha ornatu indutus, quo inter eundum spoliatus, Synodo sistitur, condemnatur, & deponitur: quæ postmodum cum sciuisset Nicolaus Pontifex legatos Zachariam, & Rodoaldum exauctoratos anathemate percussit, Photium tyrannum, & adulterum pronunciauit, & Synodi suæ decreto deponit, omnesque ab eodem Photio consecratos, ipsumque Imperatorem cum omni eius Senatu per literas suas a cœtu fidelium excludit: Legatur vita Ignatij a Niceta scripta. Et si fides huius sapientissimi viri respuitur, adeatur Synodicum, cuius Auctor hæc eadem narrat. Φώτιος ἓν παρὰ τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς κανόνας τοῦ θρόνου ἐπιλαβόμενος, οὐκ ἐστοίχει τῷ ἡσυχάσαι, εἴσπερ ὠλίσθησεν, ἀλλ᾽ εἰς θυμὸν κινήσας τὸν Αὐτοκράτορα μετὰ μυρία δεινὰ ἐξορίζει πρὸς τῇ νήσῳ Μιτυλήνῃ τὸν ἀθῶον Ἰγνάτιον, καὶ συναθροίσας πονηρευομένων ἐν Βλαχέρναις συνέδριον, καθαιρεῖ μὴ παρόντα τὸν ἀδικούμενον, καὶ τοὺς ἀπαρνουμένους καθυπογράψαι τοῖς πονηροῖς; αὐτοῦ νεύ-

μασι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀντέχεσθαι, πάσης κακουργίας εἰργάζατο καταγώγια, περιορίζας ἔνθα καὶ ὡς ἠβούλετο. Ἐπιγνοὺς μὲν καὶ πρὸς τὸν Ῥώμης τὸν μακαρίτην ἐξαπέστειλε Νικόλαον, ἑκουσίως παραιτησάμενον διὰ γήρας λιπαρὸν καὶ ἀσθένειαν σώματος Φώτιος ἀνεδίδασκε τὸν Ἰγνάτιον, καὶ πρὸς ἀποβολὴν τελείαν τῆς τῶν εἰκονομάχων αἱρέσεως τοποτηρητὰς πεμφθῆναι αὐτοῦ μεγάλως ἱκέτευεν, Ἰγνατίῳ δόλῳ πραγματευόμενος τὴν κατάκρισιν. Ῥοδοάλδου γὰρ καὶ Ζαχαρίου Ῥωμαίων Ἐπισκόπων τοποτηρητῶν Νικολάου καταλαβόντων Κωνσταντινούπολιν, Φώτιος ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων Χριστοῦ ἀθροιζομένων Σύνοδον ποιησάμενος, ἀγώνιμον πρὸς αὐτὴν γενέσθαι τὸν ἱεράρχην Ἰγνάτιον παρεσκεύασεν, καὶ ἑβδομήκοντα καὶ δύο ἀγελαίους παρασκευασάμενος ψευδομάρτυρας πείθει αὐτοὺς λαϊκοὺς ὄντας, ἀπειλαῖς παρενείρων ταῖς ὑποσχέσεσιν, ἐπὶ πάσης θείας ὀμόσαι δυνάμεως, μὴ ἐψηφίσθαι χρόνους ἕνδεκα, μῆνας τέσσαρας, καὶ ἡμέρας εἴκοσιν ἐν τῷ θρόνῳ τῆς Πατριαρχίας διαδεξάμενον Ἰγνάτιον, ἐπαναγνοὺς τῇ συνελεύσει ἀποστολικῆς αὐθεντίας ἀποτομίαν ἔχουσαν οὕτως. Εἴ τις Ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς τῆς Ἐκκλησίας ἐγένετο καθαιρείσθω. ἀποσιωπήσας τοῦ κανόνος τὸ ἐπαγόμενον, καὶ διὰ τοῦτο μόνον ἀποφηνάμενος τὴν καθαίρεσιν. Ὅπερ μαθὼν ὁ ἐν ἁγίοις Πάπας Νικόλαος (οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς λαθεῖν τὴν πᾶσαν οἰκουμένην τοσοῦτον ἔργον κακίας εἰς μέσον γενόμενον) τοὺς οἰκείους τοποτηρητὰς ἀκριβῶς ἀνακρίνας, καὶ ἀπὸ τῶν στομάτων αὐτῶν δωροληψίας εὑράμενος, καθαιρέσει

δια-

διωσκεῖ Ῥοδόαλδον, καὶ Ζαχαρίαν ὑπέβαλε, καὶ θείαν καὶ ἱερὰν Σύνοδον ποιησάμενος, Φώτιον ὡς μοιχὸν ἀναθεματίζει, καὶ ἐπιβήτορα, τὰ εἰς αὐτὸν καὶ ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντα ὁρισάμενος μηδὲν ἀπρόσδεκτα, καὶ ἀφορισμὸν τοῖς αὐτοῦ κοινωνοῦσι Μιχαὴλ ἀπέστειλε τῷ Αὐτοκράτορι, Φωτίῳ, ἀρχομένοις καὶ ἄρχουσι, καὶ τοῖς λοιποῖς ὁσίοις Πατριάρχαις διαπεμψάμενος τὰ Συνοδικὰ αὐτοῦ. *Photius itaque præter diuinorum sacrorumque Canonum statuta thronum arripiens, non acquiescebat contentus de ijs, in quibus lapsus fuerat, sed iracundiam Imperatoris magis, ac magis succendens post multas noxas illatas ad insulam Mitylenem Ignatium innoxium relegat, & coacto apud Blachernas malignantium conciliabulo absentem, cui erat illata iniuria, deponit, & renuentes subscribere prauis suis nutibus, & communionem illius amplexatos, omni calamitatũ genere mactauit, ad arbitrium suum quo vellet, relegatos. Præterea ad beatum Nicolaum Romanum Præsulem Oratores mittit, quibus significabat, ob grauem Ignatium senectutem, & malam corporis valetudinem sponte throno renunciasse, instansque deprecabatur, vt ad Iconomachorum hæresim prorsus abolendam Byzantium locumtenentes mitteret, hac quoque machina Ignatij condemnationem procurans. Nam cum Rodoaldus, & Zacharias Romani Episcopi Oratoresque Nicolai Constantinopolim aduentassent, Photius in templo sanctorum, &*

glo-

gloriosissimorum Apostolorum Christi malignantium Synodo congregata ad ipsam Hierarcham Ignatium conduci procurauit, adductisq; septuaginta duobus hominibus gregarijs, qui falsum testimonium dicerent, persuadet illis, cum essent laici, partim minis, partim promissis inuertens, & ad suam sententiam transferens, affirmata teste diuina omni potestate, ius iurandum interponere, ante annos vndecim, menses quatuor, & dies viginti non fuisse promotum rite in Sedem Patriarcham, lecto in Congregatione segmento apostaticæ decisionis in hunc modum. Si quis Episcopus Laicorum Principum ope in possessionem Ecclesiæ venerit deponatur; id quod sequitur Canonis, premens, & per sola asserta depositionem decernens. Id vbi addidicit Sanctus Papa Nicolaus, neque enim latere poterat per vniuersum terrarum Orbem dispersa consimilis iniquitas, proprios locumtenentes accurate examinatos, & proprijs eorundem sermonibus muneribus corruptos esse comprehensos perpetua depositione punit, & diuina sacraq; Synodo coacta, Photium vti adulterum, & assultorem anathematizat: quæ illius gratia, & ab ipso, nullo modo admittenda esse decernens, & cum eo communicantibus Michaëli Imperatori, Photio, subditis, Principibus, & reliquis Sanctis Patriarchis Synodicis suis dimissis. Si quæ hic in Synodico strictim dicta sunt, enucleatius addiscere cupis,

pis, legito vitam Ignatij a Niceta concinnatam. Hisce tertius accedet eorundem temporum Scriptor Georgius Hamartolus; Ὁ δὲ Πατριάρχης Ἰγνάτιος φήμης περὶ Βάρδα τοῦ Καίσαρος διαθεούσης, ὡς τῇ αὐτοῦ νύμφῃ συμφθείρεται, πολλάκις τούτῳ παρῄνεσεν ἀπέχεσθαι τοῦ τοιούτου μιάσματος καὶ μὴ πρόσκομμα εἶναι πολλῶν τὸν ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης ὑπόδειγμα εἶναι ὀφείλοντα· ὁ δὲ τοῖς λόγοις ὡς κέντροις πληττόμενος ἐνεκότει αὐτῷ. Ἐπεὶ δὲ μέλλοντα κοινωνεῖν τὸν Βάρδαν ὁ Πατριάρχης ἀπώσατο, ὀργῇ πληγεὶς τὴν ψυχήν, τὸν παραινέτην ὡς αὐθόμενόν τινα, καὶ φθορέα τῆς Ἐκκλησίας ἐξέωσε, καὶ βασάνοις ἀνηκέστοις ὑπέβαλε, παραιτήσασθαι τὴν Πατριαρχίαν ἐκβιαζόμενος. Παραδίδωσι γὰρ αὐτὸν Θεοδώρῳ τῷ Μωρῷ κατὰ κλῆσιν, πρὸς δὲ καὶ Γοργονίτῃ Ἰωάννῃ, καὶ Νικολάῳ τῷ Σκουτέλωπι, καὶ ἐν τῷ τῶν Ἀποστόλων ναῷ ἐν λάρνακι τοῦ Κοπρωνύμου Κωνσταντίνου περισκηΐσαντες, χειμῶνος ὥρᾳ γυμνὸν εἴασαν· ὅθεν ὁ ἀθλητὴς ἐκ τῆς κρυφίου σαρκῶν ἀποβολὴν ἐποιεῖτο σωτηρίας καὶ αἵματος. Οὕτως ἐγκαρτερῶν τοῖς δεινοῖς ὁ πανόλβιος οὐκ ἐφθέγξατο πρὸς κύριον πονηρόν. Τοιγαροῦν διανίστησιν αὐτῷ ὁ κύριος Κωνσταντῖνον τὸν Ἀρμενίον παραμυθούμενον αὐτόν. Ἐδίδει γὰρ ἀγγείδιον ἐξ ὑέλου πληροῦν οἴνου, πρὸς δὲ καὶ ἄρτον, ἔστιν ὅτε καὶ μῆλα, τὴν τῶν κακοποιῶν ὑποχώρησιν λανθάνων τῷ ὁσίῳ εἰσήει, καὶ τοῦ λάρνακος αὐτὸν κατεβίβαζεν ἀποκουφίζων μετ' ὀλίγον τῆς συμφορᾶς μέχρι τῆς ἐκείνων ἐλεύσεως. Ὁ δέ γε Καίσαρ Φώτιον Πατριάρχην χειροτονεῖ ἀντ' αὐτοῦ προσα-

ση-

σπινθήριον ὄντα, καὶ λόγῳ κοσμούμενον. Patriarcha Ignatius fama euulgata Cæsarem Bardam nurum suam incestare, sæpius eum adhortatus est, ut a simili piaculo abstineret, neque esset multis offensio, qui virtutis ac pudicitiæ deberet esse exemplum. Cæsar verbis veluti aculeis punctus odia in Patriarcham nutriebat. Cum vero tandem ad communionem properantem Patriarcha repulisset, vix ille compos animi, & iracundia ardens monitorem ad frugem, veluti iniquum, & corruptorem ab Ecclesia eijcit, tormentisque insanabilibus afflixit, cogens Patriarchatui renunciare. Namque eum dedidit Theodoro cognomento Moro, nec non Joanni Gorgonitæ, & Nicolao Scutelopi, qui in templo Apostolorum, & Constantini Copronymi vrna cruribus fractis inclusum, hyemali tempestate nudum derelinquunt. Hinc Athleta ex occultis carnes putredine, & sanguine commixtas eijciebat. Ita dira perferens fortunatissimus hic vir, non est ad Dominum malum locutus: ideoque mittit illi Dominus Constantinum Armenium, qui esset vnicum illi in malis solatium. Hic etenim vasculo vitreo vini pleno, nec non & pane quandoq; etiam fructibus, maleficorum conatus fallens, ad Beatum accedens, eumque vrna educens paululum aduersos casus consolabatur, leuabatq; fortunas, donec denuo custodes accederent. Cæsar interim Photium in Patriarchatum promouit,

qui

qui tum a Secretis erat, virum literis omnibus excultum. Et hæc contra Ignatium a Photio procurata, & ad summum perducta Synodus erit Oecumenica? Qui conuenit? Lupus in Pastorem iniurius, in gregem intrusus, aliena indigne occupans, a viro multorum criminum, & deposito consecratus, potestate, ac vi secularium, & tyrannide dominantium promotus Synodum Oecumenicam constituet? Hoc plane Latini non dicent, quod nec Græci etiam ipsi Ecclesiæ Romanæ infensi audent dicere. Quis præter ipsum Photium, & Photij mancipia promotionem Photij approbauit, idque in Photiana hac de qua agimus Synodo? Quis Ignatium vnquam inter Græcos vti criminum reum condemnatum fuisse, nisi execrandissimus quispiam pronunciauit? Hæc Synodus iustum condemnauit, & eum ipsum quem vniuersa Græcorum Ecclesia inter Sanctos relatum colit, & veneratur; & multorum criminum reum in eius locum substituit. Non erit ergo apud Græcos, quidquid sit apud Hæreticos, Oecumenica, cum Græci suas Oecumenicas Synodos colant, & obseruent, neque ab illis in aliquo deflectere profiteantur. Falsum ergo est quod de prima dicitur, quam συνέδριον λῃςρικὸν vocauit Stylianus Episcopus Neocæsareæ, fi-

 lius

lius temporis scriptor, Epistola ad Stephanum Papam.

Secundam contra Photium Oecumenicam esse plane constat, quamuis inter hanc Secundam, & Primam binæ aliæ Photianæ, altera contra Nicolaum Papam, altera contra Ignatium coactæ sint. Et mirum est has quoque inter Oecumenicas ab Creyghtono non accenseri, cum contra Pontificem Romanum, & Ignatium virum Sanctissimum conscriptæ sint, & in sacculis plumbo signatis repertæ in arundineto, scite venusteque exaratæ, quæ tamen nunquam fuere celebratæ, sed plane confictæ, in quarum initijs manu Asbestæ Gregorij coloribus artificiose erat expressus Ignatius. In prima Actione raptatus, & verberatus visebatur, titulo supra caput inscripto, *Diabolus*. In secunda sputis foedatus, magnaque vi tractus cum titulo, *Principium peccati*. In tertia de throno deturbatus cum titulo, *Filius perditionis*. In quarta vinculis colligatus, & exterminatus, cum titulo; *Auaritia Simonis Magi*. In quinta collari furca inclusus, & titulo, *Qui se extollit supra omne id quod dicitur, aut colitur Deus*. In sexta iam condemnatus, & titulo, *Abominatio desolationis*. In septima raptatus, & capite plexus, cum titulo, *Antichristus*. Altera in Nicolaum Pontificem Romanum

ca-

calumnias manifestas, & maledicta, & illius damnationem, atque exauctorationem complectebatur, quas Theodoro, & Zachariæ tradiderat cum splendidissimis muneribus ad Ludouicum Franciæ Regem deferendas, vt is Nicolaum velut exauctoratum de Throno deturbaret. Omnia hæc fuse narrantur a Niceta Dauide Paphlagone, & in Synodico. Φώτιος γοῦν τὸ καθ' ἑαυτοῦ γνοὺς Νικολάου τοῦ Πάπα ἐξαπτόμενον, Μιχαὴλ συναρπάσας βασιλέα τὴν ἀλλοπρόσαλλον κρυφηδὸν συγγραψάμενος ψευδοσύνοδον, καὶ δῆθεν τοποτηρητὰς τῶν λοιπῶν Πατριαρχῶν συστησάμενος, φωνὰς καὶ ὑπογραφὰς πάντων Ἐπισκόπων, Πρεσβυτέρων, Διακόνων, καὶ Ἡγουμένων τῶν ὑπ' αὐτὸν κατεγράψατο, καὶ Πατρικίων μὴ καθόλου εἰδότων πότε καὶ πῶς καὶ διατὶ συνήκειντο, δι' ὧν ἁπάντων καθαίρεσιν καὶ ἀναθεματισμὸν τοῦ Πάπα Ῥώμης Νικολάου τοῦ θεσπεσίου ἀπέστελλε διὰ χειρὸς Ζαχαρίου Μητροπολίτου Χαλκηδόνος, καὶ Θεοδώρου Καρίας μετελθόντος εἰς Λαοδίκειαν. *Photius igitur agnoscens Nicolai aduersus semetipsum concitatam, atque exardescentem iracundiam, ad se malitiose Michaële Imperatore tracto, & clanculum versuta illa Pseudosynodo concinnata, & ac si reliquorum Patriarcharum Oratores adessent, vocibus, ac inscriptionibus effictis, nec non omnium Episcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, & Abbatum, qui in ditione illius erant; Patriciorum*

 item


item, qui prorſus ignorabant, quando, & quomodo, & quare motus ille exortus fuiſſet, depoſitionem & anathematiſmum Nicolao diuinitus instructo Papæ Romano per Zachariam Chalcedonis Metropolitam, & Theodorum Cariæ in Laodiceam promotum miſit.

Has duas Synodos excepit Synodus contra Photium, quæ Oecumenica reipſa eſt, & inter Oecumenicas collocanda, licet dirumpantur Schiſmatici, cum Auctoritate Romani Pontificis, & reliquorum Patriarcharum, cum ipſius Summi Pontificis Oratores, & Senatus cum ipſo Imperatore, & Antiſtites duo ſuprà centum, & Sacerdotes reliqui interfuerint, & ſententiam, & excommunicationem in Photium a Nicolao, & Adriano latam comprobauerint, & conſtabiliuerint. Quod etiam ipſi Photiani agnoſcunt, ſed vt malo remedium afferant, in ea quæ ſubſecuta eſt Synodo, & quam ipſi etiamnum Photianam vocant, ſi tamen vera extitit ita, ut exarata in manuſcriptis legitur, decreto ſuo ſanxerunt, eam in nulla conſideratione habendam eſſe. Et vt condemnatio plauſibilior vtrique parti accederet, etiam Synodum contra Ignatium ab eodem Photio coactam, nouo auſu, & contrario Vniuerſalis Eccleſiæ more diris deuouerunt, Ἅπαντα τὰ κατὰ τῶν ἁγίων Πατριαρχῶν

Γερ-

Γερμανοῦ, Ταρασίου, Νικηφόρου, καὶ Μεθοδίου γραφέντα, ἢ λαληθέντα ἀνάθεμα. *Vniuersa quæ contra Patriarchas, Germanum, Tarasium, Nicephorum, & Methodium scripta, vel dicta sunt, Anathema:* Quæ etiam supposita esse a Photianis hinc patet, quod Constantinus Imperator illis temporibus vitam agens, in Henotico nulla facta mentione de dictis, factisque contra Ignatium reliqua recitat.

Et Acta similia Synodi contra Photium Octauæ nempe, Græcis etiam schismaticis clarore miro patuisse, fidem facit Gregorius Hieromonachus Responsione in Professionem Fidei Marci Ephesij. Περὶ δὲ τῶν τῆς ὀγδόης Συνόδου μάλα καλῶς οἶδεν αὐτὸς ὁ αἰδέσιμος τὰ ταύτης πρακτικὰ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς μονῆς τοῦ τιμίου Προδρόμου, τῆς καὶ Πέτρας ὀνομαζομένης, κείμενα ὄντα μετὰ τῆς ἕκτης, καὶ ἑβδόμης, τὰ συνιστῶντα Ἰγνάτιον, καὶ ἐγχειρίζοντα αὐτῷ τὴν Καθέδραν Κωνσταντινουπόλεως, Φώτιον δὲ ὡς ἐπιβάτην ἐξελαύνοντα, καὶ ἀναθεματίζοντα· τὸν δέγε Ἰγνάτιον ἐν τοῖς ἁγίοις συνέταξεν ἡ Ἐκκλησία, καθὰ προγέγραπται, εἰ καὶ ἐν τῷ Συνοδικῷ τέτακται, τῷ Ἰγνατίῳ τῷ Φωτίῳ καὶ τὰ κατ᾽ αὐτῶν γραφέντα τε, καὶ πραχθέντα τῷ ἀναθέματι καθυποβάλλονται. Ἵνα μὴ γνώριμα τοῖς πᾶσι γένηται τὰ τοῦ Φωτίου. Εἰ καὶ οἱ χρονογράφοι, ὅτε Κεδρηνὸς, καὶ Μανασσῆς, καὶ Γλυκᾶς, καὶ Σκυλίτζης, καὶ ὁ εὑρισκόμενος ἐν βιβλίῳ τῆς μονῆς τῆς Περιβλέπτου βίος τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου διασα-



σαφοῦσιν ὅσαπερ πέπονθεν ὁ θεῖος Ἰγνάτιος παρὰ Φωτίου, καὶ ὅπως ὁ Ἰγνάτιος ἐπανῆλθεν εἰς τὸν ἴδιον θρόνον, κρίσει τῆς Συνόδου· τὸν δὲ Φώτιον ἐξώρειστον εἶχεν ἡ τοῦ Κοσμιδίου μονή. *De Actis vero Octauæ Synodi bene nouit hic Reuerendus, Acta illius in Codice Monasterij Reuerendi Præcursoris, quod etiam Petra nuncupatur, haberi coniunctim cum Actis Sextæ, & Septimæ Synodi, quæ confirmant Ignatium, illique cathedram Constantinopolitanam in manus tradunt, sed Photium veluti insultorem eijciunt, & Anathemate feriunt. Sanctum porro Ignatium inter Sanctos Ecclesia collocauit, vt supra scripsimus; licet in Synodico appositum sit: Ignatio, & Photio; & scripta contra eos, & actitata anathemati subijciuntur: ne Photij omnia omnibus innotescant. Licet etiam chronographi Cedrenus, Manasses, Glycas, & Scylitza, & quæ in volumine Monasterij Periblepti vita Sancti Ignatij legitur, palam faciant, quæ S. Ignatius passus est a Photio, & quomodo S. Ignatius decreto Synodi in propriam Sedem restitutus est: & Cosmidij Monasterium Photium exulem custodiebat.*

In Tertia restitutus sublato e viuis Ignatio Sedem occupauit. Verum est Sedem occupasse, alienam scilicet non suam, malignantium, & excommunicatorum Præsulum astu, Photianis fraudibus, & pro potestate agente Imperatore præter æquum, & iustum

oc-

occupauit. Idque ita esse hac Dissertatione planum fit. Sed hanc esse Oecumenicam nemo nisi amentissimus dixerit. Quis enim Oecumenicam dixerit, in qua nulla potestas, nullum ius Ecclesiasticum, sed omnia ad nutum, & placitum iniquissimorum hominum peracta sunt?

Et licet hanc Tertiam Paulus, & Eugenius Ioannis Noni Legationibus functi cum præsidendi ritu inter Episcopos tercentum & octoginta permunirent, & non solum Photium muneri suo redonatum, sed cuncta a Photio, & Synodo proposita suffragijs corroborarent, Latini tamen Latrocinalis nomine infamant, & multis obiurgationibus inuehuntur in Photium, in totam gentem Græcorum, in Legatos proprios his præuaricantes, in ipsos Pontifices ludificatos Nicolaum, & Ioannem. Deplorandam hominis inscitiam! *Paulus, & Eugenius Ioannis Noni legationibus functi.* Ioannes Nonus creatus est Pontifex Anno 901, post restitutionem Photij annos 24. cum e viuis sublato Photio vsque ad restitutum Nicolaum Mysticum Ioannes Nonus Theodoro subrogatur, in Throno Constantinopolitano sedissent, Stephanus frater Leonis Imperatoris, Antonius Cauleas, Nicolaus ex Mystico, Euthymius Monachus ex Syncello, & iterum restitutus Nicolaus Mysticus. Non

ergo fieri potuit, vt Paulus, & Eugenius, qui restitutioni Photij præsederunt, a Ioanne Nono mitterentur. Quod si restitutioni Photij calculum dederunt, necessario a Ioanne Octauo, non a Nono legati sunt: Et ne dicas hunc errorem, vel calami nimium festinantis, vel Typographi cura expertis irrepsisse, ipse firmat Interpres, qui infra cum de eodem Ioanne sermo recideret, Photij restitutionem sub Ioanne Nono contigisse ingeminat; *Primam sub Nicolao, quæ Ignatium deposuit, & Tertiam sub Ioanne Nono, quæ Photium restituit*. Sequitur; *legationibus functi cum præsidendi ritu inter Episcopos*. Et tamen præsidendi ritus in ea Synodo, quidquid Interpres somniet, inuersus est, & Præsidentiam Legatis Pontificijs in Synodo debitam Photius vsurpauit, & Thronum primum insedit. Hocq; non nisi cæcus, & Græcæ linguæ plane ignarus negauerit; cum sæpius atque iterate in ea inculcetur; προκαθεζόντος Φωτίου. *Et non solum Photium muneri suo redonatum*. Ex cerebro loquitur, & quæ vellet ita fuisse, de facili ita facta esse pronunciat. Photius in ea Synodo ante consensum Locumtenentium Papæ a Schismaticis, excommunicatis, & Imperatoria potestate in locum, vnde ceciderat, reponitur: imo numquam eum de gradu suo ce-

cecidisse declaratur, a Patriarchis, Episcopis, semper etiam post sui depositionem Patriarcha legitimus cognitus, vt ex Actis Synodi palam fit. Qui ergo potuit muneri suo, quod nunquam amiserat, a Pontificijs Legatis redonari? Quare impudentissime Iosephus Bryennius Oratione octaua de sanctissima Triade hæc omnia peracta *ex voluntate Papæ, & Imperiali studio absoluta fuisse*, Τὸ πᾶν τῇ τοῦ Πάπα βουλήσει καὶ βασιλείῳ σπουδῇ κατεσκευάσθη dixit: & tamen reliqui Schismatici, & inter eos Nili, Cabasila, & Damyla nulla facta mentione de voluntate Papæ, totum illud negotium Imperatori Basilio vindicant. Sic quem Romani Pontifices, & Synodus ipsa Oecumenica Octaua multis reum criminibus condemnarunt, in hac Synodo, nunquam ab alijs condemnatus asseritur, sed continuo insons, & extra culpam omnem agnoscitur, & Patriarcha legitimus deprædicatur. Noua hæc forte, & insperato cadunt Interpreti. Legat ipse Acta, & si intelligens fuerit, acquiescet: neque enim tenebræ sunt. *Cuncta a Photio, & Synodo proposita corroborarent*. Hoc quoq; falsum est, adeantur Acta Synodi. Multa contra perstrepentes fautores proposuere Pontificij, sed animati illi errones ad alia inclinati, & gratiam Photij ambientes extra

tra institutum, & susceptam sententiam digladiantur, & Legatorum quæsita vti futilium hominum dicta supina aure audiunt, & despiciunt. *Latini tamen Latrocinalis nomine infamant*. Hic quoque supinus error in historia est. Quippe quæ Synodus Photiana *Latrocinalis* appellata est, non fuit hæc quam Schismatici Octauam indigitant, sed ea quæ Prima, & Secunda vocata est, quod in templo Sanctorum Apostolorum, vt tradunt Zonaras, & Balsamon in expositione Canonum eiusdem, dum celebraretur, & Orthodoxi in mutuis disputationibus præualuissent, ne scripto constituta exararentur, aduersæ factionis homines impediuerunt, postmodum vero nouo conuentu eadem disputata sunt, & tum demum decreta monimentis tradita. Atque hinc factum, vt hæc licet vna fuerit, tamen ob Patres bis conuocatos Prima, & Secunda appellaretur, & hanc Latini, ducem sequentes Nicolaum, vocant *Latrocinalem*. Et argumento manifestissimo euincitur. Hæc, de qua agimus, in Templo Sanctæ Dei Sapientiæ celebrata est; Septimam Oecumenicam Synodum confirmauit, & Photium restituit sub Ioanne Octauo; illa in Templo Apostolorum nullo iure exauctorauit Ignatium sub Nicolao, ideoque *Latrocinalis* a Nicolao vo-

ca-

cata est, & a Styliano συνέδριον λῃστρικόν. Qui enim potuit Nicolaus *Latrocinalem* Synodum vocare demortuus non dum habitam, quam nec celebrandam nisi diuinus sciisset? Hanc ergo, & merito Latini, cuius pessima fama in vulgus est, infamant, detestantur, & a Legatis suis vti mandatorum violatoribus, sceleris pœnas expetiuerunt, & congregatos in ea vti sacrilegos, & ab humanitate, pietate, atque religione remotos, *non totam gentem Græcorum* abominati sunt, & modo abominantur. Et has Synodos negotijs, Legatis, locis, & alijs omnibus distractissimas Interpres non discernens, ex duabus vnam constituit. Et si sapit, hoc non in aulæ Pontificiæ, quam ille astu fanatico nihil probans, *perditissimam* nuncupat, & Romanæ consuetudinis infamiam vertitur, sed potius in dedecus Photij. Reos siquidem maximorum plurimorumque criminum maledictis oneramus, & conuicijs insectamur; probos, catosq; laudibus extollimus. Et quis in illa Synodo Photio iniquior? Vita, & moribus sanctissimum, Pastorem Ecclesiastici gregis integerrimum, nulla antea iniuria lacessitus, vi atque potestate sæculari persequitur, de solio proprio deijcit, affligit, opprimit, infamat, tandemque ignominiose acceptum, flagellis cæsum ad mor-

tem,

tem, fame & siti contritum in exilium pellit. Nicolaus pulsum remittit, afflicto succurrit, & Sedem ab inuasore repetit, & restituit eiecto iura amissa, Et erit hoc potius in infamiam aulæ Pontificiæ, & Romanæ consuetudinis, & non in Photij, & similia afferentis dedecus?

At Græci hanc lambunt, & tanquam oraculum pro germana Octaua venerantur, quia omnium trium postrema durat, nulla superueniente censura Synodali superstes. Hoc quoque falsum est de omnibus Græcis. sed Schismatici lambunt. Quid tum? ipse cum illo dixerim, Ranarum palustrium maior est mihi cura, quam vocum istarum. Imo etiam a Schismaticis ipsis haud in magno poni discrimine, cum nec illius mentionem inter alias Synodos faciant, nec eius Canones inter alios Synodorum Canones ponant, nec expositione illustrent, sed veluti vietos abiectosq; despiciant, cum quos *Latrocinalis* sunt, exosculentur. *Durat nulla superueniente censura Synodali superstes*. Tot Romanorum Pontificum continuatio in excommunicando Photio, etiam post hanc Synodum Tertiam Synodali iudicio, censura non est? Eam non agnoscere, neque vt localem, neque vt Oecumenicam, & illius Canones nullo vnquam tempore ad reformandos mores vsurpasse

passe, nonne eam eneruat, & destituit? Ratum quippe est, per desuetudinem tacito omnium consensu leges abrogari. Sic illi desuefacti nunquam ad similitudinem consuetudinis reuocati fuere. Adde cum excommunicaretur Photius etiam mortuus a Pontificibus Romanis, Græcorum Ecclesiam in Photij defensione nihil apposuisse, & vnionem cum Romanis conseruantes, pronos in sententiam Romanorum abijsse.

Hinc mature notat Gregorius Hieromonachus, Responsione in Professionem Fidei Marci Ephesij, Canones huius Photianæ Synodi, cum negotia aliud requirerent, in Ecclesia Orientali non fuisse obseruatos exemplis adductis demonstrat, licet inter alios Canones haberentur; Οὐ θαυμαστὸν οὖν εἰ καὶ οἱ τρεῖς τοῦ Φωτίου Κανόνες ἐν τοῖς βιβλίοις ἀπολείπονται, μᾶλλον δὲ, καὶ τὸν ἕνα παρέλυσεν ἐπὶ τοῦ Μαυροβλαχίας Ἀνθίμου ἐκείνου· οὗτος γὰρ εἰς ἑαυτὸν τὸ Ἀγγελικὸν σχῆμα ἀναπληρώσας πάλιν ὑπὸ Συνόδου προτραπεὶς τὰ Ἀρχιερατικὰ ἐνήργει, καὶ Γοτθίας δὲ ὁ Ὁλόβωλος τὰ ὅμοια ποιήσας ἐν τῷ τέλει αὐτοῦ, ὡς Ἀρχιερεὺς ἐκείθη καὶ ὡς Ἀρχιερεὺς ἐκηδεύθη ἐν τῇ μονῇ τοῦ Φιλανθρώπου Χριστοῦ, παρόντος καὶ τοῦ ἀοιδίμου, καὶ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κυροῦ Ματθαίου, καὶ τοῦ Σερρῶν, καὶ τοῦ Βερροίας, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων· καὶ μέχρι παντὸς ὁ Κανὼν οὗτος οὐκ ἐστέργετο· εἰ μὴ ὅτι εὑρέθη κεκωλυμένος ὑπὸ τοῦ

ἁγίου

ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου καθὼς περιέχεται ἐν ταῖς ἐρωταποκρίσεσιν αὐτοῦ : *Non ergo mirandum est, licet hi tres Photij Canones habeantur in Codicibus, in obseruatione non esse. Quin imo & ex his vnum resoluerunt, cum Mauroblachiæ Anthimi illius negotium tractaretur. Hic siquidem cum Angelicum habitum induisset, rursus adhortationibus Synodi Archieratica munera exercebat: & Gothiæ Olobolus ante suum ex hac vita exitum cum similia effecisset, inter Præsules adiudicatus, tanquam Præsul in Monasterio Christi Philanthropi humatus est, glorioso, & sanctissimo Patriarcha Matthæo, nec non Serrarum, & Berrhoeæ & aliis Metropolitis præsentibus. Et prorsus Canon iste nullo erat in vsu. Quin eiusdē, vt in Interrogationibus, & responsionibus sancti Theodori Studitæ adnotatur, vsus prohibetur.*

Et eodem iure Secundam expunxit, quo Secunda Primam. Illegitima nempe legitimam. Quæ nunquam omnibus suis partibus extitit, summo iure vereq; incœptam, continuatam, atque perfectam. Spuria, & Schismaticorum, ac excommunicatorum colluuie dedecorata, illibatam, intactam, atque indepravata virtute cônstantem. Et hoc *iure* fieri dices? Erit ergo æquo, atque integritate nefandum, atque iniustum apud homines humanitate perpolitos superius, & nefas iustnm expunget; & sic ἄνω ποταμῶν.

μᾶλλ χωρεῦσι πηγαί. *Iure* ergo Secunda expunxit Primam, inique Tertia Secundam. *Et quamquã Latini Secundæ, quæ Primam expunxit, vt soli Octauæ immoriuntur, multa de Anastasij sui fide crepantes, tam in eadem transuehẽda per mare in Latium, quam in transferenda e sermone Græco in Latinum, cuius Autographum membranaceum extare in Columnensi Bibliotheca, asserit Epitomator Baronij, nullius tamen vnquam momenti, aut ponderis* &c. Id salua fide Latinos facere, veritate ipsa coactos, nemo nisi insipiens negauerit. Probant enim, atque defendunt quod iustum est, fide clarissimorum virorum innixi. & sicut alia, quæ fidem fulciunt, ex Græca in alias linguas, & Latinam præcipue, non quæ apud se sunt, sed etiam aliunde expensis munificis conquisita conuertunt, ita & fide dignis Auctoribus fidem præstantes, vti generi humano proficua ad fidem historicam publicant: ideoque ob simile studium laudandi potius sunt, non in crimen vocandi. Et quid illud sit quod fidei Anastasij opponant, non equidem video, Scriptori, illius æui, non hac sola huiusce Synodi interpretatione, sed Historia, & alijs scriptis clarissimi, qui rebus interfuit, vel res ab illis, qui tum Concilio interfuerunt acceptas monimentis tradidit. Quod si fidem illius conuellere ten-

tentant, proferant ipsi scriptorem alium sanioris Anastasio fidei, qui pugnantia nõ scribat. Sed non poterunt. Parum vero refert, in qua Bibliotheca Codex Acta Synodi continens repertus sit, dummodo Codex antiquus sit, & bonæ notæ, nec sit ab improbissimis scriptoribus, vel additione, vel imminutione, vel immutatione deprauatus. Certe Columnensis illa Bibliotheca & Codicum antiquorum Græcorum item, & Latinorum refertissima, bono publico nata, ex Sirletana, in rem literariam magnos vsus attulit, quæ deinceps transijt in Altempsianam, ex qua postinde multi Codices extracti in Vaticanam publicis commodis inuecti sunt. *Multa de Anastasij sui fide crepantes.* Quasi vero nullo alio testimonio innixi Primam expungant, & Secunda in Photium exultent. Opponendum minimum erat aliquid, cuius causa in dubium vocaretur in hoc argumento fides Anastasij, quam confirmant Nicolai, Adriani, & aliorum summorum Pontificum; nec non multorum Græcorum, & quod magis est, Schismaticorum testimonia, qui Synodum contra Ignatium iniquam, iniustam, eam vero, quæ contra Photium acta est, æquam, & incorruptam appellant; & qui Photij promotionem in thronum, accusant, Ignatij resti-

reſtitutionem laudant. & leuis, ne dicam ſtulta, eſt argumentatio; dictum illius non arridet mihi, nec ſapit palato, ergo fidem non facit.

Nullius tamen vnquam momenti, aut ponderis ea Synodus habebatur a Græcis, quod contra Photium, quem illi vnicum libertatis vindicem ſemper prædicabant. Ne tamen Latinis in numero Synodorum ſuccumberent, pro vna Latinorum in meditullio ſita binas vtrinque extollunt, Primam ſub Nicolao, quæ Ignatium depoſuit, & Tertiam ſub Ioanne Nono, quæ Photium reſtituit. Synodum hanc, pro Ignatio nempe factam, nullius vnquam momenti, aut ponderis habitam fuiſſe, remotum longe a vero eſt: cum eam Græci agnouerint, laudauerint, & vti legitimam exoſculati ſint. Nicetas Paphlago, qui iiſdem temporibus, ſcribebat in vita S. Ignatij prolixe omnia narrat. Synodicon, Ἀλλ' ἐν ὅσῳ ταῦτα ἐκύετο, Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως θείᾳ δίκῃ τὸν βίον τελέσαντος, Βασίλειος ὁ φιλόχριστος αὐτοκράτωρ μέγας Ῥωμαίων ἀναῤῥηθεὶς, καὶ ζήλῳ Κυρίου πυρούμενος ἵνα τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας πάντα ἐξάρῃ τὰ σκάνδαλα, θείαν καὶ ἱερὰν οἰκουμενικὴν ὀγδόην Σύνοδον ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθῆναι ἐθέσπισε Σύνοδον, ἧς ἐξῆρχον προκαθεζόμενοι Ἀδριανοῦ τοῦ Πάπα Ῥώμης, Νικόλαος γὰρ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε, τοποτηρηταὶ Στέφανος καὶ Δονάτος Ἐπι-

σκόποις καὶ Μαρῖνος Διάκονος, Κωνσταντινουπόλεως Πατριάρχης Ἰγνάτιος, Μιχαὴλ Διάκονος Χαρτοφύλαξ, καὶ Σύγκελλος, Μιχαὴλ τοῦ Πάπα Ἀλεξανδρείας τὸν τόπον ἐπέχων, Θωμᾶς Ἐπίσκοπος Τύρου Νικολάου Ἀντιοχείας Συρίας, καὶ Ἡλίας Μοναχὸς Πρεσβύτερος, καὶ Σύγκελλος Θεοδοσίου Ἱεροσολύμων, Βασίλειός τε, καὶ Κωνσταντῖνος οἱ εὐσεβέστατοι αὐτοκράτορες· ἥτις ἁγία Σύνοδος τὰς ἁγίας, καὶ Οἰκουμενικὰς ἑπτὰ Συνόδους, καὶ τοὺς ἀνέκαθεν αὐτῶν διὰ μέσου Πατέρας μακαρίους ἀνακηρύξασα, Νικολάου, καὶ Ἀδριανοῦ Πάπα Ῥώμης τὰ Συνοδικὰ ἐπεκύρωσε, καὶ τὸν Φώτιον ἀναθεματίσασα, καὶ τὰ εἰς αὐτόν, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ ὑπ' αὐτοῦ πάντα γινόμενα, δικαίοις ὅροις Ἐκκλησιαστικῆς ἀπεβάλετο παραδόσεως, καὶ ἅπαν θεοπρεπῶς τετελείωτο ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι γινομένη τῆς ἁγίας μεγάλης τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ Ἐκκλησίας, ἥνπερ Σοφίαν καὶ τονομάζειν ἐξεπαιδεύθημεν. *Interim dum ista peraguntur, & Michaële Imperatore diuino iudicio vita defuncto, Basilius Christi amans Magnus Græcorum Imperator declaratur, qui diuino zelo incensus, vt e Christi Ecclesia omnia scandala eijcerentur, diuinam, & sacram Oecumenicam Synodum in Vrbe Constantinopolitana cogi mandauit, in qua præerant Præsidentes Adriani Papæ Romani, Nicolaus enim ad Dominum migrauerat, Locumtenentes Stephanus, & Donatus Episcopi, & Marinus Diaconus; Constantinopolitanus Patriarcha Ignatius*

tius; Papæ Alexandrini locum tenebat Michaël Diaconus Chartophylax, & Syncellus; Antiocheni Syriæ Nicolai Thomas Tyri Episcopus; Hierosolymorum Theodosij Elias Monachus Presbyter, & Syncellus; Basilius, & Constantinus pijssimi Imperatores. Quæ sancta Synodus Sanctas, & Oecumenicas septem Synodos, & a longinquo tempore inter ipsas beatos Patres præconis instar deprædicans Nicolai, & Adriani Papæ Romæ Synodica confirmauit, & Photium anathemati tradens, quæ in ipsum, & per ipsum, & ab ipso omnia facta tentataque iustis Ecclesiasticæ traditionis definitionibus reiecit: & sic, ut Dei cultoribus addecet, peracta, in dextris sanctæ magnæ Saluatoris Christi Ecclesiæ partibus, quam Sapientiam nuncupare didicimus, absoluta est. Georgius Cedrenus in Basilio Macedone. Ἐπιστροφὴν δὲ ἐποιήσατο καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ἐκβαλὼν μὲν τῆς ἀρχιερωσύνης μετὰ Συνόδου συναθροισθείσης τὸν ἐπιπηδήσαντα τῇ ἀρχῇ Φώτιον, σχολάζειν κελεύσας, ἕως ἂν τὸν δικαίως ταχθέντα πρὸς αὐτὸν μεταστήσῃ Θεός· αὐτὸς ἀναγαγὼν δὲ τὸν κανονικῶς, καὶ παρανόμως ἐκβληθέντα παρὰ τοῦ Βάρδα Ἰγνάτιον· καὶ οὕτω γαληνιᾶν τὰς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ παρεσκεύασεν. *Res etiam Ecclesiasticas correxit, Pontificatu exturbans, auctoritate ad hoc congregati Concilij, Photium, qui in eum se ingesserat: ac tantisper vacare iussit, dum Deus eum ad se reduceret, qui legiti-*

gitime Patriarcha fuerat creatus: reduxitque in locum Photij Ignatium a Barda iniuste pulsum. Itaque Ecclesijs Dei tranquillitatem restituit. Nec ab his recentiores Græci dissident. Dorotheus Metropolita Monembasiensis in Synopsi Historiarum. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἔβγαλε Φώτιον τὸν Πατριάρχην μετὰ Ἀρχιερατικῆς Συνόδου, ὡς παράνομον, ὁποῦ ἔλαβε τὸν θρόνον ἀδίκως, καὶ ἔβαλε πάλιν τὸν νόμιμον Πατριάρχην Ἰγνάτιον τὸν ἡγιασμένον, ὁποῦ ἔβγαλεν ὁ Βάρδας ἀδίκως καὶ παρανόμως. *Imperator vero eiecit Photium Patriarcham cum Archieratica Synodo vti legis transgressorem, qui iniuste Sedem occuparat, & rursus restituit legitimum Patriarcham sanctum Ignatium, quem Bardas iniuste, & contra fas omne eiecerat.* Eadem habet Matthæus Cigala Cyprius. Adde his, post hanc Synodum ordinationes Photij nullas reputatas fuisse a Græcis, & Romanæ Sedis iudicio sese submisisse, & ab ea dispensationem petijsse. Leo Imperator, Synodum a se Constantinopoli coactam ita alloquitur, Ἐν παρακλήσει δὲ μᾶλλον προσφωνῶ τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν, ἵνα συνέλθητε τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ γένηται μία ποίμνη· ἐὰν δὲ αὐτοὶ τῶν Ῥωμαίων τῶν δεσμευσάντων Φώτιον οὐ θέλετε συνελθεῖν τοῖς ἀδελφοῖς μου διὰ τὸ χειροτονηθῆναι Διάκονον ὑπὸ Φωτίου, δεῦτε γράψωμεν, καὶ ἀποστείλωμεν ὁμοῦ παράκλησιν εἰς τὴν Ῥώμην πρὸς τὸν Πάπαν, καὶ

οἰκο-

οἰκονομήσαι τὴν λύσιν τοῦ δεσμοῦ τῶν ὑπὸ Φωτίου χειροτονηθέντων. Ἔγραψεν οὖν διὰ τοῦτο ὁ Βασιλεὺς ἐπιστολὴν πρὸς τὸν Πάπαν· ὁμοίως καὶ οἱ περὶ τὸν Μάπαν τὸν Μητροπολίτην Νεοκαισαρείας ἐποίησαν. *Quin potius vestram pietatem oro obsecroque, vt cum fratre meo sentiatis, vnumque ouile fiat. Quodsi absque Romanæ Ecclesiæ auctoritate, quæ Photium anathemate damnauit, cum fratre meo, vt qui a Photio Diaconus sit consecratus, communicare recusatis, agite Romam scribamus, libellumque supplicem ad Papam mittamus, vt anathematis censura absoluat eos, qui a Photio sunt ordinati. Scripsit igitur Imperator ad Papam, vnaque Mapa Neocæsareæ Metropolita cum socijs.* Scribunt itaque ad Romanum Pontificem pro absolutione, & dispensatione, quam in Synodo plena, & Catholica post restitutionem Photij consequi non potuerunt. Et Stylianus Neocæsariensis Episcopus; Ὅθεν χρὴ καὶ τὴν σὴν ἐναρέτων τελειότητα τὸν μὲν Φώτιον ὡς ἐξ ἀρχῆς σχισματικὸν, καὶ παρ᾽ ὁμοίων τὴν χειροτονίαν ἀκανονίστως εἰληφότα, καὶ διὰ πολλὰ ἄλλα ἃ εἰργάσατο ὅμοια, ἀποδιῶξαι· τοὺς γε μὴν ἐξ αὐτοῦ, ὡς ἐξ ἀπάτης φενακισθέντας συμπαθείας οἰκονομικῶς ἀξιωθήσεσθαι προσβεύομεν, ὡς ἂν γένηται εἰρηναία κατάστασις τῇ Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίᾳ, ἵνα μὴ οἱ μὲν Ἀπολλῶ, οἱ δὲ Κηφᾶ, οἱ δὲ Παύλου ὦσι, καὶ οὕτω διαιρῆται τὸ ἓν σῶμα τῆς Ἐκκλησίας. *Quapropter*

par est, vt & tua singularis virtus Photium quidem iam tum a principio schismaticum, & a Schismaticis contra sacras leges inauguratum, aliaque multa facinora ausum proscribat: sed per fraudem ab illo circumuentos, rogamus, vt commiseratione veniaque per dispensationem prosequare, vt Ecclesiæ Constantinopolitanæ pax reddatur, & non sint quidem alij Apollo, alij Cephæ, alij demum Pauli, & ita corpus Ecclesiæ, quod vnum est, distrahatur. Si restitutione Photij omnia acta, factaque illius admittuntur, plane nugantur hi, qui pro dispensatione ordinationum Photij ad Romanam Ecclesiam recurrunt. Firma ergo remanet Synodus contra Photium celebrata, ab ipsis etiam Græcis, & Imperatore Byzantino agnita. Et tu mihi dicis illam Synodum nullius vnquam momenti, aut ponderis a Græcis habitam? Et ne multus sim in recensendis aliorum dictis, Græci omnes, qui Photij promotionem improbant, eodem etiam momento dictam Synodum approbant, quorum testimonia infra recitabimus. Quare falsum est, ideo Græcos hanc Synodum nullius momenti existimasse, quod vindicem Photium suæ libertatis agnoscerent. *Ne tamen Latinis in numero Synodorum succumberent, pro vna Latinorum in meditullio sita binas vtrinque extollunt.* An-

non

non est hoc versari prorsum sursum deorsum, & corde, ac mente vacuum esse? Debile hoc effugium est: plures habent Synodos, ergo iam sunt causa superiores ipsi, & Latini minus habent. Ariani etiam pro vna Nicæna Catholicorum viginti, & amplius Synodos Arianas opponent. Esto ergo in meditullio Latinorum vna, quæ est contra Photium; quæ erunt vtrinque, quibus se extollunt Græci? Prima plane non est, quæ censura Synodali superueniente ab ipsis Græcis extinguitur in hac postrema; cum omnia dicta, factaque contra Photium, & Ignatium, & æque ambo pares, non tantum ipsæ, sed & qui eas recipiunt, condemnentur, vt infrà videbimus. Quare condemnata vna pro Photio contra Ignatium, & vna pro Ignatio contra Photium in hisce tribus Synodis, qua ratione binis Græci se extollant, non dum capio. Narrant Veteres, Margitem Homericum non vltra quinque ad calculos potuisse reducere, ὀυ δὲ γὰρ ἦν φρεσὶν ἀρηρώς. At præsens hic calculator cum in tribus deliret, erit ipso Margite insipientior. *Quod luculenter docet Iuris Græco-Romani Magnates peritissimi Zonaras, & Balsamon, qui elisa duarum e medio, quam Latini pro Octaua generali amplectuntur, hanc Primã, & Tertiam Oecumenicas, Primam, & Secundã Constantinopolitanam nun-*

cupant, & in vnam gemellam Synodum coniungunt, diuersis fultam Canonibus, & diuersis temporibus repetitam. Nam Balsamo in Præfatione ad Primam mentionem facit vniuersalis Synodi contra Ignatium coactæ, & primum Canonem Secundæ constitutum interpretatur ad Schismata tollenda, quæ quotidie pullulabant propter Photium sæpius deiectum, & restitutum. Nec Latini inficiantur, qui Zonaram Notis ad marginem illustrarunt, nisi quod historias turpiter confundunt. Si textus Balsamonis, & Zonaræ, quem præ manibus habuit Creyghtonus, idem ille est, quem editiones Lutetianæ, &Manuscripti Codices verbis,& sententijs referunt, næ hic, dum illos legeret, vel scriberet, non intellexit. In illis siquidem nusquam est duarum e medio elisam fuisse, quam Latini pro Octaua generali amplectuntur, nusquam gemellam Synodum in vnum coniungunt, nusquam Primæ, & Secundæ diuersos Canones agnoscunt, nusquam eam diuersis temporibus repetitam insinuant, nusquam primum Secundæ Canonem factum tradunt ad Schismata tollenda, quæ quotidie pullulabant propter Photium sæpius deiectum, & restitutum. Et omnia Latinos non inficiari Notis ad marginem, si oculi legentis prorsus non cæcutiunt, planum est. Hinc certo certius

col-

colligitur, Latinos non confundere Historias turpiter, sed Creyghtonum, qui omnia secus quam euenere, stultissime concinnat. Vt tandem ipsum pudeat, verba ab eodem laudatorum testium apponamus. Verba Balsamonis sunt; Τινὲς τὴν ἐπιγραφὴν ἀναγινώσκοντες ἀποροῦσι πῶς μία οὖσα αὕτη ἡ Σύνοδος πρώτη καὶ δευτέρα Σύνοδος. Λύσις· Ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου Πατριάρχου κυροῦ Φωτίου τοῦ τὸ νομοκάνονον συνθεμένου, συνεκροτήθη κατὰ τοῦ μακαριωτάτου Πατριάρχου Ἰγνατίου οἰκουμενικὴ Σύνοδος. Λαληθεισῶν ἢ καὶ δογματικῶν ὑποθέσεων, καὶ ἀλλοίων ἐκκλησιαστικῶν, γέγονε διάστασις καὶ μερισμὸς τῆς Συνόδου, ὡς τῶν ἑτεροδόξων μὴ αἰσχυνομένων διὰ τὴν ἧτταν ὁμογνωμονῆσαι τοῖς ὀρθοδόξοις. Διά τοι τοῦτο, καὶ ἔδοξε τοῖς θείοις πατράσι γενέσθαι καὶ δευτέραν συνέλευσιν, καὶ γραφῆναι τὰ προλαληθέντα, καὶ κυρωθέντα. ὠνομάσθη οὖν ἐντεῦθεν ἡ τοιαύτη Σύνοδος πρώτη, καὶ δευτέρα, καὶ οἱ ὑποτεταγμένοι Κανόνες ἐξετέθησαν. *Quidam dubitant legentes hanc inscriptionem, quomodo hæc Synodus, quæ vna est, Prima, & Secunda dicitur. Solutio. Tempore sanctissimi illius Patriarchæ Domini Photij qui hoc Nomocanonon composuit, coacta est aduersus Beatissimum Ignatium Synodus. Cum autem dictæ essent dogmaticæ causæ alienæque Ecclesiasticæ, fuit diuisio, & seditio Synodi, vtpote cum qui aliter sentiebant, nolebant quod victi essent ortho-*

thodoxis assentiri. Propterea & sanctis Patribus opus fuit, vt rursus fieret secunda congressio, & scriberentur, quæ prius dicta erant; & confirmata. Ex eo ergo nominata est hæc Synodus Prima, & Secunda, & subiecti Canones editi fuerunt. Zonaræ vero sunt; Ἡ Σύνοδος αὕτη ἐπιγέγραπται οὕτως· ἡ ἁγία, καὶ μεγάλη πρώτη, καὶ δευτέρα Σύνοδος ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συστᾶσα ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῶν ἁγίων, καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων. ἀπορεῖν τοίνυν ποιεῖ τοὺς τὴν ἐπιγραφὴν ἀναγινώσκοντας, αὕτη πῶς μία οὖσα, πρώτη, καὶ δευτέρα καλεῖται. Λέγεται τοίνυν Σύνοδον ἐν τῷ ῥηθέντι ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων συγκροτηθῆναι, καὶ διαλεχθῆναι τοὺς ὀρθοδόξους τοῖς ἑτεροδόξοις, καὶ δόξαι τοὺς ὀρθοδόξους ἐπικρατεστέρους, μέλλειν τε γραφῇ παραδοθῆναι τὰ λαληθέντα· τοὺς δὲ αἱρετικοὺς μὴ ἀνασχέσθαι γραφῆναι τὰ δόξαντα, ἵνα μὴ φανεῖεν ἡττηθέντες, καὶ ἐκκηρυχθῶσι τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, καὶ στασιάζαι διὰ τοῦτο, καὶ ἐς τοσοῦτον, τὴν στάσιν αὐτοῖς προελθεῖν, ὡς καὶ μέχρι ξιφουλκίας, καὶ φόνων χωρῆσαι καὶ οὕτω διαλυθῆναι τὴν προτέραν ἐκείνην συνέλευσιν, μὴ χρειῶδες δῆλόν τι ἀποτέλεσμα. Εἶτ' αὖθις παραῤῥυέντος καιροῦ δευτέραν ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ γενέσθαι συνέλευσιν, καὶ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν γενέσθαι διάλογον, καὶ τότε συγγραφῆναι τὰ λαληθέντα περὶ δογμάτων, καὶ διὰ τοῦτο φασὶν αὐτὴν μίαν οὖσαν κυρίως πρώτην, καὶ δευτέραν ὀνομασθῆναι. *Synodi huius inscriptio ita se habet; Sancta, & magna Prima, & Secunda Synodus Constanti-*

nopo-

nopolitana in Templo ſanctorum,& glorioſiſſimorum Apoſtolorum congregata. Apud eos ergo qui hanc inſcriptionem legunt, dubitatio exoritur, qua ratione vna cum ſit, Prima, & Secunda hæc Synodus nuncupatur. Igitur in Templo ſanctorum Apoſtolorum, quod diximus, Synodum celebratam, ibique inter Orthodoxos, & aduerſæ factionis homines habitam diſputationem fuiſſe, ac in ea ſuperiores Orthodoxos extitiſſe memorant. Cum vero de ijs, quæ vltro citroque diſputata fuerant, ſcripto exarandis conſtitutum eſſet, Hæreticos, quippequi ſe victos, atque e conuentu fidelium eliminandos exiſtimari nollent, quæ decreta fuerant ſcriptis conſignari, ſeditione etiam eam ob cauſam excitata, minime paſſos. Quam quidem ſeditionem, eo vſque proceſſiſſe, vt eductis quoque gladijs complures interfecti ceciderint; atque hoc pacto congreſſum illum nullo videlicet rei exitu diremptum. Hinc rurſum temporis interuallo alterum in eodem Templo conuentum habitum, iterumque de ijſdem rebus diſputatum, dogmaticaque decreta literarum monumentis commendata tum demum fuiſſe. Atque ex hoc factum aiunt, vt hæc licet vna Synodus, tamen ob Patres bis conuocatos, Prima, & Secunda merito nominata fuerit. Falſo ergo apponitur Balſamoni, & Zonaræ, eliſam duarum e medio, quam Latini pro Octaua Oecumenica am-

ple-

plectuntur. Prima, & Secunda vna, eademq; Synodus est, duobus tamen conuentibus absoluta, in qua & Ignatius depositus est, & Photius intrusus: & in qua, quidquid asserant Balsamo, & Zonaras, de dogmate nihil actum est, sed tantum de expulsione Ignatij, & intrusione Photij; & cum in prima Sessione factio Ignatij præualeret, turbis exortis in alium diem conuentu dilato, & præualente Photiana factione Ignatius pellitur, Photius immittitur in Thronum. Et Sessiones, siue conuentus alij atque alij diuersas Synodos non efficiunt. Ex quibus porro elicitur, Græcos gemellam Synodum in vnam coniungere? Primæ, & Secundæ diuersos Canones agnoscere? diuersis temporibus repetitam insinuare? Primam contra Ignatium coactam Oecumenicam vocare? Primum Secundæ Canonem factum tradere ad schismata tollenda, cum in Secunda deiecto Photio Ignatius restituitur? & Interpres dicit elisam fuisse e medio duarum eam, quam Latini pro Octaua generali amplectuntur, & non Primam, & Tertiam, sed Octauam generalem dicunt? Quomodo gemellam Synodum in vnam coniungunt, cum ex his tribus Primam, & Tertiam pro Photio elidunt, Secundam pro Ignatio amplectuntur? Hoc nec Zonaras, nec Balsa-
mo

mo dicunt, & Latini ad marginē a Latrocinali pro Photio, & Tertiam pro illius restitutione a sua, quæ pro Ignatio fuit, distinguunt.

Historias turpiter confundunt, dum aduersarios aiunt calumniari Ioannem Octauum, vt fœminæ, quām viro similiorem, quod tanta lenitate in redarguendis Photij imposturis vsus esset. Ioannis lenitatem in expetendis scelerum pœnis a Photio non modo Latini, sed Græci etiam ipsi criminati sunt, non damnantes Concilium vocatum Oecumenicū octauum a Latinis, quasi Apostolicos Canones violasset, sed ex rebus, quæ post Concilium euenerunt, maiorem seueritatem desiderantes: quippe videbatur clementius egisse, quam per Canones ipsos agere licuisset, si summo iure agere cum Photio, Photianisque voluisset: Nicetas de vita sancti Ignatij; *αὐτόν τε τὸν Φώτιον διὰ ταῦτα καθαιρεῖν ἔδει, καὶ ὅτι παρακαθῃρημένος χειροτονεῖσθαι κατηξίου, καὶ τοὺς κεκοινωνηκότας δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀποστολικὴν ἀπόφασιν πάντας, καὶ μὴ φιλανθρωποτέρους Θεοῦ, καὶ Θεοῦ γινομένους κρείσεως τὴν ἀπόφασιν τοῦ παναγίου πνεύματος ἀκυροῦν· τοῦτο τὰ ἄνω κάτω πεποίηκε. τοῦτο τὸ κρίμα οὐκ ἔστιν ὅσων εἰπεῖν κακῶν αἴτιον καὶ σκανδάλων ἐχρημάτισεν. Οἶμαι γὰρ ὡς εἰ Ἀποστολικῶς τότε καὶ κανονικῶς κατὰ πάντων ἀπεφήνατο, οὐ τὸν αἴτιον μόνον τῆς διχοστασίας τε, καὶ τῶν σκανδάλων, ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνήσαντας*

αὐτοῦ πάντας ἐκκηρύξαντες, οὐδεμίαν ἂν ἔτι κατὰ τῆς Ἐκκλησίας εἶχε παρείσδυσιν ἡ ἀδικία. ὥσπερ ἢ πρῶτον κατὰ τὴν ἐπὶ Ταρασίου τοῦ θείου Σύνοδον κατὰ τῶν Εἰκονομάχων γενομένην, ἐπειδὴ συμπαθέστερον μᾶλλον ἢ δικαιότερον ἐχρήσαντο τοῖς Αἱρετικοῖς, καιροῦ πάλιν ἐκεῖνοι δραξάμενοι τὴν οἰκείαν δυσέβειαν χαλεπώτερον ἀνανεώσαντο· οὕτω καὶ νῦν τῆς Συνόδου ταύτης πεφεισμένως, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπροσπαθῶς, καὶ κανονικῶς τὴν κρίσιν ἀποφηναμένης, εὗρεν αὖθις ἡ πονηρία κατὰ τῆς Ἐκκλησίας χώραν. *Hanc Photius ob causam, & præterea quod ab exauctorato se consecrari voluerit, de gradu deturbandus erat, omnesque, qui cum illo communicabant, secundum Apostolicam sanctionem; nec oportuit eos Deo, Deique iudicio clementiores esse, & sacrosancti Spiritus decretum antiquare. Hac quippe eorum indulgentia, omnia susque deque egit. Hoc iudicium dici non potest quantum offenderit, quantorumque causam præbuerit malorum. Persuasum enim habeo, si tunc ex Apostolorum, & Canonum auctoritate sententiam rite, & in auctorem schismatis, & offensionum, & in totam eius factionem cum illo communicantem omnibus exauctoratis tulissent, futurum fuisse, vt omnis ab Ecclesia impietas in posterum excluderetur. Sed quemadmodum ante diuino Tarasio Patriarcha in Synodo contra Iconomachos celebrata, cum indulgentius quam ex præscripto iustitiæ Hæreticos tractassent, illi*

arre-

arrepta occasione impietatem suam multo magis confirmarunt; ita nunc Synodo remissius agente, nec sine affectu, neque ex Apostolico Canone damnationis sententiam ferente, malitia rursus contra Ecclesiam inuenit locum. Non videtur ergo mirum, si ob similem in Photium lenitatem Ioannem Octauum fœminam compellarunt.

Nec enim illa semiuir Papissa successit Adriano ad Photij tempora, sed inter Leonem Quartum, & Benedictum Tertium stat recensenda viginti annis ad minimum ante Photij restitutionem sub Basilio, & hanc Tertiam Octauam. Qui Papissam hanc de medio tollunt Catholici, non asserunt hunc Ioannem Octauum fœminam illam fuisse fictitiam, sed causam inuestigantes commenti similis, nonnulli ex ipsis suspicati sunt, lenitatem Ioannis causam fabulæ dedisse, & tum potissimum cum Papissæ Pontificatus incertis temporibus euagatur, nec certus apud omnes est. Et quænam est hæc computatio temporum, Ponitur femella ista inter Leonem, & Benedictum; ergo viginti annis ad minimum ante Photij restitutionem sub Basilio? Photius sub Basilio restituitur anno *867*. Papissa ista sedit post Leonem Quartum. Leo moritur Anno 855., quo anno eligitur Benedictus tertius. Si ab annis *867*. Pho-

Photianæ restitutionis subtrahas annos 855. obitus Leonis, & Benedicti electionis, remanent tantum anni duodecim, ad quos adaucti illi tui anni contrahantur, & multo pauciores assurgent. Et Papissæ tempora incerta fuisse certum est; dum alij hoc anno, octingentesimo quinquagesimo tertio, alij sequẽti, alij octingentesimo quinquagesimo septimo, alij octauo, quidam nongentesimo quarto, & nonnulli etiam post Martinum primum anno sexcentesimo quinquagesimo tertio, vel post Ioannem Quintum Anno sexcentesimo octogesimo sexto. Quare ad refellendam causam fictitij commenti, lenitatem nempe Ioannis, temere annorum ista suppositio adducitur.

At quis Leonem Allatium in Commixtis, & Binnium in eius Synodi Commentarijs conciliabit, qui probaturi Photium, hic a duodecim Pontificibus, ille a nouem excommunicatum fuisse, vterque fimbrias historiæ nimis dilatat, & hic infra Photij abdicationem vltimam procurrit, alter catalogum inchoat ante primam eiusdem inaugurationem? Et tamen vterque Styliani Epistola abutitur. Ergo constabilitur firmiter ista Ioanna. Belle, siquidem concluditur; in enumerandis Pontificibus Romanis excommunicantibus Photium dis. conuenit inter Allatium, & Binnium. Ergo

Ioan-

Ioanna iſta vere Thronum Pontificium occupauit. Quaſi vero in probanda ſua ſententia vno eodemque modo qui eam tenent procedere cogantur. Et falſa Binnium, vel Allatium dixiſſe probandum erat, non vnica interrogatione, ac ſi id fieri non poſſet, argumentum diſſoluendum. Dicta ſua Allatius teſtimonio Auctoris ſatis celebris non multum poſt tempora Photij, qui eundem Photium & videre, & alloqui potuit, nixus confirmauit, cuius verba leguntur in Appendice ad Concilium Octauum generale; Μέχρι τῆς σήμερον τεσσαράκοντα πέντε ἔτη ἀναθεματίζεται Φώτιος περιδήλως ἀπὸ τοῦ Πάπα Λέοντος ἕως τοῦ Φορμόσου. Ἕνδεκα γὰρ ἔτη ἀνεθεματίζετο κοσμικὸς ὤν, ὡς κοινωνὸς τῶν καθῃρημένων, καὶ ἀνεθεματισμένῳ Γρηγορίῳ τῷ Συρακούσης, καὶ ἄλλα τριάκοντα τέσσαρα ἀφ' οὗ ἐγένετο Ἀββᾶς. Ὁ γὰρ Πάπας Λέων, καὶ ὁ Βενέδικτος, καὶ ὁ Νικόλαος τὸν Γρηγόριον ἀνεθεμάτιζον κατὰ πολλὰς τὰς ἀτόπους αἰτίας. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Φώτιος παρὰ τοῦ καθῃρημένου ἐχειροτονήθη, καὶ δι' ἄλλα μὲν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ δέξασθαι παρὰ τοιούτου τὴν ἱερωσύνην ἀναθεματίζεται ἀπὸ τῶν ἐννέα Προέδρων τῆς Ῥώμης Λέοντος, Βενεδίκτου, Νικολάου, Ἀδριανοῦ, Ἰωάννου, Μαρίνου, Ἀδριανοῦ ἑτέρου, Στεφάνου καὶ Φορμόσου. *Photius quadraginta quinque annis ad hodiernum vſque diem palam anathemate feritur a Leone Papa vſque ad Formoſum. Nam annos vn-*

vndecim anathematizatur secularis, & laicus, tanquam qui cum Gregorio Syracusano exauctorato anathematizatoq; communicaret; & alios triginta quatuor postquam Sacris initiatus est. Etenim Leo Pontifex, & Benedictus, & Nicolaus Gregorium propter varias causas anathemate damnabant. Vbi vero Photius a damnato consecratus est, cum propter alia eius facinora, tum quod Sacris a Gregorio esset initiatus, anathematizatur a nouem Romanis Pontificibus Leone, Benedicto, Nicolao, Adriano, Ioanne, Marino, Adriano altero, Stephano, & Formoso. Istius testimonio Scriptoris, qui quadraginta annis post excommunicatum Photium, forte etiam in eadem cum Photio vicinia vitam transigebat, innixus Allatius scripsit a nouem Pontificibus fuisse excommunicatum, inchoãdo catalogum a Leone, quod rectissime, vel Momo ipso iudice, fecit. Neq; enim a prima sui in Sacris inauguratione a communione Ecclesiæ Photius exclusus est, sed etiam ante ipsam laicus per vndecim annos, deposito Gregorio Asbesta Syracusano ob innumera scelera communicans, vt ex eodem Auctore plene discitur. Stylianus etiam in Epistola ad Stephanum Papam & Gregorij depositionem, & Photij tunc secularis cum Gregorio commercium refert; *Gregorium Asbestem, Eulampium, & Petrum Patriar-*

triar-

triarcha cum ſæpius ad Synodum citatos, quaque par erat humanitate tractatos ſanare vellet, ne ab Eccleſia Dei reſecti malo inſidiatori præda fierent, illi tamen nullam medicinam admiſerunt. Quapropter exauctoratos anathemati ſubiecit. Et poſt Legatos ab vtraque parte miſſes ad Leonem Pontificem. *Pontifex eandem in Schiſmaticos ſententiam protulit, quam antea in eoſdem tulerat Ignatius. Leone deinde ex humanis ſublato, rurſus illi Benedicto, qui Leoni ſucceſſit, de iiſdem rebus moleſti fuerunt. Enim vero & ipſe Benedictus, re diligenter excuſſa, Sententiam aduerſus illos ſecundum Ignatium pronunciauit. Qui Photio poſtea Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ perduelli, & Schiſmatico, politicoque Magiſtratu fungente, ſocio, & adiutore apud Bardam Cæſarem, & Michaëlis Imperatoris auunculum, eundemque ipſum ab Ignatio Patriarcha ob inceſtas nuptias deprehenſum, vſi, Ignatium de Throno per vim detrahunt, comparatiſque in illum non prauis periuris calumniatoribus, Imperatori imponunt, qui pulſo Ignatio, Photium à Schiſmaticis deſignatum, ſubitoque à Gregorio exauctorato conſecratum intruſit.* Quodſi Creyghtonus non credit, producat ipſe teſtes ſanctiores, qui contraria referant; & manus dabimus. Neque puto eum tantum arrogare, vt maiorem fidem haberi ſibi velit extero, elingui, & quod

pace sua dixerim, rerum Ecclesiasticarum, & potissimum Græcarum penitus imperito, & ab illis temporibus per quam remotissimo, quam hinc oriundis, & ciuibus, & coæuis, & eruditione rerum omnium prædi-tis. Sed Binnius *a duodecim Pontificibus* scribit. Ergo quid? Auctor ab Allatio laudatus ad sua tempora, atque ætatem excommunicationem Photianam extendit, quid postmodum futurum esset ignorans. An scriptori historiæ prænarranda sunt post illius obitum euentura? Ego nolo Prophetas historicos. Satis mihi est, si quæ viderint, vel a fide dignis audiuerint, scribant, posteris scribenda futura relinquant, nisi quid aliud Creyghtonus obtendat. Binnius a Posteriorum scriptis edoctus infra Photij abdicationem procurrit. Ideoq; & Allatius, & Binnius excommunicationis Photianæ tempora æqua lance expensa, hic a duodecim Pontificibus, ille a nouem excommunicatum Photium inducunt. Et sic nullo negotio Allatius, & Binnius conciliantur. Quare vero ipse in vtroque, vel saltem in altero, vtrumque inconsiderate accusans, falsitatem, vel errorem productis testibus, vel rationibus non detexit? simplici suo dicto saniores homines, & quibus historia Ecclesiastica cordi est, non credent. *Et tamen vterque*

Sty-

Styliani Epistola abutitur. Explicandus erat abusus. Sed hoc etiam, vti cætera, diuinandum reliquit: & quod non erat, æque ac si esset, in suspicionem suo silentio maligne admodum vocauit. Qui enim abusus non expressus, neque palam factus excusari, aut defendi potest?

Et plane ex Notis post Octauam Synodum contra Photium constat, Stylianum Neocæsariensem a Photio promotum post varios de sua ordinatione apud Romanos Pontifices conatus, seductum a Photianis a Pontificia auctoritate desciuisse, scripsisseque de ea ad Ioannem Nonum, cuius ad dicta *Styliani* extat responsum, in quo confirmat Prædecessorum suorum acta omnia contra Photium, quæ se sequi firmissime asseuerat. Hinc colligitur a Nicolao Primo ad ipsum Ioannem omnes illos Pontifices Photium excommunicasse, & eius Ordinationes improbasse. En verba; Ἐπὶ τούτοις ἰστέον, ὅτι ὁ Μάπας ὁ Μητροπολίτης Νεοκαισαρείας ὁ Στυλιανὸς μετὰ τὸ δέξασθαι τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Πάπα Φορμόσου τὴν ἀνενέργητον, καθὼς γέγραπται ἐν τοῖς προλαβοῦσιν, ἐπεὶ χρόνων παραδραμόντων, χαυνωθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων, καὶ συγγενῶν, καὶ καταλιπὼν τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν τῆς ἀληθείας ἐπὶ τὰ ἐναντία τῶν δεδογμένων ἐστράφη, καὶ ἔγραψε πρὸς τὸν Ῥώμης αἰτούμενος πεμφθῆναι ἐκεῖθεν χειροτο-

νίαν αὐτοῦ, καὶ ἐπιζητοῦσιν ἐκεῖθεν λαβεῖν συγκοινωνῆσαι αὐτοῖς. Ὁ δὲ Πάπας Ἰωάννης δεξάμενος, καὶ πεμψάμενος τὴν τοιαύτην τοῦ Μάρκου αἴτησιν, ἐσκέψατο μήποτε κατ' ἀγνοίαν τοιαῦτα ἔγραψεν, πρὸς τὸ ἐξευθενῆσαι τοὺς Ῥωμαίους, εἰ ταῦτα ποιήσουσι· διὸ οὔτε ἐπέστρεψεν, οὔτε τὸ ἰδιόγραφον ἀπέστειλεν, ἀλλ' ἀντέγραψε πρὸς αὐτὸν γράμμα ἔχον οὕτως: Ἀξίας χάριτας τιμιώτατε ἀδελφὲ τῇ σῇ ἀγάπῃ ἀναφέρομεν, ὅτι οὐδέποτε ἀπὸ τῆς σῆς μητρὸς τῆς ἁγίας καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας Ῥωμαϊκῆς παρεκκλῖναι ἠθέλησας. οὐδήποτε γὰρ βάσανοι, ἢ ἐξορίαι, ἢ ἀπάται τῶν πορνοβοσκησάντων ἠδυνήθησαν σε χίσαι ἀπὸ τῆς σῆς μητρός. Μένουσι γὰρ πιστῶς τῇ θάλψει τῆς σῆς ἀρχῆς καταμαλαχθῆναι τὴν τῶν καρδιῶν σκληρίαν τῶν μελλόντων σωθῆναι, καὶ τὴν ἐκζητουμένην εἰρήνην προσκαλέσασθαι. ὅπερ βεβαίοις φαίνεται τεκμηρίοις, καὶ τὸ χίσμα τῶν παρακέντων χεδὸν ἐστὶν εἰς τὴν προτέραν ὑγείαν ἐπανῆχθεῖν. ἃ γὰρ ἡ σὴ μήτηρ ἠθέτησε μέχρι τῆς δεῦρο, καὶ σὺ ἠθέτησας, καὶ οἷς ἐπένευσεν, ἐπένευσας καὶ αὐτός. Βουλόμεθα οὖν καὶ νῦν, ὅπως κατ' αὐτὴν τὴν τάξιν αἱ διατάξεις τῶν ἁγιωτάτων πρὸ ἡμῶν Ἀρχιερέων ἀπαραβάτως διαμένωσιν. Διὸ καὶ Ἰγνάτιον, Φώτιόν τε, Στέφανον, καὶ Ἀντώνιον, καθὼς ὁ ἁγιώτατος Πάπας Νικόλαος, καὶ Ἰωάννης, καὶ ἕκτος Στέφανος, καὶ πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία μέχρι τῆς νῦν ἐκράτησε, καὶ ἡμεῖς αὐτοὺς τῇ αὐτῇ ἀποδεχόμεθα καὶ κρατοῦμεν τάξει, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἱερεῦσι τῆς αὐτῶν χειροτονίας τῇ αὐτῇ τάξει χεῖρα ὀρέγομεν,

καὶ

καὶ ἵνα καὶ σὺ μεθ' ἡμῶν ὡσαύτως χεῖρα ὀρέξῃς παραινοῦμεν, καὶ εἰρήνης, καὶ κοινωνίας εὐλογίαν αὐτοῖς ἀποδῶμεν, καὶ αὐτῶν οὕτως δηλονότι φυλαττόντων τὰς τάξεις. τὸ δὲ σὸν χειρόγραφον, ὃ ἐποίησας ἡμῖν, πλεῖστα ἐκζητήσαντες οὐχ' εὕρομεν. Σκεπτέα τὰ τῆς τοιαύτης ἐπιστολῆς προενηνεγμένα ῥήματα· καὶ γὰρ οὐδὲ οὗτος ὁ Πάπας ἔλυσεν, ἢ ἀπεδέξατο Φώτιον, ἢ τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπεβεβαίωσε τὰς κρίσεις τῶν προκατόχων αὐτοῦ. εἰπὼν δὲ, οὐδεῖνες βάσανοι, ἢ ἐξορίαι, ἢ ἀπάται τῶν πορνοβοσκησάντων ἠδυνήθησάν σε ἀποσχίσαι τῆς μητρὸς σου τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας, τύραννον, καὶ διώκτην, καὶ πορνοβοσκὸν ἐνέφηνε, δηλονότι τὸν Φώτιον· παρακαπιὼν δὲ ἀπέδειξε καὶ σοῦ μετ' αὐτὸν μὴ σεσωσμένους, μήτε ὑγιαίνοντας ἐπὶ ἔτη τεσσαράκοντα τῷ λόγῳ τῆς ἱερωσύνης· καὶ ἐντέλλεται ἀπερισπάστως φυλαχθῆναι τὰς διατάξεις τῶν προκατόχων αὐτοῦ τὰς θεσπισθείσας δηλαδὴ κατὰ Γρηγορίου τοῦ Συρακουσίου, καὶ Φωτίου, καὶ τῶν χειροτονιῶν αὐτῶν. Εἰπὼν ὡς ταύτῃ τῇ προωρισμένῃ ἐκείνων κρίσει, καὶ τάξει, καὶ ἡμεῖς αὐτοὺς ἀποδεχόμεθα, καὶ κρατοῦμεν, τὸν μὲν Ἰγνάτιον καθωσιωμένον προδήλως, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀκαθοσιώτους· ἕκτος γὰρ ἀπὸ Νικολάου ὁ Στέφανος ἀριθμεῖται. Πρῶτος γὰρ Νικόλαος ὁ καὶ κρίνας Φώτιον, καὶ δικαιώσας Ἰγνάτιον· εἶθ' οὕτως Ἀδριανὸς, καὶ μετ' αὐτὸν Ἰωάννης, καὶ μετὰ τοῦτον Μαρῖνος καὶ μετὰ Μαρῖνον Ἀδριανὸς ἕτερος, καὶ ἕκτος Στέφανος, ἔπειτα Φορμόσος, καὶ μετὰ τοῦτον ἄλλοι τέσσαρες, ἤτοι Βονιφάτιος, Στέφανος, Ῥωμανὸς, καὶ Θεόδωρος, καὶ

μετ' αὐτοῦ Ἰωάννης ὁ ταῦτα γράψας. εἰπὼν δὲ, ὅτι καθὼς, καὶ πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία μέχρι τοῦ δεῦρο ἐκράτησε, συμπεριέλαβε πάντας καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν Πατριάρχας, ὧν τὰς διατάξεις εἶπεν κρατεῖν καὶ αὐτόν. ὡς ἀδύνατον εἶναι τὰ δύο γενέσθαι, καὶ τὰς διατάξεις ἐκείνων κρατεῖν, καὶ τοὺς ἀποβληθέντας παρὰ τῶν διατάξεων ἐκείνων δεχθῆναι εἰς ἱερωσύνην τὸ σύνολον, ἀλλὰ μόνον εἰρήνης αὐτοὺς, καὶ κοινωνίας εὐλογίαν ἀπολαβεῖν οἷα λαϊκοὺς, ὡς ἀριδήλως δεδήλωκεν. *Neque ignorandum, Mapam illum Neocæsariensem Metropolitam Stylianum septennio post quam Epistolam a Formoso, de qua supra scriptum est, acceperat, stolida per amicos, & cognatos superbia elatum, relicto veritatis tramite in contraria versum dogmata, scripsisse Romam, petiuisseque ordinationem ipsius, & facultatem communicandi cum Photianis. Papa vero Ioannes cum huiuscemodi Mapæ petitionem accepisset, perpendissetque, veritus, ne forte per irrisionem, & contemptum hæc scripta essent, neue Græci luderent Romanos, si illorum petitioni satisfecisset; neque concessit, quod petiuit, neque sua manu rescripsit: sed ad illius literas in hunc modum respondit. Gratias, quas par est, honoratissime frater, tuæ charitati habemus, quod nunquam a matre tua, Sancta inquam, & Catholica, Apostolicaque Romana Ecclesia deficere volueris: nulla quippe tormen-*

ta

ta, exilia nulla, nec artes, & lenocinia vlla Adulterorum te ab Ecclesia matre tua auocare potuerunt. Omnino tamen spero, tuarum ardore precum dura illorum pectora, qui ad beatam destinati sunt vitam, flexum iri, & pacem diu expetitam postliminio redituram. quod sane per quam certis futurum argumetis apparet, & schismatis dissidium, quod ad quadragesimum iam annum durauit, ad pristinam sanitatis concordiam reductum iri. Quæcunq; enim hactenus tua mater Ecclesia damnauit, & tu damnasti; quæ probauit, & tu probasti. Quapropter & nunc sanctissimorum Pontificum, qui nos præcesserunt, decreta eodem esse loco, incorruptaque volumus obseruari. Itaque Ignatium, Photium, Stephanum, & Antonium eodem nos loco, quo sanctissimus Papa Nicolaus, & Joannes, & Stephanus Sextus, totaq; Ecclesia Romana hucusq; habuerunt, habemus, recipimus, & tenemus. Et quicunq; ex ordine ab illis consecratorum supersunt, manum præbemus, atque vt tu pariter nobiscum illis manum porrigas monemus: Pacem quoque illis, & communionis gratiam reddimus, si tamen ipsi leges a nobis præscriptas obseruarint. Sed Chirographum tuum, quod fecisti, licet diu, multumque a nobis quæsitum, reperire tamen nusquam potuimus. Considerenda sunt porro, probe meditata huius Epistolæ verba. Neque enim hic Papa absoluit, aut

re-

recepit Photium, illiusue ordinationem, sed priorum Pontificum sententias confirmauit. Cum autem dixit; nulla tormenta, vel exilia, vel fraudes, vel lenocinia adulterorum te a matre tua Ecclesia Romana potuerunt auellere; tyrannum vtique, persecutorem, & lanionem, seu adulterum insinuauit Photium. Vlterius vero progressus ostendit, nec eos, qui Photio in Patriarchatu successerunt, ad quadragesimum vsque annum, saluos, sanosue secutos fuisse, soloq; nomine Sacerdotes extitisse. Pracipitque priorum Pontificum decreta contra Photium, & Gregorium Syracusanum edita, nulla ratione violanda esse. Cum rursus dixit; eodem nos loco, quo priores Pontifices, habemus, ac tenemus; Ignatium quidem consecratum aperte dicit, cateros autem perinde quasi pro non consecratis habendos. Sextus porro Stephanus fuit a Nicolao, qui Photium damnauit, & Ignatium absoluit, secundus Adrianus, tum Ioannes, deinde Marinus, quintus Adrianus, postea Stephanus Sextus; hunc Formosus, Formosum alij quatuor sunt secuti Bonifacius, Stephanus, Romanus, Theodorus, & post hos omnes Ioannes, qui hac scripsit. Cum porro dixit; quemadmodum tota Romana Ecclesia ad hodiernum vsq; diem tenuit; complexus est omnes, qui se pracesserunt, & secuti sunt, Patriarchas, quorum decretis se quoq; stare dicit. Vt fieri non possit, hac duo simul vera

esse

esse, vt decreta illorum seruet, & per illorum decreta exauctoratos ad Sacerdotium omnino recipiat: sed pacis duntaxat, & communionis gratiam ritu laicorum illis impertiendam signate declarauit. Sed hi Pontifices cum Ioanne Nono sunt numero duodecim. Igitur Binnius per quam optime duodecim Pontifices Romanos, quemadmodum Allatius nouem Photium damnantes, & excommunicantes adnumerant. Quod si Creyghtonus tempora distinguere nescit, silentio potius, & non tanta garrulitate suam inscitiam obtegisset.

CAPVT III.

Synodus Photiana ob multa in ea inconsiderate acta, dictaque, & præter Synodorum dignitatem, falsitatis in suspicionem vocatur.

DE alijs Photianis Synodis quid statuendum sit, doctissimi, ac præstantissimi Viri decreuerunt. Ego de postrema hac, quam sub Octauæ vniuersalis nomine Schismatici laudant, & in qua de additione, *Ex Filio*, agitur, meas animaduersiones, vti potero, explanabo. Neque enim induci possum, vt credam vnquam eam re ipsa celebratam fuisse. Sunt certa indicia, quæ mihi ani-

animum firmant. fraudes, ac technæ in comminiscendis rebus similibus Photij, cui notæ non sunt? Et ante omnia illud considerandum est, postremam hanc Photianam, nulla cogente necessitate, celebratam fuisse. Nanque antea Basilio intercedente, & Ioanne Pontifice non renuente Photius, multis Ioannem laudibus extollens, nullam de Symboli additione fecit mentionē; Ecclesiæ Romanæ reconciliatus, & tantundem concupita a se Sede recuperata, frustra denuo in Ioannem, & reliquos Romanos, quorum alienatione tot sibi miserrime viuenti mala euenere, & vt eos sibi beneuolos redderet, tot labores animo semper perturbato, atque incerto insumpserat, eiectus, profugus, tristis, inops, tum postmodum illorum sibi reconciliatorum, nulla id exposcente necessitate, animos denuo exasperasset. Frustra cum quiescimus, turbas quærimus, & cum pace fruimur, hostes ad iracundiam, & potissimum si sunt melioris conditionis, concitamus. Id plane fuisset irritare crabrones. An non vna solutus plaga, stolide nouis conatibus obductam sibi ab Ecclesia Romana cicatricem refricasset, vt nouum vulnus exciperet? Non sunt contemnenda, quæ in hac Synodo stabiliuntur. Sententia de processione Spiritus etiam ex Filio ab ipsis

Ec-

Ecclesiæ Romanæ incunabulis; Pontificum fere omnium, & illius Ecclesiæ Doctorum auctoritate confirmata, & scriptis vbique terrarum disseminata reijcitur: Auctoritas Pontificum in subiectos sibi reliquarum Ecclesiarum Præsules conculcatur: potestas, atque facultas solis Romanis Pontificibus a Deo data infirmatur: & Romanus Pontifex manus dat? & suis etiam Oratoribus iniquitatem similem confirmabit? At leni animo est Ioannes, non aduersabitur. Esto lenis, ideo ne & stolidissimus omnium, & percussus, & exossatus silebit? non edet vocem? Quodsi ipse siluerit, an & successores tantam iniuriam æquo animo tulissent? Credant Schismatici. Sed successores conticuerunt. Ergo non fuit. Minutioribus restiterunt: facinus tam atrox non ita facile dissimulassent. In Ioannis Epistolis germanis, & non corruptis a Photio de Processione Spiritus, de non alterando Symbolo, de infirmandis Synodis Nicolai, Adriani, nec non Octaua contra eundem Photium, nec verbulum est. Tantum de restitutione Photij loquuntur, si tamen ille coram Synodo misericordiam quæsiuerit, Φώτιον αἰτοῦντα ἔλεον ἐνώπιον τῆς Συνόδου, βουλόμεθα καὶ τὴν Πατριαρχικὴν μετιέναι ἀξίαν, *Photium coram Synodo misericordiam quarentem,*

Pa-

Patriarchatus honore fungi volumus. Et, Ἐνώπιον μέντοι τῆς Συνόδου ἔλεον αἰτοῦντι καὶ συγκατατιθέμεθα. *Et coram Synodo misericordiam quærenti consentimus*. Quæ ille in corruptis quamuis immutauerit, non ita tamen in aliã sententiam transtulit, vt id idem non exprimatur. Ὁ δὲ Φώτιος ὁ Πατριάρχης μὴ ἀπαξιώσῃ ἐνώπιον τῆς Συνόδου τὴν χάριν, καὶ τὴν σπουδὴν ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τὰ σπλάγχνα τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἀνακηρύξαι. *Photius vero Patriarcha non dedignetur in conspectu Synodi gratiam, vel studium nostrum, vel potius viscera Romanæ Ecclesiæ prædicare*. Et, Διὸ καὶ τὴν σὴν ἀδελφότητα ἀξιοῦμεν μὴ ἀπαξιῶσαι ἐπὶ τῇ Συνόδῳ ἀνακηρύξαι τὸ εἰς σὲ ἔλεος, καὶ τὴν βοήθειαν, καὶ τῆς ἁγιωτάτης τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας τὸν ὑπερασπισμὸν, καὶ κόπον. *Tuam fraternitatem rogamus, ne dedignetur in Synodo prædicare Dei misericordiam, & opem in se ostensam, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ protectionem, & laborem*. Nihil hic aptius, etiam sua interpretatione id corroborante Photio, potuit pronunciare Ioannes. Vult vt pœniteat Photium, coram Synodo misericordiam exorari a Photio mandat, pœnitentiam publicam indicit, satisfactionem præcipit, hisque peractis Photium in communionem recipit, & munus restituit; sin minus fecerit, excommunicationem minatur, & dicitur siluisse Io-

annes? Quid porro Photius in Synodo? Præsidet ipse, Legatis Romanis subsellia exhibet, ingrediendi alijs in Synodum facultatem facit, Locumtenentium Patriarchalium Sediũ venerationes, & cultus recipit; Pontificij ac si essent ex leui plebecula despiciuntur, decreta ipse sancit, & leges dat, Pontificij audiunt, nec audent hiscere. Satis illis est, si rogantibus, & supplicantibus ipsis, auctoritas summa Photij præcipiat. Photius a crimine vendicatur, Romanæ Ecclesiæ Pontifices schismatis auctores decernuntur, & culpa omnis in Romanam Ecclesiam reijcitur. Scribat quidquid velit Pontifex Romanus, Photiani in ea Synodo iudices facti quæcunque iusta, & legitima iudicant, maplectuntur, & recipiunt; quasi vero Romani Pontifices iniusta, & ἀπηγορευμένα, & præter ius fasque multa præcipiant, &, mandent quorum ipsi iudices constituuntur. Tandemque ipse Pontificijs sequentibus Synodum Octauam Oecumenicam sub Adriano, & Romanas sub Nicolao, & Adriano contra semetipsum irritat, illisque hanc suam substituit, & additionem in Symbolo condemnat. An est aliquid simile in alijs Synodis? Quis vnquam similia audijt? Nonne somnia isthæc sunt? Synodum Oecumenicam Pontificis Romani auctoritate, &

alio-

aliorum Præſulum ſuffragio conſtabilitam ab alio Pontifice, vel ab alijs infringi, & irritam fieri?

Non ita facile immutat ſua Romana Eccleſia, cum ad illa ſtabilienda certiſſimum, ac falli neſcium ducem ſequatur. Ὥς κάτοπτρον, καὶ ἀπόδειγμα ἡ ἁγία τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία ταῖς λοιπαῖς Ἐκκλησίαις καθίσταται, καὶ εἴ τι αὖ ὁρίσῃ εἰς τὸν αἰῶνα ἀκλόνητον διαμένει. *Sancta Romana Eccleſia velut ſpeculum quoddam, & exemplar Eccleſijs cæteris propoſita eſt: quæ ſi quid definierit, id omnibus ſeculis firmum inconcuſſumque manet*, ſcribebat Stephanus Papa poſt Photium Epiſcopis, & reliquis Orientalibus Clericis. Sed Octaua Synodus prius a Ioanne Pontifice abrogata, poſtmodum a Photio ſuppreſſa eſt. In germanis Ioannis Epiſtolis, ſi recte illæ conſiderentur, oppoſitum eſt. Qua enim ratione Synodum illam reiecit, quam & ſumme laudat, & cuius auctoritate dictum ſuum conſtabilit. Scribit enim ad Photium, Οὕτω μηνύει ὥστε ἀπὸ τοῦ παρόντος μηδένα ἐκ λαϊκῶν ἐν τῇ αὐτῇ Ἐκκλησίᾳ χειροτονεῖσθαι Ἐπίσκοπον παρὰ τοὺς ὅρους τῶν ἁγίων Πατέρων, καὶ πᾶσαν ὅλως ἐκεῖθεν τὴν φαύλην ἐκείνην ἀποκοπῆναι συνήθειαν κατὰ τὸν κανόνα τὸν ἁρμοδιώτατα περὶ τοῦ πράγματος τούτου ἐκδοθέντα ἐν τῇ σεβασμίᾳ Συνόδῳ τῇ ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθείσῃ ἐπὶ τοῦ περὶ ἡμῶν ἀφ-

ἀφ-

ἀρχιεράτευσαντος Ἀδριανοῦ τοῦ νεωτέρου Πάπα. *Ita tamen vt deinceps de laicis in eadem Ecclesia Episcopus contra sanctorum Patrum statuta nullatenus ordinetur, & omnis illa mala consuetudo ab inde penitus amputetur; iuxta capitulum, quod super hac re in Venerabili Synodo, tempore scilicet decessoris nostri Adriani iunioris Papæ, Constantinopoli habita, est congruentissime promulgatum*. Est vero Actionis 10. Canon 5. Venerabilem nuncupat, & conculcari mandat? Sed Photius in corruptis vocat ἀδίκους Συνόδους, *iniquas Synodos*, & Canonem ad Septimam Synodum sub Adriano Primo Tarasij tempore refert. Quid tum? multa alia dixit Photius, quæ nec ab ipsis Schismaticis probantur. Hominem Nicolao, & Adriano Pontificibus infensissimum pro sui defensione, mirum est non peiora pronunciasse. Vide quæ nos in Opere de Consensione Occidentalis, atq; Orientalis Ecclesiæ lib. 2. cap. 3. 4. & 5. diximus. Quibus colligitur, Synodum hanc a Photio confictam prorsus fuisse, vti & aliam, quam in Nicolaum, tot aduersus Romanam Ecclesiam criminationes ementitus pro arbitrio concinnauerat. Quare nec suspicio mea vana est, Ioannem Pontificem, licet antea videretur reconciliari Photio, vt Imperatori Basilio morem gereret, comperta

pertinacia Photij, postea, quæcunque in fauorem Photij dictauerat, rescidisse, & tandem etiam ipsum Photium condemnasse. Literæ etiam ipsæ Ioannis ad Photium, & Synodum datæ sicuti suppositæ sunt, vt alibi fuse probauimus, ita & Synodi falsitatem arguunt, cum phrasis earum, modusque dicendi nihil habeant commune cum sermonis Latini integritate, sed plane Græcam dictionem præseferant, & ingenium Græcum representent. Idque doctissime adnotauit Gregorius Hieromonachus Responsione in Professionem Fidei Marci Ephesij. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὰ πρακτικὰ τὰ παρὰ τοῦ Ἐφέσου προκομιζόμενα ὡς τῆς ἁγίας Συνόδου δεξόμεθα. Ἔτι δὲ, καὶ τὴν λεγομένην ἐπιστολὴν τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ἰωάννου. Καίτοι γε πολὺ τὸ ὕποπτον ἔχουσαν, διὰ τὸ εἶναι ὅλην δι' ὅλου ἑλληνικὴν τὴν γραφὴν, καὶ μηδὲν ἔχειν ἐν ἑαυτῇ ἰδίωμά τι Λατινικόν. *Nos porro, & Acta ab Ephesio producta, acsi Octauæ Synodi essent, recipiemus. Præterea etiam, & quam ait Epistolam sanctissimi Papæ Ioannis, licet suspectissima sit, quod scriptio illa per omnia dictionem Græcam referat, & nullam in se contineat proprietatem Latini sermonis.*

CA-

CAPVT IV.

Ex diuersitate textus, ex alijs atque alijs Codicibus, & Photij astu, Synodum ementitam esse euincitur.

SIngula pro maiori rerum intelligentia examinentur. & vt de ingenio Photij ad similia confingenda promptissimo, ex quo argumentum non leue desumi potest, hanc quoque ex illo fonte enatam esse, cum omnia sibi concedat, & tota sit in eiusdem laudibus, ac in Ecclesiam meritis referendis, vt de Romanis Pontificibus clam mordendis, eorumque dignitate conculcanda, nihil dicamus, illa plane similis fabulæ argumenta certissima sunt; & interea potissimum, hanc Synodum non vnam eandemque in omnibus Codicibus haberi, sed varie, ac diuerse, modo actionibus, & sententijs auctam, & diuerso rerum exponendarum dicendi modo efformatam, modo multis demptis decurtatam. In Codicibus Vaticanis, & fautorum Photij sermonibus ad tædium vsque verbosissimis, & eadem ad nauseam repetentibus, & Epistolarum, quibus Photij restitutioni, & illius moribus plauditur varia egestione prolixior, legentis aures onerat, & Actionibus quoq; adau-

ctis, namq; septem circumcluditur, largius dilatatur. In meo Codice manuscripto tertiam non excedit, cum tantum primam, & sextam, & septimam, easque non paucis demptis, potiori sui parte mutilas continet. Aliæ aliis, & vario item modo clauduntur, vt cuiq; collatis manuscriptis Codicibus, eo res adducatur, vt nihil diuinatione opus sit, hoc scriptum non adamussim perfectum statim publicatum fuisse, sed primum vtcunque conceptum, ac digestum, postmodum re melius examinata productius, multisque immutatis, tandem additis, vel detractis, quæcunque in rem suam fore iudicabat, in vulgus emisisse, cum Basilius Imperator Photij, & Santabareni præstigijs, & fraudibus demens a reuerentia Romanorum Pontificum subtractus, in eosdem, quos prius tantundem venerabatur, calamum strinxit, & omnia furenti Photio concessit.

Quis, si modo antiquiora Concilia circumspexit, & in illis disponendis diligentiam Patrum vel minimum animo aduertit, impostoris huiusce inscitiam, & omnia sibi concedentis astum non admirabitur? Præsidet hic Photius. Προκαθεσθέντος Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ Οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου, καὶ συγκαθεσθέντος Ἠλία. *Præsidente Photio sanctissimo & Oecumenico Patriarcha,*

&

& vna sedente Elia. Actione 1., & in alijs Actionibus perpetuo continuatur. Photius est, qui agenda indicit. Photius nutu suo omnia dirigit, Legati Pontificij vix locum habent, silent, Photij imperijs audiunt, mancipia sunt. Nulla hic reliquarum Patriarchalium Sedium, nulla Romani Pontificis auctoritas. Photius τὰ πάντα est. Quis similia non execratur? Schismatici ipsi talia detestati sunt, & plane sub alijs Imperatoribus condemnarunt. Ex quo tantum sibi Constantinopolitanus ius vindicauit, vt ipse præsideat, imperet, præcipiat, alij veluti pecudes ne hiscere audeat? sub proximo ante Photium Concilio Tarasius, sub alijs præcedentibus alij Patriarchæ Romanum primum agnoscunt, quid ille iubeat, audiunt, & exequuntur: & nunc hoc Concilium, si vere coactum fuit, ita insanijsset, vt præscripta Ecclesiastica in Concilijs cogendis, & intemerate seruata, nullo obstante, & præsentibus Legatis Pontificijs, interturbato rerum ordine permutarit? Nullus in tanto Episcoporum numero, ne dicam colluuie, vel sua iura, vel aliorum tutatus est? Et tamen in alijs Concilijs cum occasio se tulit tutati sunt. Et vt magis rideas, hæc præsumit Photius ante quam in iudicium vocatus, examinata caussa innocens declaretur. Condemnatus, ex-

communicatus, eiectus, & secularis declaratus decreto vniuersalis Concilij, alterius Concilij decreto nondum absolutus, & in communionem aliorum admissus, caput & arbiter in Concilio iussa impertit, & leges dat. Et quod magis est, talem hominem Ioannes Pontifex veneratur, & adorat, Act. 1. Προσκυνεῖ τὴν ἁγιωσύνην ὑμῶν ὁ ἁγιώτατος, καὶ οἰκουμενικὸς Πάπας Ἰωάννης. *Adorat Sanctitatem vestram sanctissimus, & Oecumenicus Papa Ioannes*. Ijdem sunt tituli, eadem adoratio, eadem vtriusque submissio, par astus & fastigium, quasi æqua etiam esset potestas; Φώτιος ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης ἔφη, ἀντιπροσκυνεῖται παρ' ἡμῶν ἐγκαρδίῳ πόθῳ. *Photius sanctissimus Patriarcha dixit; contra adoratur à nobis cordiali amore*. Et infra; Πολλὰ προσκυνεῖ, καὶ ἐπισκέπτεται ἡμᾶς ὁ ἁγιώτατος Πάπας. *Nimium adorat, curamque nostri gerit sanctissimus Pontifex*. Pontifex optat sibi Photium Ἀδελφὸν, καὶ συλλειτουργὸν, καὶ συνιερέα, *Fratrem, comministrum, & consacerdotem*. Et Photius ibidem morem gerens Pontifici ex largitate sua accipit eundem, declaratque fratrem, comministrum, & consacerdotem; & hoc ex gratia speciali. Καὶ πῶς οὐκ ἔστιν ἄξιος τῶν ἴσων ἀγώνων, καὶ φροντίδων, τὴν εὔνοιάν τε, καὶ καθαρὰν διάθεσιν ἀντιλαμβάνειν. *Et quomodo dignus non est, æqualium*

lium

lium certaminum, & curarum beneuolentiam, atque purum affectum vicissim accipere? Quia prior adorauerat Pontifex Photium, prior illius curam egerat, prior beneuolentiam & purum affectum in Photium commonstrauerat, a Photio dignus habitus est & veneratione & cura & affectu. Si non id egisset, Photiana gratia, & affectu indignus iudicatus fuisset; & vixisset Romæ inglorius, inhonorus, incuratus, neglectus. Quis non videt impudentiam Photij? quis non miratur Romanam inertiam, reliquorũ Præsulum dementiam? Et credam ipse similia in consessu publico Præsulum celebrata?

Et considera Lector. Synodus ista cogenda prorsus erat pro restitutione Photij expulsi, vt sicuti consessu publico eiectus fuerat, ita & publico decreto suo throno redderetur, quod videbatur magis ipsi Photio honorificum, sic enim iniustitia sibi facta apertius omnibus patuisset. Et nihilominus hæc Synodus cogitur non pro illius restitutione, sed contra illius rebelles, & ab illo dissidentes. Ἔπειτα διὰ τῆς ὑμῶν τελειότητος ἐπισκέψασθαι διαγνέσῃ, εἴ τινες εἰσιν ἀπειθοῦντες τῇ ἀληθείᾳ, καὶ νουθεσίαν τὴν πρέπουσαν εἰσαγαγεῖν, ὡς ἂν ἀποστάντες τῆς περικατεχούσης αὐτοὺς σχισματικῆς πλάνης, ὅλοι Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν τῇ κοινῇ πάντων κεφαλῇ κολληθῶσι, καὶ εἰς

ἐν ἀρτίον αὐτοῦ ἀποτηρεῖσθαι σῶμα. Postmodum per vestram perfectionem dispicere conatus est, si qui sunt, qui non obediunt veritati, & decentem adhortationem introducere, vt qui rebellarunt, ab eo, quo prius abrepti sunt, Schismatico errore toti Christo vero Deo nostro communi omnium capiti adhærentes, vnum integrum illius corpus efficiantur.

Nec hisce contentus Photius, non latenter primas sibi partes in Ecclesia arripit, cuius ipse caput esse profitetur. Ioannes Heracleensis eadem Actione; Εὐχαῖς ἁγίαις αὐτοῦ περιεγένετο μία ποίμνη, καὶ ἔχομεν ἕνα ἀληθῆ ποιμένα, ὅσιον, καὶ ἄκακον Φώτιον τὸν ἁγιώτατον ἡμῶν Δεσπότην, καὶ οἰκουμενικὸν Πατριάρχην. *Precibus sanctis illius factum est vnum ouile, & habemus vnum verum Pastorem sanctum, & innocentem Photium sanctissimum nostrum Dominum, & Oecumenicum Patriarcham.* Si vnio est Ecclesiæ Occidentalis, atque Orientalis, ideoque hac vnione vnum ouile, & vna Ecclesia facta est; quomodo similis Ecclesiæ Pastor, vnus Photius est, reiecto Ioanne? Si Photius Orientalis est, Ioannes Occidentalis; qua ratione vnius ouilis, vnius Ecclesiæ duo Pastores fuerint? Quodsi Orientalem tantum intelligit, quis alias Sedes Patriarchales Pastorum munere spolians, totum in vnum Constantinopolitanum, vel Photium detulit;

lit; vt hic vniuersæ Ecclesiæ Orientalis vnus Pastor sit? Similia neque ex penu Orientalis, neque Occidentalis Ecclesiæ hausta sunt. Aliter longe Patres tum Orientales, tum Occidentales loquuntur, aliter Photiani in hac Synodo ita ruunt in tenebris, omniaque miscent. Quis ergo æquo animo ferat verba Michaëlis Alexandrini Actione secunda de Photio, cui ipse Photius est, Τῆς Ἐκκλησίας Θεοῦ ἀρχιποίμην, τῆς ἱερωσύνης τελειωτὴς, γνώμων τῆς ἀληθείας, ἀρχιποίμην τῶν λογικῶν προβάτων τοῦ Χριστοῦ, *Ecclesiæ Dei primarius Pastor, Sacerdotij consummator, veritatis index, & Christiani gregis rationis compotis primus, ac præcipuus Pastor*. Et similia aliorum in eadem Synodo nugamenta, quæ libens prætereo, ne Lectori tædio sim.

CAPVT V.

Hoc idem probatur ex Sacerdotio ipsius Photij, quod a Synodicis Θεοψήφιστον, *a Deo decretum, nuncupatur.*

Illud quoque prætereundum non est. Vocatur Sacerdotium Photij Θεοψήφιστον, *Diuino decreto constitutum*. Quidquid euenit, ex Deo esse certum est. Sed hac ratione & bella, & pestes, & fames, & aduersa quæque θεοψήφιστα sunt, & forte non alio mo-

do Sacerdotium illud θεοψήφιστον fuit, ex quo tot mala Græciæ prognata sunt. Sed vt fuerit examinetur. Photiani ipsi non negant, Ignatium legitime in thronum Constantinopolitanum euectum fuisse. Is per vim eijcitur a Photio, quo eiecto ipse Bardæ & Imperatoris Michaëlis patrocinio fultus Sedem occupat. Hæc quoque sunt Schismaticorum effata; Photius ergo inuasor est, lupus in gregem alienum intrusus. Et Photius iste homo acerrimus bonorum alienorum possessor, expulsor, ereptor, nobis θεοψήφιστος fuerit? Horas bonas esset perdere, si in his probandis diutius immoraremur. Adeantur Nicetas Paphlago in vita Ignatij, Acta Octauæ Synodi, & Libelli Episcoporum in ea contenti, Acta Synodorum Romanarum sub Nicolao, & Adriano Pontificibus Romanis, Styliani Neocæsariensis Epistola ad Stephanum Papam. Et ne singulos recenseam, Georgius Cedrenus damnationem Ignatij, & electionem Photij vocat, Ταῦτα ἤδη τὰ τῆς φιλοπρωτείας τοῦ Βάρδα καινουργήματα. *Hæc sunt facinora, quæ Bardas imperij obtinendi cupiditate impulsus edidit.* Ioannes Zonaras *inter alia supra modum vituperanda, & detestanda* Bardæ enumerat, Τὰ δ᾽ ἄλλα καὶ λίαν ψεκτά, ἃ ἐκπέπτωκε, Matthæus Cygala in Synopsi historica, Τὸ μετ᾽ ὀλίγον

ἐστί-

ἔστειλε, καὶ τὸν ἔφερε, καὶ ἔκαμε Σύνοδον ἀρχιερατικὴν, καὶ τὸν ἐκάθηρε τὸν ἁγιώτατον Ἰγνάτιον ἀδίκως, καὶ ἔκαμε Πατριάρχην Φώτιον. *Modicum post tempus, misit, qui eum adducerent, & Synodo Præsulum coacta sanctissimum virum Ignatium iniuste deposuit, creauitque Patriarcham Photium.* Eadem repetit Dorotheus Metropolita Monembasiensis. Basilius Imperator Epistola ad Papam Nicolaum; Τὴν Ἐκκλησίαν εὑρήκαμεν ἐννόμου ποιμένος γεγυμνωμένην, ὀθνείῳ ποιμένι δεδουλωμένην. *Ecclesiam offendimus suo germano Pastore viduatam, alieno mercenario oppressam.* Et infra; Ἰγνάτιον τὸν ἀδικηθέντα ἐπὶ τὸν ἴδιον θρόνον ἀποκατεστήσαμεν. *Ignatium iniuria affectum, solio suo restituimus.* Et infra. Ὅσους ἀπάτη, καὶ πανουργεύμασιν ὁ Φώτιος ἐφενάκισεν. Ὀλίγοι γὰρ παντελῶς ἀνώτεροι τῆς ἐκείνου παγίδος γεγόνασι. *Et quicunque artibus Photij, & insidijs circumuenti sunt: perpauci quippe reperiuntur, quos ille cassibus suis non irretiuit.* Michaël Syncellus in Encomio S. Ignatij Patriarchæ; Ὁ δὲ ἀδίκως καθαιρεθεὶς μετ' εὐφημίας τοῦ ἱερατικοῦ θρόνῳ ἀποκαθίσταται, τοῦ ἐκ Μακεδόνων Βασιλείου τὸν θρόνον τῆς βασιλείας τηνικαῦτα παρειληφότος, ὃς καὶ παρελθὼν τὸν μέγαν, καὶ θεοφόρον Ἰγνάτιον ἐκ τῆς πολυετοῦς ἐξορίας ἀνακαλεῖται, καὶ τῇ τε λαοῦ παντὸς αἰτήσει πεισθεὶς, λαμπρῶς καὶ μεθ' ὅσης εἰπεῖν οὐκ ἔνι τιμῆς εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀναβιβάζει θρόνον.

Ὁ δὴ

Ὃ δὴ μαθόντες, καὶ οἱ τῶν ἄλλων Πατριαρχικῶν θρόνων. *Iniqua vero ſententia damnatus Ignatius ingenti cum gloria ſacrum tribunal recuperauit, ſimul ac Baſilius Macedo imperium accepit, qui continuo eximium, & nouum hunc Deiferum Ignatium ex diuturno exilio reuocatum permotus vniuerſi populi poſtulatis, ſummo cum honore, ſummaque veneratione in Patriarchium reſtituit. Quod cum reliqui Orientis Antiſtites accepiſſent, ingenti omnes gaudio ſunt perfuſi.* Nec multo poſt Auctor vitæ Michaëlis, Theophili Imperatoris filij. Οὗτος οὖν, ὁ Ἰγνάτιος, μετά τινας χρόνους τὸν Βάρδαν ἐπὶ τῇ τοῦ οἰκείου γυναικὸς ἀλόγως, καὶ ἀναιτίως ἀποβολῇ, τῆς αὐτοῦ δὲ νύμφης περιπλοκῇ τῆς Ἐκκλησίας ἀπείργων, ἐπεὶ καὶ τῶν θείων κανόνων ἠμέλει, τὴν ἣν ἐκείνῳ ἐδίδου κοινὴν τῆς Ἐκκλησίας ἀποπεμπόμενος ταύτην εἰσπράττεται παρ' αὐτοῦ, καὶ ἵνα τὸν λιμὸν, καὶ τὴν δίψαν παρῶ, καὶ τὰς ἐπὶ γῆς τοῦ ἀνδρὸς ἐκτάσεις τε, καὶ ῥαβδισμοὺς, καὶ τὰς καθ' ὅλον τὸ σῶμα ὠμοτάτας πληγὰς, ἓν τοῦτο μόνον ἐγὼ εἰπὼν, ἐπὶ τὰ συνεχῆ βαδιοῦμαι τῆς ἱστορίας. Παρεδίδου τὸν Ἰγνάτιον ὁ Βάρδας φρουρᾷ καὶ φρουρᾷ ἀπηνεῖ τε, καὶ χαλεπῇ, ἡ δὲ ἦν ἐν τῷ τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων τεμένει. Οὐκ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ μεγάλῳ τε, καὶ σεμνῷ, ἀλλ' ἔνθα οἱ τάφοι λέγονται, καί εἰσιν, ἐκεῖσε δὴ ἐναποκλείσαντες ἐνί τινι τούτων τάφῳ τοῦ Κοπρωνύμου ἐν κρυμῷ, καὶ παγετῷ γυμνότερον κατὰ τῆς παροιμίας ἐν μετεώρῳ ἐπικαθίσαντες τὰ τοῦ κρυ-

μοῦ

μὲν καὶ χλευασμὸς πάσχειν ἐξεβιάζοντο. τὰ δὲ τὴν δυσεντερίαν τε, καὶ τὴν ἐντὸς ἀναγκαίων ἐκ τῆς τοῦ ψύχους ὑπερβολῆς διὰ γαστρὸς ἀπόρροιαν, καὶ θάνατος ἐκ τούτου πικρός. ἀπεβίω δ᾽ ἂν ἐκ τῆς τῶν φρουρούντων ἀγνότητος καὶ ὠμότητος. ἦσαν δὲ οὗτοι ὅ, τε Γοργωνίτης Ἰωάννης, καὶ ὁ Σκοτέλοψ Νικόλαος, καὶ Θεόδωρος ὁ Μωρὸς, εἰ μήτις οἴκτῳ βαλλόμενος, Κωνσταντῖνος ἦν ὁ Ἀρμενιακὸς τῇ τούτων ἀπουσίᾳ ἐν τῷ μέλλειν σιτίζεσθαι ἐκεῖθεν τε τὸν ἄνθρωπον κατεβίβαζεν, καὶ οἴνῳ βραχεῖ, ἔτι δὲ καὶ ἄρτῳ, καὶ μικρᾷ τινι περιθάλψει τὸ λυποῦν ἐπ᾽ ὀλίγον παραμυθεῖτο. ὡς δὲ τὸ τῆς τιμωρίας ἀνηνύτως ἐδόκει αὐτῷ, τότε δὴ ὑπερόριον μὲν τὸν ἄνδρα τοῦτον κατὰ τὴν νῆσον Μιτυλήνην ποιεῖ. ἐπεὶ δὲ καί τινες τῶν Ἐπισκόπων αὐτέλεγον, καὶ τὴν δίκην πόρρω που δὴ ἦσαν, καὶ ἀποφοιτήσαντες ἐπεκαλοῦντο, καὶ οὐκ ἔτι γνώμην ἄλλον δέξασθαι ἠπείλουν, ἀλλὰ τῆς Ἐκκλησίας συναπορήγνυσθαι τὸν, ἐκ τούτου τάραχον δὴ καταλαβηθεὶς ἔγνω καὶ τούτους ἀπάτῃ παρελθεῖν, καὶ ἀλωπεκῇ. ἰδίᾳ γοῦν καὶ κρυφῇ τούτων ἕκαστον μετακαλούμενος, οὐ μικρόν τι, καὶ ταπεινὸν ὑπισχνεῖτο τε καὶ ἐδίδου, εἰ μόνον ἀποσταῖεν τοῦ Ἰγνατίου, ἀλλὰ τὸν θρόνον αὐτὸν Κωνσταντινουπόλεως. ὡς δ᾽ ἐνεδίδοσαν ἅπαντες, καὶ τῆς μὲν δόξης ἡττῶντο, τοῦ δὲ καλοῦ ἕνεκεν καὶ νομίμου ἀντέλεγον ἤδη, τότε δὴ τότε ὑπετίθει, καὶ ὡς ὁ νῦν βασιλεὺς αὐτοῖς τὰς ὑποσχέσεις ἐκπληρώσειεν. αὐτοὶ δὲ τὸ εὔσχημον τηροῦντές τε, καὶ σεμνὸν, ἅμα τῷ πρὸς αὐτὸν κληθῆναι μὴ πρὸς τὰ διδόμενα κατανεύσητε. Ἵνα καὶ αὐτός, φησι, τῆς ὑμῶν εἴη ὑπεραγάμενος ἀρετῆς

οὕτω δὴ ἕκαστον οὐχ ὁμοῦ, ἀλλ' ἰδίᾳ, καὶ κατὰ μόνας πρὸς τὸν Μιχαὴλ εἰσκαλούμενος, μὴ αὐθωρὸν ἐπιπηδᾶν τῇ τιμῇ ἀνέπεισεν. καὶ οὕτω μὲν ἐκ μόνου προσρήματος ἀξιούμενοί τε, καὶ ἀπαρνούμενοι, ἔλαθον ἑαυτοὺς παραδειγματίσαντες. τῆς τε γὰρ ἀρετῆς ἐξέπιπτον, καὶ τῆς δόξης νικώμενοι ἔρρεπον, καὶ ταύτης αὖθις ἡμάρτανον, ὅτι μὴ καλῶς, ἀλλ' ἐπιβούλως τὸν Ἰγνάτιον παρεδίδοσαν, οὕτως οὖν ἐπεὶ καὶ οὗτοι αὐθαίρετοι ὄντες ἐφάνησαν, καὶ οὕτω δὴ ἠπατήθησαν, Φωτίῳ ἐπὶ σοφίᾳ μὲν ὄντι γνωρίμῳ ἀνδρί, τῆς κοσμικῆς δὲ τάξεως ἀντιποιουμένῳ, καὶ τὴν τοῦ πρωτοασηκρῆτις δεδραγμένῳ τιμὴν τὸν θρόνον ἐδίδουν τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Καὶ ἵνα δὴ καὶ τὰ αὐτῶν κραταιότερα ἀποφήνωσι, τοποτηρητὰς μὲν ἐκ Ῥώμης ἐπ' ἄλλαις προφάσεσι, κατὰ γοῦν τῶν Εἰκονομάχων σταλέντας μεταπεμψάμενοι, κατὰ δὲ Ἰγνατίου μετὰ τοῦ καιροῦ γεγονέναι παρασκευάσαντες, καὶ συνεδριάσαντες, καὶ ἐν τῷ τῶν θείων Ἀποστόλων τεμένει δεδημοσιευμένῃ καθαιρέσει τοῦτον καθυποβαλόντες, ἐπεὶ τῆς ἐξορίας μετεκαλέσαντο, πυγμαῖς τὰ πρόσωπα, καὶ τοὺς ὀδόντας συνθλάσαντες, πᾶσαν σκοτόμαιναν κατὰ τῶν ἱερέων κακῶς. Ἀλλ' ὅσα μὲν καὶ ἄλλα κατὰ πάντων τῶν ἱερέων ἐτανύσατο φυλακαῖς τε, καὶ ὑπερορίαις, καὶ ποιναῖς ὠμοτάταις ὁσημέραι παραδιδούς, ἵνα τῷ Φωτίῳ συγκοινωνήσωσι, βίβλοι τε πολλαί, καὶ ὁ πᾶς οὐκ ἐπιλείποι χρόνος ἐξαγορεύων.

Hic ergo Ignatius post nonnullos annos Bardam pro coniugis propriæ temeraria, atque inconsulta dimissione, & germanæ nurus amplexibus ab in-

ingressu Ecclesiæ obturbans, cum ille & sacros Canones sperneret, pœnam, quam ab illo petebat Ignatius ex instituto Ecclesiæ longe a se dimouēs, eandem ab Ignatio exigit: & vt famem, sitimq; silentio prætercam, & corporis super terram crebras extensiones, & verbera, inque eius vniuersas particulas nulla excepta inclementissimas plagas, vnum tantum si dixero, reliqua historiæ continuabo. Ignatium Bardas custodibus commissum immanibus, ac efferatis in carcerem coniecit. In sacrorum scilicet Apostolorum ædem non conspicuam illam, & venerandam, sed vbi sepulcra dicuntur esse, & re vera sunt, in vno ex ijs, quod Copronymi fuerat, inclusum, cum intensum frigus ac glacies sæuiret, pistillo nudiorem, vt prouerbio contritum est, in sublime collocatum frigoris hyemisque molestijs vi subigebant: mala, quibus ille opprimebatur, erant & alui proluuies, & intestinorum ob excessum frigoris effluxus, & mors inde acerbissima consecutura. Et plane ille finem vitæ fecisset, si diritas feritasque custodum irrupto cursu continuassent. Erant vero custodes Ioannes Gorgonites, Nicolaus Scotelops, & Theodorus Morus: Sed Constantinus Armeniacus misericordia adductus, dum excubitores custodiæ deerant, cibi sumendi hora, inde dimotum hominem, humi accumbere faciens, vino modico, pane etiam præmolestiam, ac rerum acerbi-

ta-

tatem ad minimum tempus recreabat. Cum vero satis pœnarum dedisse Bardæ visum esset, tum virum ad Mitylenem Insulam de patria exterminant. Verum cum nonnulli Episcopi contra niterentur, & iustitiam longe gentium abijsse contenderent, & nunquam se, si quid aliud pertentasset, probaturos, quinimo sese recessuros ab Ecclesia minarentur, indidem emanantes turbas metuens, apud animum suum proposuit hos & dolis, & vulpinis astutijs circumducere. Remoto itaque liberoque ab arbitris loco singilatim vnicuique denunciauit, neque paruum, neque exile promittens tradensq; si tantum ab Ignatio seiungerentur, sed sedem ipsam Constantinopolitanam. Vbi vero omnes nutui illius decessérant gloriæ mancipia, nemo pcstmodum honesti, iustique causa arbitrio Bardæ refragabatur. tum postea ille suggerebat, Imperatorem ipsis promissa completurum. Ipsi autem honestum, ac graue præseferentes, simul atque ad ipsum vocati fuere, ne muneribus animum applicetis, dicebat, vt ille vestram quoque virtutem suspiciat. Hac ratione singulos non simul allectos, sed priuatim, & secreto ab alijs ad Michaëlem adducens, ne eodem momento dignitatem expostularent, persuadebat. & hi quidem ex sola compellatione digni declarati, & dignitatem recusantes semetipsos palam traduxerunt, nanque gloriæ amore conciti de virtute decidebant, & eam rursus delusi

lusi amittebant, quod non iure, sed fraudulenter Ignatium tradebant. Eo pacto igitur, cum & hi homines esse comperti essent, & circumuenti Photio, adultæ sapientiæ viro, ordinis secularis, & a Secretis primarij muneris thronum Constantinopolitanum tradebat. Et vt validius quæ egerant constabilirent, sub alijs atque alijs nominibus Locumtenentes Roma accersunt; contra Iconomachos, attamen illi suo tempore aduersus Ignatium, vt calculum ferrent, traducti sunt. Et coacta Synodo in diuinorum Apostolorum æde publica Ignatium depositione multant, cum ab exilio euocatum, pugnis illius faciem dentesque contundentes, omnem profundæ noctis caliginem in Sacerdotes pessime exercuerunt. Sed quæ, quantaque alia aduersus omnes Sacerdotes, carceribus, & exilijs, & immanissimis pœnis affligens, in dies singulos temere ausus est, vt communicarent cum Photio, volumina pleraque, & futurum omne tempus clamoribus tragicis personabit. Georgius Hamartolus. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Βασιλεὺς Λέων, τὸν αὐτὸν στρατηλάτην Ἀνδρέαν ἅμα Ἰωάννῃ Ἁγιοπολίτῃ λογίῳ πάνυ ὄντι, καὶ Λογοθέτῃ γεγονότι τοῦ δρόμου ἐν τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ ἀπέστειλεν, οἳ καὶ ἐν τῷ ἄμβωνι ἀνελθόντες, καὶ τὰς τοῦ Πατριάρχου Φωτίου αἰτίας εἰς ἐπήκοον πάντων ἀναγνόντες, τοῦτον τοῦ θρόνου κατήγαγον, καὶ περιώρισαν αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ἀρμενιανῶν τῇ ἐπονομαζομένῃ τοῦ Βορδῶνος. Στέφανον δὲ Σύγκελλον τὸν

αὐτοῦ ἀδελφὸν Πατριάρχην προβάλλεται, ὑπὸ Θεοφάνους χειροτονηθέντα τοῦ πρωτοθρόνου. *Post hæc Imperator Leo eundem copiarum ducem Andream simul cum Hagiopolita Ioanne admodum diserto, atque erudito, cursusque Logothetam ad templum S. Sapientiæ misit, qui ambonem ascendentes, & Patriarchæ Photij facinora omnibus audientibus lectitantes, de throno deiecere, eumque in Armenianorum Monasterio Bordonis cognominato relegarunt. Stephanum vero illius fratrem Syncellum in Patriarcham promouent a Theophane Protothrono ordinatum.* Constantinus Porphyrogenneta in vita Basilij Macedonis, quam inter Symmicta nostra Græce ac Latine edidimus. Ἐπεὶ γοῦν, καὶ ταύτας οἷον ἐν σάλῳ τινὶ, καὶ ταράχῳ τυγχανούσας ἑώρα, διὰ τὸ τῆς κοινῆς λύμης ὑπὸ τοῦ προάρξαντος, καὶ ταύτας μεταλαχεῖν, καὶ ἐξωσθῆναι μὲν τῆς οἰκείας καθέδρας, καὶ ποίμνης τὸν ἐννόμως τούτων κατάρχοντα, ἀντεισαχθῆναι δὲ ἕτερον, οὐδὲ τούτων ἠμέλησεν, ἀλλὰ διὰ κοινῆς Συνόδου, καὶ συναθροίσεως τῶν ἁπανταχόθεν ἀρχιερέων Θεοῦ τῆς Ἐκκλησίας τὸν σάλον καὶ τὸ ἐκδεχόμενον ἔστησε. τήν τε πρὸ τούτου ἑβδόμην ἁγίαν Σύνοδον ἐπικυρώσας, καὶ τοὺς περιλυπεῖς τῶν Εἰκονομάχων αἱρετικῶν τῷ ἀναθέματι δοὺς, καὶ τὸν γνήσιον νυμφίον τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς τέκνοις τὸν πατέρα κανονικῶς παραχωρῶν, τὸν δὲ ἀντεισαχθέντα σχολάζειν κελεύσας, ἕως τοῦτον πρὸς ἑαυτὸν μετεστήσατο ὁ Κύριος. *Illarum vti in salo tempestate, ac fluctibus iactatarum, quod noxam*

xam communem ab anteceſſore contraxerant, deturbatoque de proprio throno, & grege, qui legitime præerat, alio ſuffecto, tranquillandarum ſtudium nunquam depoſuit: ſed publica Synodo locis ex omnibus Dei Præſulum, vt vt potuit, congregata, procellam deuitauit; & ſeptimam, quæ præceſſerat, ſanctam Synodum conſtabiliens, reliquos adhuc ex Iconomachis hæreticos anathemate ferijt, legitimum Eccleſiæ ſpcnſum, & liberis patrem, vt Canones iubent, reſtituit, intruſum denique vacare a munere iuſſit, donec alium ad ſe Dominus aduocaſſet. Auctor MS. apud me; Οὗτος Φώτιος τὴν Ἐκκλησίαν διέσχισε, διότι οὐχ ὑπακούσας Νικολάῳ καὶ Ἀδριανῷ τοῖς τῆς Ῥώμης ἀρχιερεῦσι παραχωρῆσαι τῷ ἀδίκως ἐκβληθέντι Ἰγνατίῳ τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως, ὃν παρὰ κανόνας αὐτὸς ἔλαβε, παρὰ τῶν προρρηθέντων τῆς Ῥώμης ἀρχιερέων ἀφορισμῷ, καὶ ἀναθέματι, καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ Βασιλεὺς καθυποβέβληται. *Hic Photius Eccleſiam diſcidit, quod cum non obediſſet Nicolao, & Adriano Romanis Pontificibus, Sedem Conſtantinopolitanam Ignatio iniuſte expulſo cedere, quam contra ſtatuta Canonum arripuerat, a dictis Romanis Pontificibus excommunicatione, & anathemate & ipſe, & Imperator feritur.* Audiendus etiam eſt Conſtantinus Manaſſes.

Ὁ Καῖσαρ γὰρ ἐκπικρανθεὶς τοῖς ὀνειδιστικοῖς
Ῥήμασιν, οἷς ἐπλήττετο παρὰ τοῦ θεοφόρου,

Οὐ μόνον οὐκ ἐφρόντιζε τῶν παραινετηρίων,
Ἀλλὰ καὶ κότον ἔτρεφε κατὰ τοῦ παραινοῦντος.
Ὅμοιον δρῶν ὡς εἴτινες ἰχώρων πεπλησμένοι
Νοσοκομοῖντο πρός τινος· οἱ δὲ ἀποδυσπετοῖεν
Καὶ μᾶλλον ἀγριαίνοιντο πρὸς τὸν εὐεργετοῦντα.
Ἔνθεν τοι Βάρδας προσελθὼν ποτὲ τοῖς μυστηρίοις
Καὶ μὴ τυχὼν τῆς δωρεᾶς ἐκείνης τῆς ἐνθέου.
Οὐ γὰρ πως δέχεται σαπρὸν ἄγγος εὔοσμα μύρα.
Καὶ πρὸς θυμὸν ἐκπυρωθεὶς ὡς λέων ἐξεβρύχης
Ὡς πάρδαλις ἐφάλλεται ῥαγδαίως τῷ δικαίῳ,
Καὶ ῥήγνυσι, καὶ κατασπᾷ θείας πηδαλουχίας,
Ἀντεφιστᾷ δὲ Φώτιον. φεῦ ἀντὶ τίνος ποῖον;

Nimirum obiurgationibus hisce Bardas Cæsar exacerbatus, non modo nihili fecit eas exhortationes, verum etiam conceptam aduersus monentem iracundiam, & indignationem alebat, non aliter agens, atque si saniosos aliquo curare volente, illi non tantum aufugiant, sed etiam erga benefacientem excandescant. Cum igitur aliquando Bardas accederet ad mysteria, nec diuinum illud munus a Patriarcha consequeretur, non enim vnguenta fragrantia vasi putrido committuntur, inflammatus iracundia leonis in modum rugit, ceu violenta pardalis in hominem iustum insilit, lacerat, a clauo summouet, eius in locum Photium substituit. Proh qualem pro quali Viro? Ephræmius in Catalogo Patriarcharum. Τούτου (Μεθοδίου) μεταστάντος δὲ πρὸς τὸν δεσπότην,

Ποι-

Ποιμὴν θεαυγὴς ὤφθη τῆς βασιλίδος
Ἰγνάτιος παῖς Μιχαὴλ Βασιλέως,
Κανὼν ἀκριβὴς ἀρετῶν, καὶ δογμάτων,
Παιδεύσεως μέλημα καὶ λόγων κράτος,
Ὃν ἐκτομίαν θηριώνυμος Λέων
Κράτος καταχὼν ἀπέφηνε σὺν βίᾳ.
Εἶτα μονάζας, ὡς Θεοῦ θεῖος νόμος,
Ὕστερον ἔσχε τῆς Κωνσταντίνου θρόνον.
Τοῦτον Μιχαὴλ καταγαγὼν τοῦ θρόνου
Μᾶλλον ἢ Καῖσαρ Βάρδας ἀδίκῳ δίκῃ,
Ἄνδρα πανοῦργον, καὶ σοφώτατον λίαν,
Ἐκ λαϊκῶν Φώτιον πρωτασηκρῆτις
Ἀντικαθιστᾷ ποιμενάρχην ἀδίκως.
Τοῦ δ᾽ ἀπελαθέντος ἢ τῆς προεδρίας
Ἰγνάτιος ἔσχηκε τὸν θρόνον πάλιν.

Hic autem cum concessisset ad Dominum, pastor diuinus apparuit reginæ vrbium Ignatius Michaëlis Imperatoris filius, accurata regula virtutum ac dogmatum, eruditionis cura, & sermonum potestas; quem euirauerat efferatus Leo, dum violenter imperium occupat. Postmodum inter Monachos adscriptus, vti diuina præscripta mandant, tandem thronum Byzantinum assecutus est. Hoc Michaël de throno pulso, imo Barda Cæsar iudicio iniusto hominẽ versipellem simul atque doctissimum, ex laico Photium primum a secretis substituit iniuste Pastorem. Hoc vero eiecto a primatu Ignatius denuo thronum recuperauit. Christophorus Patritius Mity-

lenensis in Synaxario de Sanctis, quorum memoria celebratur per annum singulis diebus in Ecclesia Græcorum carmine Iambico conscripto;

Εὗρες μεταστὰς τὴν παλαιὰν ἀξίαν
Ἰγνάτιε πρόεδρε Ῥώμης τῆς νέας.

Reperisti expulsus veterem dignitatem Ignati Præsul nouæ Romæ. Et vt finiã, nemo vnus est, qui Bardæ facinus simile, vel Photij in Patriarchatum intrusionem in laude posuerit; & Deo ascripserit. Quare potius illius Sacerdotium βαρδοψήφιστον non θεοψήφιστον vocari meruit. Non est hæc silua verborum, sed densæ numerosæque præstantissimorum ex omni genere cohortes tuum Photium, quo tu Creygthone *doctiorem in omni genere literarum, prudentiorem in rebus gerendis, omnis iuris diuini humaniq; peritiorem nunquam sedisse in quouis solio, vel Romæ Papã, vel Constantinopoli Patriarcham,* fateris, *& cuius monumentis maiorem fidem, ac reuerentiam adhibuisses, quã omnibus sancti Ignatij miraculis, aut præscriptionibus sancti Nicolai,* funditus prosternunt. O miseros Antiquæ Græciæ Patres, quorum & doctrina, & sanctimonia si comparetur cum Photiana, Creyghtono iudice, iam nutantes fundo euertuntur. Sed bene est. Non est is Creyghtonus, qui de similibus statuere queat. Iudicis ex inscitia laborantis affectu

par-

partium impotentis animi iniquum, minimum inuidiosum iudicium fuerit. In Orientali Ecclesia nunquam Sancti titulo Photius decoratus est, etiam ab ipsis Schismaticis, nisi vbi illius dignitas, sanctissimi sibi nomen vsurpet, denegatus. Ex aduerso Ignatius Pater, & Doctor, & sanctitatis honore percolitur, & memoria eius sacro ritu vigesimo tertio Octobris, eius Synaxario lecto, in veneratione est. Synaxarij archetypum ex Menologio Basiliano, in quo effigies etiam illius inter alias Sanctorum internitet, in Græcorum Menæa influxit, quod hic, vt nouo beneficio Creyghtonum demerear, ascribam. Ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Ἰγνάτιος γέγονε μὲν υἱὸς Μιχαὴλ Βασιλέως, ἀδελφὸς δὲ Θεοφίλου, καὶ ἔγγων Νικηφόρου τοῦ Βασιλέως. Εὐνοῦχος δὲ γεγονώς, εἶτα καὶ Μοναχὸς γέγονε, καὶ ἡγούμενος τῆς μονῆς τοῦ Ἀρχαγγέλου, τοῦ τότε μὲν ἐπιλεγομένου Ἀνατέλλοντος, νῦν δὲ Σατύρου. εἶτα προεχειρίσθη καὶ Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἐκράτησεν ἔτη ἕνδεκα, μῆνας πέντε, καὶ μετὰ ταῦτα ἐξεβλήθη ὑπὸ Μιχαὴλ Βασιλέως, ἀντ᾽ αὐτοῦ Πατριάρχην ποιήσαντος Φώτιον γενόμενον πρότερον Μοναχόν. εἶτα ἐξεβλήθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ Βασιλείου Βασιλέως, καὶ ἀποκατέστη Ἰγνάτιος πάλιν, καὶ ἐπεσκόπησεν ἔτη ἕνδεκα. καὶ πάλιν ἐξεβλήθη. καὶ ἐγένετο Πατριάρχης Στέφανος ὁ ἐν ἁγίοις υἱὸς Βασιλείου Βασιλέως, ὁ δὲ ἅγιος Ἰγνάτιος ἀπελθὼν ἐν τῷ τοῦ Σατύρου

μοναστηρείῳ, καὶ καλῶς βιώσας ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη. *Sanctus Pater noster Ignatius fuit filius Michaëlis Imperatoris, frater Theophili, & Nicephori Imperatoris nepos. Virilitate spoliatus Monachum induit, præfuitque Monasterio, per illa tempora Archangeli Adorientis nuncupato, nunc Satyri. Postmodum in Patriarchatum Cōstantinopolitanum promotus, illo munere annos vndecim, & menses quinque perfunctus est. Tum eÿcitur a Michaële Imperatore, & loco ipsius Patriarchà sufficitur Photius, antea Monachus. Tum & ipse eiectus est ab Imperatore Basilio, & rursus restitutus Ignatius Sedem tenuit annos vndecim, & rursus eiectus est, creatusq; Patriarchà sanctus Stephanus Basilÿ Imperatoris filius, & sanctus Ignatius progressus in Satyri Monasterium, & integre vita ducta in pace quieuit.* Nec alia sunt, quæ Græci legunt in Synaxario paucis quibusdam immutatis. in quibus obiter animaduertendum est, ex scriptoris oscitantia veritatis ordinem confusius enarrari de eiectione Photij & Ignatij. Ignatius enim primum eijcitur a Michaële, sufficitur Photius, quo eiecto sub Basilio restituitur Ignatius, & Ignatio vita functo, rursus Photius ab eodem intruditur, tandemque pellitur a Leone, & exul submotus patria vitam agit, & Photio exuli succedit Stephanus. Sed in huius notæ mendis sancti-

ctitas Ignatij in periculo haud vertitur, sed
stat aliorum itidem testimonijs altissimis
defixa radicibus. Menologium Sirletanum
die 23. Octobris. *Eodem die commemoratio
Patris nostri Ignatij Patriarchæ Constantinopo-
litani. Hic fuit vir generis splendore illustris, sed
vita, & moribus illustrior; post multas ærumnas,
quas Photij opera perpessus est, quieuit in Domi-
no.* Gregorius Hieromonachus Responsione
in Professionem Fidei Marci Ephesij. Εἰ δ'
ὁ Φώτιος Πατριάρχης εἶπεν. Ἀλλ' ὅρα ὅτι ἐν ἁγίοις
οὐ συντέτακται, καίτοιγε ἐν τῷ αὐτῷ τε, καὶ ἑνὶ και-
ρῷ Φώτιος καὶ ὁ Ἰγνάτιος. Ἀλλ' ὁ μὲν σὺν ἁγίοις
τέτακται, καὶ ἐν τῇ εἰκοστῇ τρίτῃ τοῦ ὀκτωβρίου ἐν
τοῖς συναξαρίοις μετὰ τῶν ἁγίων συντέτακται, ὁ δὲ Φώ-
τιος οὐδαμῶς τοῖς ἁγίοις συνηρίθμηται. Εἰ καὶ δί-
καιον τὰ κατ' αὐτὸν παραδραμεῖν, διὰ τὸ ἐπ' ἄμ-
βωνος τά τε τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰγνατίου, καὶ αὐτοῦ τοῦ
Φωτίου γραφέντα ἀναθεματίζεσθαι. *Quod si Photius
Patriarcha dixit. Sed animaduertito, Photium
non esse in Sanctorum numero collocatum, licet
vna insimul, & eodem tempore vixerint Pho-
tius & Ignatius. Sed hic quidem inter San-
ctos adnumeratur, & vigesima tertia Octobris
in Synaxarijs locum habet. Photius vero nullo
modo sanctitatis nomen consequutus est. Licet
operæ pretium fuerit res illius gestas silentio præ-
terire, quod in Ambone anathemati subijciantur,
quæ aduersus sanctum Ignatium Photiumque*

scri-

scripta sunt. Et infra eadem ingeminat, suo loco, cum de Actis Synodi Octauæ contra Photium, sermonem reassumemus. Est ergo inter Sanctos, & Doctores Ecclesiæ ab Ecclesia Orientali, atq; Occidentali, nec non ipsius Photij fautoribus relatus Ignatius, & æque atque alij Sancti, & Doctores Ecclesiæ cultus: Photius in nulla veneratione iacet inglorius, omnium scelerum, & flagitiorum maculis notatissimus, vt ex iam dictis Græcorum eadem ætate viuentium, & eorum, qui eos secuti sunt, & tandem recentiorum testimonijs, ni caligo ob oculos obsistat, & in apertissimo lumine cæcutire non vis, manifestum apparet. Esto sit per me etiam Photius *callentissimus scientiarum & optimarum artium lucubrationibus deditissimus, & quidquid ad rerum cognitionem diuinarum pertinet, oculatissimus.* At tu non nisi captus mente negaueris eum ipsum fuisse *ingenio malo, prauoque*, & vt quisquam vnus de alio dixerat, *animo audaci, subdolo, cuiuslibet rei simultate, ac dissimulate, alieni appetente, sui profuso, intento in cupiditatibus.* Hinc quem prius induerat Monachum tanquam auspicium malum execratus, secularibus negotijs sese implicuit, & cum pessimam, ac flagitiosissimam, & tantum non, & iuuentute, & corruptissimis Principis mo-

moribus, & Bardæ fraudulentis artibus nutantem Rempublicam nimis alte concupiſcens, & alienæ dignitatis capiendæ libidine inflammatus, nihil penſi habuit, quibus eam modis aſſequeretur. Sic in innoxium, & innocentem, & omnis culpæ exſortem machinas admouet, & dolis malis ſolio deijcit, illiuſque ſedem procurans, cum ſe male tutum in ſede eo ſuperante videret, per oppreſſionem dignitate ſpoliat, viuum ſepelit, verberibus ad mortem cæſum, in carceres detruſum, immaniſſimis cuſtodibus dedit, tandemque, vt finiam, in inſulas ad conterendum relegat. Immerito ergo in maledicentiæ crimen vocas Anaſtaſium Bibliothecarium, & Nicetam Paphlagonem, qui Photij in Ignatium tyrannidem, & nefanda illius facinora, vti geſta ſunt, narrant. & ita geſta eſſe, ex alijs ſcriptoribus vna voce, & mente eadem concinentibus clarum eſt, vt id negare tibi tutum non ſit. Pernegabis enimvero tu plane, qui ad omnia natus es, Photium ſimilia patrantem in viros ſanctiſſimos eſſe Doctorem ſtygium, Cacodæmonis atrienſem, tortuoſum draconem, magum, & necromanticum, qui Santabarenicis præſtigijs Baſilium Imperatorem effaſcinauit. Parua ſunt, quæ de illo pronunciant Ponti-
fi-

ficij. Nihil ipse in Historia Ecclesiastica Photio vidi seditiosius, nullum monstrum immanius, nullum nequiorem spadonem; cum in eo nulla fides, sed summa audacia, & cætera perfrictæ frontis vitia inualuerint, & prædictionibus sanctissimorum hominum hæc præmonita fuisse, non sunt *Rosæ*, & *Narcissi Iesuitici*, sed res ipsa, si id narrantibus scriptoribus fides habenda est. Prædictionem ergo similem habeto tibi etiam cofirmatam, non ex flosculis Iesuiticis, sed ex Græcis ipsis post Schisma dictum suum ad antiqua monumenta reportantibus. Simon Byzantius Epistola ad Ioannem Nomophylacem; Καὶ γὰρ ὁ ἅγιος Μιχαὴλ τῶν Συνάδων Ἐπίσκοπος προσορατικώτατος ὤν, εἰδὼς τὴν τοῦ τοιοῦδε Φωτίου μητέρα τὴν μονάστριαν ἐγκυμονοῦσαν τὸν τοιοῦτον Φώτιον ἐπεξέτεινέ τε τὴν ἑαυτοῦ ῥάβδον, ὡς δῆθεν πλῆξαι βουλόμενος αὐτὴν, καὶ οὕτως εἶπεν. Εἴθε ἦν ὁ ταύτην ἀποκτεῖναι δυνάμενος, καὶ τὸ ἔμβρυον τὸ ἐν αὐτῇ. Ὁρῶ γὰρ ἄλλην Εὔαν ὄφιν ἐγκυμονοῦσαν, καὶ τὸ ἔμβρυον ἄρρεν, καὶ τοῦτο κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ Πατριάρχην ἐσόμενον βλέπω, ἐπὶ ἀθετήσει τοῦ πανσέπτου, καὶ τιμίου σταυροῦ. καὶ αὐτὸς εἰς ἀσέβειαν ἀποκλινεῖ, καὶ πάντας σχεδὸν ἀπὸ τῆς εὐθείας ὁδοῦ ἐπὶ τρίβους κατασυρεῖ σκολιὰς, καὶ τῆς καθαρᾶς πίστεως τοῦ Χριστοῦ ἀποβουκολίσει, καὶ εἰς σταυρομαχίαν καταστήσει, καὶ καταφρονητὰς τῶν ἱερῶν κανόνων ποιήσει, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασι-

λι-

λείας πολλοὺς ταῖς πολυτρόποις αὐτοῦ στερήσει μηχανῆς. *Nanque ſanctus Michaël Synadorum Epiſcopus, cum acutiſſime res futuras præuideret, intuens huiuſce Photij matrem, quæ in Monaſterio cum alijs virginibus habitu Monaſtico vitam agebat, Photio grauidam, ſuum extendit baculum, eam percuſſurus, & hæc pronunciauit. Vtinam adeſſet, qui eam, & in ea embryon interimeret. Namque alteram Euam proſpicio ſerpente grauidam. Maſcula proles eſt, & fœtum permiſſione Dei Patriarcham futurum intueor ad abolendam perquam venerandam, & pretioſam Crucem. Ipſe etiam in impietatem prolabetur, & fere omnes e recta via ad diſtortas ſemitas deducet, & a pura Chriſti Fide aberrare faciet, & in adulterinum Crucis cultum compellet, & ſacrorum Canonum contemptores efficiet, & regno Cælorum præſtigioſis ſuis machinis priuabit innumeros.* Sed quid cæco cum ſpeculo? Robertus Creyghtonus, licet ſacellarius domeſticus, ſiue ordinarius Regis, S. Thologiæ Doctor, & ſanctæ Burianæ Decanus, glorioſus in vulgus honore, & titulis vir, non dum diſcernere didicit album & nigrum, diem & noctem, lucem & tenebras, virtutem, & vitium, ſanctimoniam & malitiam, integritatem & improbitatem. Nec mirum, omnia illi, ſiue proba ſiue mala ſint, vnum ſunt. Ad id

vnum

vnum deflexit ſimilium hominum religio, vt & barbaris & Turcis, illiſq; qui non dum ſalutari Chriſti lauacro abluti Chriſto nomen dederunt, immaniores, inconſultiores, & confidentiores ſint, & non id quod fuerit, ſed quod arriſerit, temere atque impudenter in vulgus effutiant, & quo prodigioſiora effinxerint mendacia, eo ſibi veſanius concrepent. Quare hoc in loco Creyghtono, cui mentis defectu nonniſi lingua conſiſtit, amittenda noxa eſt. Quis enim illum nauigaſſe Anticyras non aſſeuerauerit firmiſſime, cum audit, *Monumentis rarioribus Photij maiorem fidem ac reuerentiã adhibuiſſem, quam omnibus ſancti Ignatij miraculis, aut præſcriptionibus ſancti Nicolai*. Profecto vir iſte rerum momenta proprijs oculis non introſpexit, vel ſi introſpexit, tenebris craſſis circũfuſus male iudicium protulit. Quare non mirum, ſi qui exactius introſpiciunt, atq; dignoſcunt, obcœcata illius dicta ludibrio habent, atque per iocum irrident. Sic de conſenſu vnanimi aliorum ſpem deponat neceſſe eſt. Ludit quoque ſane nos Actione 3. Elias Presbyter, cum Photij depoſitionem Ἀθέμιτον, καὶ ἄθεσμον πρᾶξιν, ἀπόνοιαν, *nefariam, ſceleſtem, nefandam, impiam, aſtum, & amentiam* appellat. Γινώσκει ἡ ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὔτε τὸν Πατριάρχην κύριον Φώτιον προεῖδον,

δον, οὔτε γράμματα παρ' αὐτοῦ ἐδεξάμην, οὔτε συνέτυχον αὐτῷ ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ διὰ τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀθέμιτον εἰς αὐτὸν γεγενημένην ἀπόνοιαν, καὶ τοὺς ψευδοτοποτηρητὰς τοὺς ἀθέους ἐκείνους διὰ ταῦτα παραγέγονα. *Bene nouit bonitas Dei, mihi antea Patriarcham Dominum Photium notum non fuisse, neque literas ab eodem accepisse, neque illis diebus sermonem cum eo habuisse, sed propter Ecclesiam, & virtutem illius, & nefariam in illum contumeliam peractam, & falsos illos, atque iniquos locum tenentes huc accessi.* Quin etiam ipsa Synodus dum ait; *Photium non vlla vi, sed omnium consensu, & ab Imperatore compulsum Episcopatum accepisse*; quæ fusius ipse Photius persequens dicere non erubuit, se nunquam Episcopatum ambijsse, nec vi, ac seculari potentia innixum, sed ab vniuersa Constantinopolitana Ecclesia coactum Patriarchale fastigium conscendisse, atque inde postea iniuste eiectum; æquo & libenti animo exilium passum, neque vnquam de reuocatione cum Imperatore egisse, sed illius pietate reuocatum, amicitiam sibi cum Ignatio fuisse, neque se vnquam eo viuo Episcopatum inuadere voluisse, quamuis eum multi ad id agendum impellerent. Verum eo mortuo se omnium consensu, atque adeo ab Imperatore ipso compulsum ex necesſ-

cessitate Constantinopolitanam Sedem recepisse. His non dissona sunt, quæ idem Epistola ad Nicolaum satis ampullatis verbis ac sesquipedalibus proijcit.

CAPVT VI.

Ex scopo ac fine vnico Concilij, quæ fuit restitutio Photij a depositis, & excommunicatis profecta, antequam accessisset assensus Pontificis Romani, hoc idem ostenditur.

QVa porro de causa Synodus ista cogitur? Non alia prorsus, nisi vt Photius, vel saltem illius restitutio Synodali decreto comprobetur. Sed ante coactam Synodum Photius iam thronum occupauerat, & Imperatoris violentissima tempestate, ac Ioannis Pontificis indulgentia, vt paucis aliquid dicam; nouum in modum inuaserat. Temere ergo Synodus celebratur, neque enim in possessionem auctoritate Romani Pontificis, & Imperatoris restitutus, calculo Synodali ad gradum, vnde ceciderat, reponendus videbatur. Audiatur Basilius Martyropolitanus, & Locumtenens Antiocheni, Actione 5. Οἱ τῶν καθ' ἡμᾶς θεόγνων μέγιστοι ἀρχιερεῖς ἐπὶ πλεῖον ἀδιάσπαστον τὴν πρὸς τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην Φώτιον γνώμην

ἔχον-

ἔχοντες, ἀφ' οὗ καὶ εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν ἀνηνέχθη βαθμὸν, ἐπὶ τούτῳ ἡμᾶς ἀπέστειλαν, δόντες ἐξουσίαν, καὶ αὐθεντίαν Φωτίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ. Καὶ τὰ ἑξῆς. *Sediũ quæ apud nos ſunt maximi Præſules ſummopere Photio ſanctiſſimo Patriarchæ mente & animo, ac inſeparabiliter addicti, ex quo ad Archieraticam ſedem euectus eſt, nos miſerunt, facultatem, auctoritatemque Photio ſanctiſſimo Patriarchæ tribuentes.* &c. Et Actione ſecunda in Epiſtola Synodica Michaëlis Patriarchæ Alexandrini, & aliorum, reſtitutio Photij tota auctoritati Imperatoris aſcribitur: de Pontifice Romano reſtituente nullum verbum. Sed de his infra fuſius. Quod tenetur, fruſtra ab alijs emendicatur, & quod certe poſſidetur, conſultationibus aliorum inconſiderate concreditum, in dubium vertitur.

Adde his Zachariæ Chalcedonenſis de Baſilio Imperatore ſermonem; Actione I. Ποιεῖ μὲν γὰρ ἅπασιν οὗτος φανερὰ τὰ παρὰ τῆς ἀνατολῆς ἥκειν ψευδῶς λεγόμενα πλάσματα, καὶ ὡς οὐδὲν ὑγιὲς ἦν ἐκεῖθεν. στοχάζεται δὲ καὶ καλῶς τῆς τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ἰωάννου γνώμης, ὡς οὐδαμῶς ἐμμένει τοῖς ἐπ' ὀλέθρῳ, καὶ καταλύσει γινομένοις τῆς Ἐκκλησίας. ἀφορᾷ δὲ περὶ τούτου καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν κανόνα, καὶ τὴν τοῦ δοκίμου φύσιν, πρὸς ἣν τὸ μὲν γινόμενον ἅπαν ἰσχὺν ἔχει, καὶ στέργεται παρὰ πᾶσι. τούτων δὲ χωρὶς σταθερὸν, εἴ τι γένοιτο, καὶ ἕωλον ἀναφαίνεται καὶ ἀπο-

ἀποκαθίσταται μὲν τῇ Ἐκκλησίᾳ τὸ ἴδιον, καὶ τὸν νυμφίον αὐτῇ τὸ οἰκεῖον ἀπολαμβάνει. Πάντα δὲ τὰ κατ' αὐτοῦ γεγονότα λῆρος μακρὸς, καὶ φλυαρία νομίζεται. *Namq; his omnibus manifestum facit, quæ ab Oriente allata sunt, pura puta esse mendacia, & res fictitias, & nihil sanum inde accedere: & haud dubijs argumentis coniectat sanctissimi Papæ Ioannis mentem, nullo scilicet eum modo insistere ijs, quæ in interitum ac dissolutioēn Ecclesiæ acta sunt, sed ante omnia in ipsum Canonem inspicere, & probitatis naturam, cui si consonum fuerit quidquid sit, robur habet, & ab omnibus recipitur: quod si ab ea disiunctum fuerit, obsoletum, & irritum reputatur; & proprium quod fuerit Ecclesiæ restituitur, & sponsum illa suum recuperat. Omnia vero quæ contra ipsum actitata sunt nugamenta ingentia, & loquacitas existimantur.* Quis hoc nisi Photianus assereret, Pontificem Pontificum acta condemnare, & ludos facere, & auctoritatem propriam eodem momento opprimere? Hæc Zacharias. Quid vero Synodus? Ἡ ἁγία Σύνοδος ἐξεβόησεν. Ἡμεῖς τῷ ἁγιωτάτῳ ἡμῶν Δεσπότῃ, καὶ οἰκουμενικῷ Πατριάρχῃ, οἱ μὲν ἀπ' ἀρχῆς ὄντες ἑνωμένοι οὐδέποτε διέστημεν, ἀλλὰ καὶ τὰ αἵματα ἡμῶν προθύμως ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκχέαι τοῖς βουλομένοις ταῦτα ζητεῖν ἐν ἑτοίμῳ γεγόναμεν. Ὅσοι δὲ καὶ στάσιν τινὰ πρὸς αὐτὸν ἀνεδέξαντο πολλὰ καταγνόντες τῆς προτέρας ἡμῶν γνώμης καὶ διαθέ-

σεως νυῦ ὁλοψύχῳ καρδίᾳ, καὶ ἀκλινεῖ τῷ φρονήματι, καὶ ἀρχιερέα καὶ δεσπότην, καὶ ποιμένα ὑπογραφόμεθα, καὶ τοὺς ἐπὶ τούτοις διστάζοντας ἐχθροὺς τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἀποβλήτους ἡγούμεθα. *Sancta Synodus clamauit. Nos ſanctiſſimo noſtro Domino, & Oecumenico Patriarchæ, qui ab ipſo initio vniti fuimus, nunquam ſegregati ſumus, ſed & ſanguinem noſtrum lubenti animo pro eo effundere volentibus hæc inquirere parati fuimus, quotquot autem cum ipſo aliquo modo inimicitias exercuere noſtram primam aduerſus eundem ſententiam & propoſitum condemnantes, nunc toto corde, & mente firma, & ſummum Sacerdotem, & Dominum, & Paſtorem agnoſcimus, & ſuper his dubitantes, tanquam hoſtes Eccleſiæ, & reiectos ab ea exiſtimamus.* Et clariora poſcimus? Nondum lectis Ioannis literis, nec ab excommunicatione ſoluti, nec in communionem recepti, nec ſuis Eccleſijs reſtituti ſententiam pronuntiant, & Photium reſtitutum agnoſcunt, quibus vniti cum Eccleſia Romana aſſenſum non præbent, neque factum laudant. Ad Zachariam denuo prouoco. Ἀξίως ἄρα εἰσὶν ἀπόβλητοι, οἵτινες λοιποὶ ὑπελείφθησαν τῆς σχισματικῆς πλάνης, μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων αἰτιαμάτων ὧν ἐκεῖνοι δημιουργοὶ καθίστανται, καὶ τοῦτο ποιοῦσι παράδοξον δ καὶ ἐννοούμενος σχετλιάζω, τί οὖν ἐστι τοῦτο; αὐτὴν τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν τὴν ἐκ πολλῶν χρό-

 νων

των ἐλευθερίᾳ τετιμημένων, ἀξιώματι δὲ κράτους βεβαιωμένων, ἀποθερασπιόνται πρὸς δουλείαν ἕλκειν, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀργυρωνήτων ταπεινότητα κατάγειν. Πῶς καὶ τίνα τρόπον; τὰ τοῦ Πάπα Νικολάου φασὶ δεχόμεθα, καὶ τὰ τοῦ Ἀδριανοῦ ὁμοίως ἀρέσκει. τὰ δὲ τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ μακαριωτάτου Πάπα Ἰωάννου οὐ δεχόμεθα. τίνος χάριν; ὅτι ἐκεῖνοι μὲν τῷ ἡμετέρῳ κατηκολούθουν θελήματι, οὗτος δὲ οὐχ' ἃ βουλόμεθα στέργει, ἀλλ' ἅπερ ἐκεῖνος βούλεται, τούτοις καὶ ἡμᾶς κατακολουθεῖν ἐπιψηφίζεται. Τοῦτο δὲ τί ἐστιν ἄλλο, ἢ ὡς αὐτοὶ μὲν οὐχὶ τοῖς ἀρχιερατικοῖς τῶν Ῥωμαίων θελήμασιν ἕπονται, ἀλλὰ τοὺς μεγάλους ἐκείνους, καὶ θαυμασίους ἀρχιερεῖς τοῖς ἰδίοις θελήμασιν ἐξακολουθεῖν ἀναγκάζουσιν; *Iure ergo reijciuntur, qui schismatis errore complicantur. Nam cum alijs causis, quarum ipsi auctores sunt, hoc quoque contra opinionem omnium afferunt, quod dum mente concipio, indignor. Quod vero illud est? Ipsam Romanam Ecclesiam, quæ multis ab hinc annis libertatis honore fruitur, & dignitatis auctoritatisque fama præclarissimam audent in seruitutem adigere, & ad mancipiorum conditionem deijcere. Quomodo, & qua ratione? Nicolai Papæ, inquiunt, acta recipimus, & Adriani quoque facta complacent, sanctissimi vero, & beatissimi Papæ Ioannis nullo modo recipimus. Qam ob causam? quod illi quidem nostræ voluntati morem gerebant, hic vero non quæ nobis prolubentia sunt approbat, sed*

ſed quæ ſibi complacita ſunt, illa ſequenda a nobis eſſe decernit. Hoc quid aliud eſt, quam hos ipſos Præſulum Romanorum voluntatem minime ſequi, ſed magnos illos, & admirandos Præſules ſuis voluntatibus obedire cogere? Vides hic fraudes? Romanus Pontifex non a Chriſto, nec ab ipſis Eccleſiæ incunabulis, ſed *ab hinc multis annis*, auctoritate ſumma potitur. Nicolaus, & Adrianus venales Ignatij facti, ſententiam contra Photium tulerunt. Quis ſimilia excogitauit? Quis vnquam ex fautoribus Ignatij Romanum Pontificem audire recuſauit? Quis illius ſententiam reſpuere auſus eſt? Condemnationi Photij plaudunt, reſtitutionem deteſtantur, non ob cauſam, quam hic e cerebro confictam Zacharias adducit. Sed quia iuſtum iniuſto præponunt, iuſte enim depoſitus, iniuſte reſtituitur, niſi ex præſcripto Romani Pontificis in Synodo reſtituatur. Nicolai itaque, & Adriani acta, quia iuſtiſſima fuerunt, ex animo adamant, Ioannis eo modo quo erant concenturiata a Photianis, quia fictitia reputant, auerſantur, non vero quia illa voluntati ſuæ morem gerebant, hæc vero prolubentia non erant. Ideoque reſpuunt corrupta a Photio, & Ioannis nomine publice diuendita. Cæci ipſi Photianorum verborum ambages agnoſce-

 rent.

rent. Hinc concluditur Synodum hanc Photianorum commentum fuisse.

Clariora producantur. Non in ista Actione tantum, sed etiam in alijs, & potissimum quarta similia ad nauseam vsque inculcantur. Basilius Metropolita Martyropolitanus. Ὁ ἁγιώτατός μου Πατριάρχης Θεοδόσιος οὐδέποτε, μὴ γένοιτο, οὔτε δι' αὐτοῦ, οὔτε δι' ἑτέρου εἰς τὴν ἄθεσμον πρᾶξιν τὴν κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ Οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου Φωτίου, κατ' οὐδένα τρόπον ἐκοινώνησεν, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἄνωθεν, ἀφ' οὗ πρὸς τοὺς τῆς ἀρχιερωσύνης ὅρους ἀνέδραμε, καὶ ἐν τῇ τοῦ κλήρου κατειλεγμένος τάξει, ὕστερον τῶν τῆς Ἀντιοχείας θείων οἰάκων ἐπειλημμένος ἀρχιερέα Θεοῦ, καὶ συλλειτουργὸν καὶ ἔχει καὶ ὀνομάζει, καὶ τοὺς μὴ οὕτως ἔχοντας ἀποστρέφεται. Et infra; καὶ ὁ ἁγιώτατος δὲ Ἠλίας, ὁ ἄρτι τῶν Ἱεροσολύμων ἀρχιερεὺς καταστὰς κατὰ πάντα ἑπόμενος Θεοδοσίῳ τῷ προηγησαμένῳ τοῦ αὐτοῦ θρόνου, οὐδέποτε μὲν ταῖς κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου παροινίαις οὐδαμῶς ἐκοινώνησεν. ἀλλὰ καὶ τοὺς γεγονότας Ἀποκρισιαρίους τῶν Σαρακηνῶν, καὶ πλαστευμένους αὐτοῦ τὸ πρόσωπον ὑποδύναι τῷ ἀναθέματι παρέπεμψατο. *Sanctissimus meus Patriarcha Theodosius nunquam, absit hoc, neque per se ipsum, neque per alium huic impiæ actioni aduersus sanctissimum, & Oecumenicum Patriarcham Photium patratæ assensum dedit, sed a principio, & ab antiquo tempore, ex quo ad præsulatus terminos peruenit, etiam*

etiam cum in clericorum ordine erat, & postea cum Antiochiæ diuina gubernacula suscepit, Dei Pontificem, & comministrum habet, & nuncupat, & ijs, qui non ita tenent, aduersatur. Et infra; *Et sanctissimus quoque Elias, qui nunc Hierosolymorũ præsul constitutus est, in omnibus Theodosij præcessoris sui vestigijs insistens, nunquam aduersus sanctissimum Patriarcham petulantijs communicauit, sed eos etiam, qui Saracenorum Apocrisiarij, & illius personam ementiti fuerant, anathemate ferijt.* Et Actione quinta; Οἱ τοποτηρηταὶ τῶν ἀνατολικῶν θρόνων εἶπον. καὶ γὰρ ἡ ἁγία τῶν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησία, ἤτε τῶν Ἀντιοχέων, καὶ Ἀλεξανδρέων οὐδέποτε ἀπεβάλετο, ἢ ἀπηρνήσατο μὴ ἔχειν αὐτὸν τοῦτον τὸν ἁγιώτατον Φώτιον ἐννομώτατον, καὶ κεκανονισμένον Πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως, ἐξ οὗ καὶ εἰς τὸν ἱερὸν τοῦτον θρόνον ἀνεβιβάσθη. Ἀλλὰ καὶ τοὺς τολμήσαντας ψευδῶς τοποτηρητῶν ὀνόματα ἑαυτοῖς ἐπιθεῖναι, καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου τούτου ἀνδρὸς ἀθέσμως ἐνταῦθα πρᾶξαι, τούτους οἱ εἰρημένοι ἁγιώτατοι θρόνοι ἀποβαλλόμενοι τῷ ἀναθέματι παραδεδώκασιν. *Locumtenentes Orientalium Sedium dixerunt; Nanque sancta Hierosolymitana Ecclesia, nec non Antiochena, & Alexandrina nunquam reiecit, aut inficiata est sese reputare sanctissimum Photium quammaxime legitimũ, & secundum Canonum statuta electum Patriarcham Constantinopolitanum, ex quo in sanctam hanc sedem prouectus est:*

eſt: ſed eos quoque, qui ſibi mendaciter Apocriſiariorum nomen vſurpauerant, & aduerſus hunc ſanctum virum iniqua peregere, eos hæ ſanctiſſimæ ſedes reiectos anathemati tradiderunt. Similia continet Epiſtola Theodoſij Patriarchæ lecta Act. 4. Et ne dicas, effata iſta eſſe ſingularia, & paucorum Epiſcoporũ aſſumenta, qui ſeparati ab vnione Romanæ Eccleſiæ talia obloquuntur, ſed Synodum vniuerſam Ioanni Pontifici vnitam alia ſenſiſſe, ſuam ipſa Synodus ſententiam proferat. Actione 4. Ἡμεῖς καὶ περὶ τῆς ἐπιστολῆς ταύτης Patriarchæ nempe Hieroſolymitani, οὐ μόνον ἢ περὶ ταύτης, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ἐλθούσης δι' Ἀνδρέου, ἥτις ἔμπροσθεν ἐπανεγνώσθη, πᾶσαν ἔχομεν πληροφορίαν, ὅτι οὐδέποτε διέστησαν οἱ ἀνατολικοὶ θρόνοι ἀπὸ τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν Πατριάρχου, ἀλλ' ἀεὶ καὶ συναρχιερέα, καὶ συλλειτουργὸν εἶχον, καὶ ἀνεκήρυττον. *Nos etiam non ante hanc Epiſtolam ſolum, ſed ante eam quoq; quæ per Andream miſſa eſt, & paulo ante lecta, ſatis certi ſumus, nunquam Orientales Sedes a ſanctiſſimo noſtro Patriarcha ſeſe ſeparaſſe, ſed continuo & coëpiſcopum, & comminiſtrum habuiſſe, & prædicaſſe.* Concludamus ergo hanc Synodum etiamſi vere coacta fuiſſet, nullam vim in Eccleſia obtinere, ſed modis omnibus ex aliarum numero reijciendam, expungendamque fuiſſe.

Ar-

Argumentum efficacissimum fuerit. Synodus e Patriarchis, & Episcopis Schismaticis, improbis, rebellibus, percontumacibus, ideoque condemnatis & excommunicatis a Concilio legitimo, & vniuersali coacta, & celebrata Synodus legitima non est, sed Cõciliabulum, & nequissimorum hominum congregatio, nec vllum in Ecclesia pondus, vel momentum habet, nec robur. Sed Synodus ista Photiana, Octaua dicta, coacta fuit, & celebrata a Schismaticis, rebellibus, condemnatis, & excommunicatis a pluribus Synodis, & quod peius est in schismate, & excommunicatione persistentibus. Ergo Synodus illa neque valida est, neque legitima, sed nequissimorum hominum adumbratum commentum. Maior etiam Græcorum Schismaticorum est. Qua enim ratione, qui extra Ecclesiam sunt, & ab eadem reiecti, & veluti membra noxia excommunicatione etiam signati de rebus Ecclesiasticis decernent? Quæ extra nos sunt, nihil ad nos. Minor dictis eiusdemmet Synodi probatur, ex qua satis aperte elicitur, non Patriarchas solum, sed Episcopos omnes in ea congregatos, etiam post condemnationem Photij, & excommunicationem a pluribus Synodis latam, Photij continuo vnionem, quidquid Rom. Pontifices alijq; Epi-

sco-

ſcopi Eccleſiæ proclamarent, amplexatos fuiſſe, illique adhæſiſſe etiam ante literas Pontificias Ioannis, quibus illius pœnitentia admittebatur, & qua peracta vnio cum Eccleſia, & ante vllũ aliud Synodale decretum. Sed qui ita ſe gerunt ſchiſmatici ſunt, excommunicati ſunt, extra Eccleſiam ſunt. Ergo Synodus iſta a Schiſmaticis, & excommunicatis celebrata nulla eſt.

Probentur ſingula. Qui ſchiſmati cum Photio adhæſerunt, a ſummis Pontificibus Nicolao, & Adriano in Synodis Romanis, & Octaua Generali vna cum ipſo Photio condemnantur, & excommunicantur. Sed qui Synodo huic interſunt, partes Photij ſemper tutati ſunt, & illi affixi, & vt ita dicam adcorporati ad extremum perdurarunt, nec ab vllo Pontifice abſoluti Eccleſiæ vnquam reconciliati ſunt, ſed αὐτόκλητοι Iudices facti, nulla eminentioris poteſtatis facultate ſibi facta ſententiam pronunciant: imo ſeſe Romano Pontifici præponunt, tanquam qui viciniores, & a rebus actis minus abſentes, ipſo Pontifice vſu, & experientia promptiores cognitiones habuerunt. Procopius Archiepiſcopus Cæſarienſis Act. 2. Ἡμεῖς πολλάκις εἴπομεν περὶ τῆς ἡμετέρας διαθέσεως, ὡς ἀδιάσειστον τὴν γνώμην πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἡμῶν δεσπότην τὸν Οἰκου-

μενι-

μενικὸν Πατριάρχην τὸν κύριον Φώτιον κεκτήμεθα. καὶ γὰρ ὀφείλομεν περιλαβεῖν. Οἱ γὰρ ἐγγίζοντες τοῖς πράγμασι τῶν πορρωτέρω μᾶλλον αὐτῶν τὴν ἀκρίβειαν ἐπίστανται. Καὶ ἃν αἱ χεῖρες ἐψηλάφησαν, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἑωράκασι τῶν ἐξ ἀκοῆς τὴν γνῶσιν παραλαμβανόντων, εἰσὶ τῆς ἀληθείας καθάπερ εἴπομεν ὡς ἐγγίζοντες ἀκριβέστεροι μᾶλλον καὶ κριταί, καὶ ἐξετασταί, καὶ ἐρασταί. Διὸ ἡμεῖς πάντα ἀνερευνήσαντες, καὶ ἀναμαθόντες κεκρίκαμεν, ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν εἶναι, καὶ τὸ εὐάρεστον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν τῷ ἑνωθῆναι Φωτίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ Πατριάρχῃ. *Nos sæpius de nostro proposito locuti sumus, nos absque vlla hæsitatione sanctissimum nostrum Dominum, Dominum Photium Oecumenicum Patriarcham reputasse. Nanq; rem præripere debebamus. Qui enim rebus propinquiores sunt, illis qui longius absunt, melius rerum exquisitam notitiam tenent: & quorum manus contrectarunt, & oculi viderunt, illis qui auditu cognitionem acceperunt, integriores sunt iudices, & examinatores, & inquisitores. Quapropter nos omnibus sedulo conquisitis, & cognitis iudicauimus in nullo alio nostram salutem consistere, & Deo placere, quam in vnione Photij sanctissimi Patriarchæ.* Nisi oculatus percurrerem, non crederem. Suum Pontificio iudicio præferunt, quod integrius esse volunt, quasi Romani Pontifices turbulento, & nullo præuio examine senten-

tiam

tiam dixissent. Ante Romanum erga excommunicatum a Synodo, & ipsis Romanis Pontificibus sententiam proferunt absolutionis: excommunicatum eiectumque a Synodo plena nulla in re hæsitantes, in osculum amplectuntur, & salutem suam, & Dei placitum in depositi excommunicatique communione ponunt... Et atrociora inuestigamus? Et ridiculum plane est, profiteri fautores Photij, se ipsos vti viciniores, & rebus præsentes, melius res tenuisse. Romani nanque Pontifices Nicolaus, & Adrianus non inconsulto, ac temere, sed re antea diligentius peruestigata, testium, qui rebus interfuerunt, accurato examine, tum præmissis ad Photium monitionibus, vt iniuste occupata restitueret, & eo obnitente, & restitutionem differente sententiam dixerunt. Et licet de Synodis Romanis in Photium idquoq; concederetur, quid ipsi dicerent de Synodo Generali Constantinopoli aduersus ipsum Photium coacta? Eam etiam incompertas habuisse iuxta cum Romanis fraudes, & conatus Photij? Vides quam leuiter Photiani isti in rebus serijs nugantur? Planum itaque est ante Epistolam Ioannis eosdem vnitos fuisse Photio: nanq; post lectam Ioannis Papæ ad Imperatores Epistolam idem Procopius subnectit eadem

Actio-

Actione. Ἡμεῖς ὡς πολλάκις εἴπομεν, καὶ περὶ τῆς ἡμετέρας τιμίας ἐλεύσεως, καὶ περὶ τῆς εἰκημένης παρὰ τιμίῳ γράμματι παραινέσεως Φώτιον τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην ἀρχιερέα ἡμῶν, καὶ ποιμένα καὶ ἀπεδεξάμεθα, καὶ ἀποδεχόμεθα, καὶ ὡς οἰκείῳ ποιμένι, καὶ δεσπότῃ ἐκολλήθημέν τε, καὶ περιεπτυξάμεθα. *Nos vt sæpenumero diximus, & ante venerandum vestrum aduentum*, (loquitur cum Legatis Pontificijs) *& in honorandis vestris literis contentam adhortationem sanctissimum Photium Patriarcham nostrum Præsulem, & Pastorem agnouimus, & agnoscimus: & vti proprio Pastori, & Domino conglutinati, eum amplexati sumus.* Et Actione prima post lectam eiusdem Ioannis Epistolam Synodus vniuersa exclamauit. Ἡμεῖς οὐχ᾽ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις ἔφημεν, ὡς καὶ περὶ τῆς τιμιωτάτης ἐπιστολῆς ταύτης καὶ λέγωμεν, καὶ ἀπεδεξάμεθα Φώτιον τὸν ἁγιώτατον ἡμῶν Πατριάρχην, καὶ ἀχώριστοι αὐτοῦ διετελοῦμεν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν. καὶ τοὺς μὴ ἀποδεχομένους τὴν ἀρχιερωσύνην αὐτοῦ ἁγίαν, καὶ κανονικὴν, καὶ ἔνθεσμον, ὡς ἀλλοτρίους τῆς εὐσεβείας, καὶ τῶν κανονικῶν διατάξεων καὶ ἡγούμεθα, καὶ λογιζόμεθα. *Nos non vna, aut altera vice, sed sæpissime diximus, & ante maxime venerandam hanc Epistolam, vniti Photio accepimus Photium sanctissimum nostrum Patriarcham, & inseparabiles ab ipso viuebamus omnibus diebus vitæ nostræ. & eos,*

qui

qui Sacerdotium illius vti legitimum, & canonicum non accipiebant, tanquam a pietate, & a canonum constitutionibus alienos & reputamus, & existimamus. Est ne hoc secundum Canonum constitutiones excommunicatum, & reiectum a legitime coacta Synodo Generali, & a Romanis Pontificibus comprobatis Concilijs, antequam absoluatur ab æquali Synodo, & ab ipsis summis Pontificibus in communionem, tanquam neque reiectum, neque excommunicatum excipere, & eiusdem dignitatis, e qua deiectus fuerat, vti legitimum possessorem recognoscere? Qui ita rem tractant suspecti sunt, Schismatici sunt, excommunicati sunt, reijciendi sunt. factis dictisque illorum nulla fides adhibenda est. Et nos similem Synodum veluti canonicam admittemus, & illius auctoritate res Ecclesiasticas firmabimus? Nolo ipse horum quoque adiuuare insaniam.

Hoc plane nec ipsis Pontificijs Legatis licet mente, & animo corruptis placuit, & cum alia multa Photianis concessissent, id nihilominus tolerare passi non sunt, quare eadem Actione cum Photiani gloriarentur de Photio a se restituto, non potuere se continere, quin dicerent; Ὁ ἁγιώτατος, καὶ Οἰκουμενικὸς Πάπας Ἰωάννης ἐρωτᾷ ὑμᾶς, πῶς

αὐτὴλ-

ἀνῆλθεν ὁ κύριος Φώτιος ὁ ἁγιώτατος, Πατριάρχης νῦν εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ. Λέγομεν γὰρ ὅτι οὐκ ἦν καλὸν πρὸ τῆς ἐλεύσεως ἡμῶν ἀνελθεῖν αὐτόν. *Sanctissimus, ac Oecumenicus Papa Ioannes interrogat vos, qua ratione Dominus Photius Patriarcha sanctissimus ascendit in sedem suam? Dicimus enim non rectum fuisse ante nostrum aduentum eum ascendere.* Et cum respondisset Hierosolymitani Vicarius; Τὰ τρία τῆς ἀνατολῆς Πατριαρχεῖα ἀεὶ Πατριάρχην αὐτὸν εἶχον. Οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀρχιερεῖς, καὶ ἱερεῖς μικροῦ πάντες Πατριάρχην αὐτὸν ἔχουσι. καὶ τί ἐκώλυε τοῦ ἀνελθεῖν αὐτόν. *Tres Orientis Patriarchatus semper illum Patriarcham reputarunt. Constantinopolitani Præsules, & Sacerdotes fere omnes Patriarcham ipsum tenent. Et quid impedimento erat, ne ille ascenderet?* Cum similis responsio non satisfecisset, iterum repetunt Pontificij; Εἴπατε ἡμῖν, πῶς ἀνῆλθεν; *Dicite nobis, qua ratione ascendit?* Et Synodus respondet; Συμφωνία τῶν τριῶν ἀρχιερατικῶν θρόνων, καθάπερ ὁ ἁγιώτατος Ἠλίας ἔφη. ἔπειτα δὲ παραινέσει πολλῇ, καὶ παρακλήσει, μᾶλλον δ' ἀληθὲς εἰπεῖν, βίᾳ μεγάλῃ τῶν ὑψηλῶν, καὶ χριστιανικωτάτων Βασιλέων ἡμῶν, καὶ πρὸ τῆς βίας συμφωνίᾳ, καὶ ἱκεσίᾳ πάσης τῆς τοῦ Θεοῦ Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίας. *Consensu trium Patriarchalium Sedium, vti sanctissimus Elias dixit. Postmodum adhortatione multa, & supplicatione, &*

ut verius dicamus, vi ingenti sublimium, & Christianissimorum nostrorum Imperatorum, & ante vim illatam, consensu precibusq; uniuersæ Dei Constantinopolitanæ Ecclesiæ. His acquiescunt Romani, sic turbante ac conuoluente omnia Photio. Est tamen id contra Constitutiones, & canones Ecclesiasticos, quod alibi fusius probauimus. Ante siquidem omnia assensus Romani requirebatur, & pœnitentia præuia. Sed nolo cum alijs contendere. Calculum Photius det, non longe sed ab hac eadem Actione petitum. Peccauit in Potium Thomas Berytensis Photium respuens, postmodum pœnitentia ductus,, si hoc quoque mendacium Photij non est, delictum confitetur, & in communionem petit admitti. Sed esto, errauerit ille, & pœnitentiam egerit, vt hoc Photio concedam. Nanque in Epistola Michaëlis Alexandrini legitur; Ὁ δὲ ἕτερος αὐτῶν Θωμᾶς ὁ Βηρυταῖος ἐπέγνω τὸ πλαῖσμα ἑαυτοῦ, καὶ αἰτήσαντα συγγνώμην κατηξιώσαμεν αὐτὸν συγχωρήσεως. *Alius vero ipsorum Thomas Berytensis agnouit errorem suum, & cum postulasset veniam, illam a nobis impetrauit:* Et Abramius Amedorum, & Samosatorum Metropolita Epistola ad Photium de eodem Thoma; Περιεῖχον δὲ τὰ γράμματα, καὶ περὶ Θωμᾶ τοῦ Τύρου, καὶ Ἠλία, καὶ Ἰωσὴφ τοῦ περιαγορεύσαν-

τος

τος αὐτὸν, ἐν ᾧ οὐκ ἦν βαθμῷ. Πλὴν ὁ Θεὸς ἀνταπέδωκεν αὐτοῖς καθὼς ἦν ἄξιος, καὶ τῷ συμμετόχῳ αὐτοῦ Ἠλίᾳ. Ὁ δὲ τῆς Τύρου πρόεδρος ἐξηγόρευσεν αὐτοῦ τὸ πταῖσμα ἐνώπιον τῶν Πατριαρχῶν περὶ τῆς αὐτοῦ παραβάσεώς τε καὶ πράξεως. Ὁ δὲ Θεὸς αὐτῶν ἐστι κριτής. Αὐτὸς ἐκλιπαρεῖ, καὶ αἰτεῖται συγχώρησιν. *Continebant autem literæ de Thoma Tyrio, & Elia, & Iosepho; qui se denominarat ex gradu, ad quem nondum erat euectus. Attamen Deus pro dignitate sceleris ei retribuit, & socio illius in crimine Eliæ. Verum Tyri Antistes errorem suum præuaricationem, & actionem coram Patriarchis confessus est. Deus vero eorum iudex est. Ipse autem rogat, atque exorat, vt sibi condonetur.* Quid diutius moror? Hac eadem Actione post Epistolam Michaëlis adnectitur Thomæ Tyrij libellus, in quo sese accusans ob separationem a Photio, misericordiam petit, pœnitentiam non respuens. Post lectum libellum Vicarij Papæ pronunciant de Thomæ pœnitentia referendum esse ad Papam Ioannem; Ἐπεὶ δὲ ἐστὶ τὸ ἁμάρτημα χαλεπὸν καὶ τοῦτο νοοῦμεν, καὶ πρὸς Θεὸν τὴν ὕβριν ἀναφερομένην, ἀνατίθεμεν τοῦτο τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ Οἰκουμενικῷ Πάπᾳ Ἰωάννῃ, καὶ τὸ ἀρεστὸν αὐτῷ ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ποιείτω. *Cum vero scelus illius atrox esse intelligamus, & iniuriam Deo illatam, reponimus hoc sanctissimo & Oecumenico Papæ Ioanni, & quod illi com-*

placitum fuerit in oculis suis faciat. Et tamen Thomas reconciliatus ab Alexandrino, & in communionem receptus ipsi Photio pluribus commendatur, vt ira demissa delictum demittat. *Alter vero ipsorum Thomas Berytaus agnouit errorem suum, & cum postulasset veniam, illam a nobis impetrauit*. Quid vero tum Photius? Legatorum postulatis auditis, ne minor esse videretur auctoritate Ioanne Pontifice, subdole respondit; Cum delictum commissum se tantum respiceret, auctoritate propria absoluere; quod si absolutioni assensum præberet Ioannes, esset equidem id melius. Ὅσον τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀδελφοὶ, μάλιστα δὲ ὅτι καὶ οἱ τῆς ἀνατολῆς θρόνοι τὴν δέησιν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐποιήσαντο, λελυμένον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ εἰς ἡμᾶς παραπτώματος, καὶ πλημμελήματος ἔχομεν. Εἰ δὲ καὶ ὁ ἁγιώτατος Πάπας Ῥώμης Ἰωάννης ὁ πνευματικὸς ἀδελφὸς, καὶ συλλειτουργὸς, καὶ πατὴρ ἡμῶν ἐπιψηφίεται τῇ λύσει, ἄμεινον. *Quod nostra interest Fratres, & præcipue quod Orientales throni supplicationem pro eo fecerunt, absolutum eum a delicto in nos patrato, & scelere habemus. Quod si & sanctissimus Papa Romanus Ioannes spiritualis frater, & comminister, & Pater noster calculum addiderit, melius.* Plura in dicto Photij consideranda veniunt; inter ea non minimum, sed vere atrox, auctoritatem sibi Pontificiam vsurpat, & etiam-

etiamsi ille renuat, nihil sibi curæ esse. Sed id relinquamus. Dicit, *Si Romanus absolutioni calculum addiderit, melius*. Quid hoc *melius* sit, non equidem intelligo. Venia, quam Photius impartitur, integrane, vel mutila, vel dimidiata est, ita vt addito calculo Romani integrior euadat? Quod perfectum est, nihil vltra postulat. Absolutio data a Photio si perfecta est, frustra calculum alterius exorat; si imperfecta, ergo a quo perfectio additur postulanda est, & temere datur quæ imperfectior est. Et mirare hominis ingenium, cum Romanorum postulatis, qui ad Romanum dictam veniam deferebant, non haberet, quod opponeret, ne videretur Romano minoris esse conditionis, fatetur se absoluere, verum si Romanus absolutioni assensum exhibuerit, tum melius se habere omnia. Ergo dicto Photij absolutio similis Romani auctoritatem poscebat. Tum adde, Romani dicunt, solutionem criminis pertinere ad Ioannem Papam, Photius replicat, pertinere ad se, quia delictum ipsum respiciebat. Sequere, sed delictum commissum a Photio Pontifices Romanos respiciebat, ergo Photiani sceleris solutio ad Romanos pertinebat. Qua ergo auctoritate ab Orientalibus ante Romani solutionem in communionem

ipse admittitur? Photium non fuisse restitutum a Ioanne, sed sola Imperatoris auctoritate ex Epistolis Michaëlis Alexandrini, & aliorum hic assutis planũ est. Dixerat supra Synodus. Ἔπειτα δὲ παραινέσει πολλῇ καὶ παρακλήσει, μᾶλλον δὲ τ'ἀληθὲς εἰπεῖν, βίᾳ μεγάλῃ τῶν ὑψηλῶν, καὶ Χριστιανικωτάτων Βασιλέων ἡμῶν, καὶ πρὸς τῇ βίᾳ συμφωνίᾳ καὶ ἱκεσίᾳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας. *Postmodum adhortatione multa & supplicatione, & vt verius dicam, vi ingenti sublimium, & Christianissimorum nostrorum Imperatorum, & ante vim illatam, consensu, precibusque Constantinopolitanæ Ecclesiæ.* Sed audiatur Photius eadem Actione narrans modum, quo in thronum post mortem Ignatij restitutus est, Πλὴν πάντων συμφωνησάντων, καὶ τῶν τριῶν ἀρχιερατικῶν θρόνων ταῖς συνοδικαῖς αὐτῶν ἡμᾶς παρακαλεσάντων ψήφοις, ἔτι δὲ καὶ τῶν ἔμπροσθεν γραμμάτων, ὧν ὁ ἁγιώτατος Πάπας Ἰωάννης διαπεμψάμενος πρὸς τὸν φιλόχριστον, καὶ ὑψηλὸν Βασιλέα ἡμῶν ἐπὶ πάσαις αἰτήσεσιν αὐτοῦ κατανεύειν ὑπισχνουμένων ἀνήλθομεν εἰς τὸν θρόνον τοῦτον. *Verum cum omnes concordassent, & tres Patriarchales Sedes Synodicis eorundem calculis nos prouocarent: nec non antea iam positis literis a sanctissimo Papa Ioanne ad Dei amantem & sublimem Imperatorem nostrum datis, quibus se omnibus illius petitionibus annuere spondet, freti, in hunc thronum ascendimus.* Ergo Io-

Ioannis literas aſcenſus ad ſedem præuerterat. Ergo prius euectus, quam abſolutus, Vin plura? audi. Actione 4. prope finem; Βασίλειος ὁ θεοφιλέστατος Μητροπολίτης Μαρτυροπόλεως, καὶ τοποτηρητὴς Ἀντιοχείας εἶπεν. Ὁ ἁγιώτατος Πάπας Μιχαὴλ Ἀλεξανδρείας ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ ἀρχιερεῦσι Θεοῦ πάλαι ἅπαντα τὰ κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Φωτίου πεπραγμένα, καὶ ἀπεκήρυξε, καὶ ἀνεθεμάτισε, καὶ τοὺς ἀποδεχομένους αὐτὰ τῷ ὁμοίῳ ἀναθέματι καθυπέβαλεν. Ὁμοίως καὶ ὁ ἐμὸς Πατριάρχης ἁγιώτατος Θεοδόσιος καὶ αὐτὰ καὶ τοὺς ἀποδεχομένους αὐτὰ, καὶ τοὺς ὀνομάζοντας αὐτὴν Σύνοδον τῷ αὐτῷ κρίματι κατέκρινέ τε, καὶ καταδεδίκασε. Κοσμᾶς ὁ θεοσεβέστατος Πρεσβύτερος, καὶ Ἀποκρισιάριος Ἀλεξανδρείας εἶπε. Τὸ φρόνημα αὐτοῦ ὁ ἁγιώτατος Πάπας Ἀλεξανδρείας ἐν τοῖς τιμίοις αὐτοῦ γράμμασι σαφῶς πᾶσιν ἀνεκήρυξε, καὶ ὡς πάσῃ ἀρᾷ καθυποβάλλει καὶ αὐτὰ, καὶ τοὺς ἀποδεχομένους αὐτά. Ἠλίας ὁ θεοσεβέστατος Πρεσβύτερος, καὶ τοποτηρητὴς Ἱεροσολύμων εἶπε. Τοὺς μὴ ἀποδεχομένους Φώτιον τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην ἔννομον, καὶ κεκανονισμένον ἀρχιερέα Θεοῦ τῷ ἀναθέματι καθυποβάλλω, ὥσπερ πάλαι μὲν ὁ ἐν ἁγίοις Θεοδόσιος ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ἀρχιερεὺς, νῦν δὲ καὶ ὁ αὐτοῦ διάδοχος Ἠλίας ἔτι συναναθεματίζει, καὶ ἀποβάλλεται, καὶ πάντα τὰ κατ' αὐτοῦ ἔμπροσθεν πεπραγμένα, ἐν οἷς μάλιστα οἱ Σαρακηνῶν Ἀποκρισιάριοι κεῖται, καὶ νομοθέται παράνομοι προεκαθέζοντο. Ἡ ἁγία Σύνοδος ἀνεβόησε. Πάντες οὕτω δο-

ξάζομεν, πάντες οὖν τὸ κηρύττομεν, πάντες ἐν τούτοις ἀσμενίζομεν. Ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ἰωάννου τῶν ἄλλων ἁπάντων μᾶλλον εὐφράνθημεν. ἡμεῖς γὰρ ὡς πολλάκις ἔφημεν, καὶ περὶ τοῦ ἐπιψηφίσασθαι τὸν ἁγιώτατον Πάπαν Ἰωάννην τὴν τῶν ἀθέσμων ἐκείνων ἀναίρεσιν, πάντα τὰ κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν Πατριάρχου γραφέντα καὶ λαληθέντα, καὶ ἀνεθεματίσαμεν, καὶ ἀπεβαλόμεθα, ἑνωθέντες αὐτῷ καὶ κοινωνήσαντες, καὶ συλλειτουργοὶ γενόμενοι. Καὶ νῦν δὲ πάλιν θερμότερόν τε, καὶ σπουδαιότερον ἅπαντα τὰ κατ' αὐτοῦ καὶ ἀναθεματίζομεν, καὶ ἀποβαλλόμεθα, καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ νῦν δεχομένους αὐτὰ τῷ αὐτῷ παραπέμπομεν ἀναθέματι. *Basilius Dei amantissimus Metropolita Martyropolitanus, & Locumtenens Antiocheni dixit. Sanctissimus Papa Michaël Alexandriæ simul cum suis Dei Præsulibus multo ab hinc tempore omnia, quæ contra sanctissimum Patriarcham Photium acta sunt, & reiecit, & anathemati subiecit, & eos, qui illa recipiunt simili anathemate feriit. Similiter, & meus Patriarcha sanctissimus Theodosius eadem ipsa, & ea recipientes, & ipsam Synodum eodem iudicio condemnauit, atque reiecit. Cosmas piissimus Presbyter, & Apocrisiarius Alexandrini dixit: Mentem suam sanctissimus Papa Alexandrinus in venerandis suis literis palam omnibus fecit; & omni maledictioni suppofuit & ipsa, & illa recipientes. Elias piissimus Presbyter, & locum tenens Hierosolymorum dixit. Eos qui*

non

non recipiunt Photium Patriarcham, vti legitimum, & secundũ Canones electum præsulem Dei, anathemati subijcio, æque atq; iam pridem sanctus Theodosius Hierosolymorum Antistes, nunc vero illius successor Elias similiter anathematizat, & reijcit, & omnia contra ipsum antea peracta, in quibus potissimũ Saracenorum Apocrisiarij iudices, & legum latores iniqui præsidebant. Sancta Synodus clamauit. Omnes ita tenemus. Omnes ita prædicamus. Omnes hisce plaudimus. In hoc capite sanctissimi Papæ Ioannis inter alia præcipue gauisi sumus. Nos enim, vt sæpenumero diximus, ante quam sanctissimus Papa Ioannes iniquorum illorum demolitionem decreuisset, omnia aduersus sanctissimum Photium scripta, dictaque anathematizauimus, & reiecimus, cum illo vniti, & cum illo communicantes, etiam comministri facti: & nunc rursus ardentius, & serius omnia contra ipsum facta & anathematizamus, & reijcimus, & eos qui ea recipiunt, eidem anathemati subijcimus.
Et Actione 5. Locumtenentes sedium Patriarchalium dicunt; Ἡ ἁγία τῶν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησία, ἥ τε τῶν Ἀντιοχέων, καὶ Ἀλεξανδρέων, οὐδέποτε ἀπεβάλετο, ἢ ἀπηρνήσατο μὴ ἔχειν αὐτὸν τοῦτον τὸν ἁγιώτατον Φώτιον ἐννομώτατον, καὶ κανονιστικὸν Πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως ἐξότου καὶ εἰς τὸν ἱερὸν τοῦτον θρόνον ἀνεβιβάσθη. *Sancta Hierosolymitana, nec non Antiochena, & Ale-*

 xan-

xandrina Ecclesia, nunquam reiecit, aut negauit, hunc ipsum sanctissimum Photium esse secundum legum, & Canonum præscripta Patriarcham Constantinopolitanum, ex quo in hanc sanctam sedem euectus est. Vides pertinaciam! Etiam post condemnatum a Synodis Photium, & excommunicatum in contumacia perseuerant, & nunc tandem obnitentibus legibus, & Canonibus contra Synodorum decreta, sine vllo causæ examine sententiam ferunt. Et hi Synodum cogent, quæ legitima in Ecclesia censeatur?

CAPVT VII.

Ex corruptis a Photio Ioannis Octaui literis Apostolicis, & condemnata Octaua Generali contra Photium, hoc idem probatur.

SEd restitutionem Photij Literæ Ioannis Pontificis confirmarunt. Hoc vero falsissimum est. Aliud Photius in corruptis a se Ioannis Epistolis, aliud Ioannes in suis edixerat. Actione septima Synodi Octauæ contra Photium præcipitur ab Adriano, Ὑποκλιθῆναι, καὶ λόγῳ, καὶ γραφῇ ἐξαγγεῖλαι τὰ ἁμαρτήματα αὐτοῦ, καὶ ἀναθεματίσαι τὰ παρανόμως γραφέντα, καὶ πραχθέντα ὑπ᾽ αὐτοῦ

δὲ;

δὶς κῆ Ἰγνατίου τοῦ Πατριάρχου αὐτοῦ, καὶ ὁμολογῆσαι, μηδεμίαν μηχανὴν, ἢ συγκίνησιν ἔτι ποιῆσαι. ἀλλὰ τοῦτον ὡς ἀληθῆ ἀρχιερέα αὐτοῦ μετὰ μεγάλης αἰδοῦς ἀποδέξασθαι. τῆς τε ἀποστολικῆς καθέδρας τὰς ἐκθέσεις τὰς περὶ αὐτοῦ, ἢ περὶ Ἰγνατίου τοῦ Πατριάρχου ἐξενεχθείσας τιμίως περιπτύξασθαι. *Vti se submitteret, verboque, & scripto delicta sua fateretur, scriptaque impia, & acta bis contra sanctum Patriarcham Ignatium detestaretur, promitteretque se nihil in posterum contra illum moliturum moturumue, sed hunc pro germano Antistite magna cum veneratione recepturum: Apostolicæ vero Sedis decreta aut de se, aut Ignatio prolata amplexurum.* Ad impetrandam enim veniam requiritur prostratio, delictorum confessio, eorumque detestatio, promissio denique in posterum nunquam similia perpetrandi, & Apostolicæ Sedis decreta summa cum veneratione recipiendi, & pœnitentiam sibi impositam peragendi. Id quoque præcipit Ioannes suis genuinis literis ad Imperatores. Οὐκοῦν Φώτιον τὸν ῥηθέντα πληροφορίαν διδόντα, καὶ ἔλεον κατὰ τὸ ἔθος αἰτοῦντα ἔμπροσθεν τῆς Συνόδου, ἐν ἀληθινῇ ἀγάπῃ ἀδελφὸν, ἐν τῇ ἀρχιερατικῇ ἀξίᾳ συλλειτουργὸν, ἐν τῇ ποιμαντικῇ διδασκαλίᾳ συνιερέα τε ἀπὸ τοῦδε χάριν εἰρήνης, καὶ ὠφελείας τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς Χριστοῦ βοηθείας δεχόμεθά τε, καὶ ἔχομεν. *Itaque eundem Photium satisfaciendo, miseri-*

cordiam coram Synodo ſecundum conſuetudinem poſtulantem, in vera dilectione fratrem, in Pontificali officio comminiſtrum, in paſtorali magiſterio conſacerdotem pro Eccleſiæ Dei pace & vtilitate amodo Chriſto fauente recipimus, & habemus. Licet iſta inuerterit Photius in corruptis a ſe Ioannis Epiſtolis, & in hanc Synodum productis, non eſt tamen veroſimile mutaſſe conſuetudinem Eccleſiæ, qua delinquentes recipiuntur. Quamuis enim multa Imperatori morem gerens indulſerit, at non ita peragi rem voluit, vt etiam conſuetudinum Eccleſiaſticarum memoriam exitio daret. Quando iam Imperatori hoc gratum eſt, & petit Photium Patriarcham damnatum a Synodis atque excommunicatum conciliatum redigere in antiquam Eccleſiæ concordiam, ex benignitate noſtra atque indulgentia habeat ſuum Photium, ſeruatis tamen Canonibus, & conſuetudinibus Eccleſiaſticis, procumbat ante Synodum, fateatur delicta, promittat nunquam auſurum ſe ſimilia, & cauſa diſcuſſa atque examinata pœnitentiam accipiat, & ea peracta ſatisfaciat, tum Patriarcha agnoſcatur, & obſeruetur. Is enim tum erat vſus Romanorum Pontificum, & Eccleſiæ vniuerſæ in iudicijs, cum delinquentes pœnitentes communioni Eccleſiæ reſtituebantur.

Ni-

Nicolaus Papa Epiſtola ad Epiſcopos. Ὅτι οὐδόλως αὐτὸν ἐν κλήρῳ ἀποδεχόμεθα, ἕως ἂν ἀκριβῶς παρὰ τῶν ἡμετέρων Ἀποκρισιαρίων τὰ κατ' αὐτὸν ἐξετασθῇ, καὶ ἡμῖν δοθῇ εἴδησις. *Eum a nobis nullo modo inter clerum admitti, quoad accurate per noſtros Apocriſiarios tota illius cauſa excutiatur, nobiſque ſignificetur.* Idem ipſe Pontifex in Actis Synodi Romanæ contra Photium; Καὶ ὅτι οὐ δεδιότες ἡμεῖς ὡς παρακρίναντες ταύτας ἐγράψαμεν. Οὐδὲ γὰρ ὁ Πέτρου θρόνος ὑπ' ἄλλου κρίνεται, ἢ ἀπὸ τοῦ δεδωκότος αὐτῷ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς κατὰ τὸ ἀρχαῖον διαφυλάττητε μὴ κρίνειν, ἢ συναινεῖν ἄνευ τῆς ἡμῶν παραδόσεως. *Itemque nos nihil veritos ne male iudicauerimus hæc ſcripſiſſe. Nam Sedes Petri a nemine iudicatur, niſi ab eo, qui illi claues regni dedit: Sed vos, vt antiquum morem ſeruetis, neque iudicetis, neque approbetis quidquam ſine noſtra auctoritate.* Vides hic antiquum morem eſſe non iudicare, neque approbare quicquam ſine Romani auctoritate? Et Photius mores, & Canones Eccleſiæ peſſundans, & pœnitentiam detrectans, nimis in ſuis laudibus iactabundus, & petulans, etiam renitentibus Romanis ſeſe propria auctoritate in thronum reſtituit.

Sed accuratius res examinetur, & ex ipſis corruptis a Photio Epiſtolis corruptæ Synodi fabula eliciatur. Scribit Ioannes ab

Im-

Imperatoribus ante aſſenſum Pontificis Romani, licet inuitum Photium in ſedem reſtitutum fuiſſe, tum ab ipſis petitam a Pontifice reſtitutionem. Id non approbat, licet non videatur improbare. Εἰ καὶ ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια τὸν ἄνδρα ἐκβιασαμένη ἔφθασεν ἀποκαταστήσασα, καὶ πρὸ ἡμῶν, ἤτοι πρὸ τοῦ παραγενέσθαι τοὺς ἡμετέρους τοποτηρητὰς ἐν τοῖς αὐτόθι. *Licet noſtra pietas, vim Photio inferens ſubſtituerit illum ante nos; hoc eſt prius quam miſſi a nobis Legati iſtuc venirent.* Malo tamen ſe, ne ſtatus Eccleſiæ integer diſſipetur, remedium dicit afferre ex indulgentia, qua ſeueritas legum Eccleſiaſticarum moderatur. Non ergo probat reſtitutionem Photij, ſed auſum illum Imperatorum, & vim illatam tolerat. Vbi enim neceſſitas fuerit, & vis, ibi ad vtilitatem Eccleſiarum Dei, qui poteſtatem habet, diſpenſat. Si ante literas has Pontificis Photius receptus fuerat, & reſtitutus in ſedem, fruſtra Pontifex tot inculcatis adhortationibus Photij reconciliationem Imperatoribus, alijſque Præſulibus ſuadet. Fruſtra enim quod actum eſt, fieri ſuadetur. Et qui a tot Synodis iuſtas ob cauſas, & ob ingentia ſcelera condemnatus, expulſus, inferiſque per anathema deuotus fuerat, & Chriſtianorum nomine indignus declaratus, & ab Oecumenico Concilio
exau-

exauctoratus, per multos annos veluti inuasor, muneribus Sacerdotalibus, & Pontificalibus spoliatus, priuatam vitam agens, postmodum per vim ab Imperatoribus sedi redditus, absque præuio examine, nulla causæ disquisitione a summo Pontifice statim approbabitur? Credant Photianii Pontificum Romanorum illius temporis alij mores, aliæ constitutiones Ecclesiæ, alia Canonum obseruatio. Et eos non ita facile mutare sua scribit Iosephus Methonensis, Responsione in Libellum Marci Ephesij contra Synodum Florentinam. Δόγμα δὲ ἢ ἔθος τι τῶν οἰκείων παρασαλεύσειν αὐτοὺς πεισθέντας παρὰ σοῦ, ἢ τῶν μετὰ σοῦ οὐ χρεία ἦν. Ἔνθα γὰρ ἡ ἀκαπήλευτος σοφία διδάσκεται, καὶ τελείους ἐργάζεται τοὺς ἑαυτῆς ἐραστάς, οὐ θεμιτὸν παρασαλεῦσαι ἔθος ἢ δόγμα πιστόν. *Sed neque opus erat, ipsos a te vel a tuis edoctos dogma mutare vel institutum; vbi enim germana docetur sapientia, & perfectos illa efficit sui studiosos, non est fas, institutũ, aut dogma Fidei commutari.* Quod experientia edoctus ipse Ephesius confirmat ibidem; Εὐθὺς μὲν ἡμῖν ἀπογνῶναι τοῦ τέλους συνέπεσε, καί τις ἡμῶν εἴρηκεν ἰδὼν εἰς πλησίον ἄλλων. χολῆ γε αὖ οἱ ἄνδρες οὗτοι τῶν οἰκείων ἐθῶν τι, καὶ δογμάτων παρακινήσαιεν οἱ τοσαύτην ὑπεροχὴν ἡμῖν ἐνδεικνύμενοι. *Confestim quidem nobis desperatio finis obuenit, & prope quis stantem sic est affarier orsus: haud sane*

ne homines isti mores suos, & dogmata vlla ex parte patientur immutari, qui tantum nobis supercilium ostenderunt. Et ne longe a materia discedamus, Stephanus Papa Epistola ad eundem Basilium, cum ille postremo suæ vitæ tempore seductus a Photio contra Papam Marinum crimina intendens scripsisset, rerum temporalium curam & principatum Imperatoribus, spiritualium summis Pontificibus traditam esse palam prædicat; & Ioannes solo nutu Imperatoris Photium restitutum, & tantam Romanæ Ecclesiæ iniuriam illatam tolerasset? Pulso rursum Photio a Leone Imperatore Stylianus Neocæsareæ Episcopus petit sui aliorumque Episcoporum, & Clericorum, quod communicauerint cum Photio restitutionem, & Stephanus respondet; Ἡμεῖς αὐτοὶ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως τὸ οἰανοῦν ἐπενεγκεῖν κρίσιν οὐ δυνάμεθα. Διὸ καὶ ἀρτίως τὴν ψῆφον παρεδράμομεν, καὶ χρεία ἐστὶν ἑνὸς ἑκάστου μέρους εὐλαβεστάτους Ἐπισκόπους ἀποστεῖλαι, ὡς ἂν ἐξεταζομένης πάσης ἀμφιβολίας, καὶ ἐκ πάντων τῶν μερῶν τῆς ἀληθείας φανερουμένης εἰπεῖν δυνησώμεθα, ὃ ὁ Θεὸς δώσει. Καὶ γὰρ ὡς κάτοπτρον, καὶ ὑπόδειγμα ἡ ἁγία τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία ταῖς λοιπαῖς Ἐκκλησίαις καθίσταται. Καὶ εἴτι ἂν ὁρίσῃ, εἰς τὸν αἰῶνα ἀκλόνητον διαμένει. Καὶ χρὴ μετ' ἐξετάσεως τὰς κρίσεις φέρειν. *Nos absque diligenti totius rei indagatione nullam possumus*

sen-

sententiam proferre. Quapropter & nuper sententiam distulimus, & oportet ut ab utraque parte reuerendissimi Episcopi Legati mittantur, ut omni discussa dubitatione, veritateque ex omnibus partibus explorata, quod Deus suggesserit, iudicare possimus. Etenim Sancta Romana Ecclesia velut speculum quoddam, & exemplar Ecclesijs ceteris proposita est: quæ si quid definierit, id omnibus seculis firmum, inconcussumque manet. Par est ergo, ut absque causæ cognitione iudicium, & sententia non pronuncietur. Et Ioannes iura similia, & iudiciorum stylum neglexisset, nec Episcopis, qui a Photio discesserant, reclamantibus auditis Photij restitutionem Imperatoris solo nutu factam confirmasset? An non, & ipse vna cum alijs perfidus fuisset, & animæ suæ prodigus, qui sua manu subscriptum iusiurandum, ad sancti Petri tumulum positum testatur se Photij ordinationem, & eos, qui dictis duabus Synodis auctoritatem abrogarunt, nunquam recepturum.

In Additione eorum in Synodo Octaua contra Photium ex Radero, quæ in editione Rom. desiderantur; Ἀλλὰ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι πῶς ἔχουσι κατατολμῆσαι ἀθετῆσαι τὰ ἰσόχρεα αὐτῶν; ὅτι γὰρ κἀκεῖνοι πάντες ἰσόχρεα ἐποίησαν ἐπὶ τῶν γεγονυιῶν ἐκεῖσε δύο Συνόδων Νικολάου, καὶ Ἀδριανοῦ ἐν οἷς ὑπέγραψεν Ἰωάννης Ἀρχιδιάκονος

ὁ

ὁ μετ' αὐτὸν γενόμενος Πάπας. Καὶ ἔθηκαν ἅπαντες τὰ ἰδιόχειρα αὐτῶν ἐπάνω τοῦ τάφου τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ μὴ ἀποδέξασθαί ποτε τὸν μοιχὸν τῆς Ἐκκλησίας Φώτιον, ἢ τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ, ἢ τοὺς ἔχοντας ἀθετῆσαι τὰς εἰρημένας δύο Συνόδους αὐτῶν. ὡσαύτως καὶ οἱ Κωνσταντινουπολῖται ἔθηκαν τὰ ἰδιόχειρα αὐτῶν ἐπάνω τῶν τιμίων ξύλων τοῦ μὴ κοινωνῆσαί ποτε Φωτίῳ, ἢ τῇ χειροτονίᾳ αὐτοῦ, ἢ ἀθετῆσαι τὴν ὀγδόην Σύνοδον τὴν ἐξακολουθήσασαν ταῖς εἰρημέναις δύο Συνόδοις τῶν Ῥωμαίων. *Quin & Romani quo pacto ausi sunt violare, quod suæ manus subscriptione firmarunt? Nam & illi omnes in duabus Synodis Romæ a Nicolao, & Adriano celebratis chirographa ediderunt, quibus Ioannes Archidiaconus, qui Nicolao post Adrianum in Pontificatu successit, manu sua subscripsit. Posueruntque omnes chirographa sua supra tumulum S. Petri, testati se Photium Ecclesiæ adulterum, aut ordinationem illius, aut eos, qui dictis duabus Synodis auctoritatem abrogarunt, nunquam recepturos. Eodemque modo Constantinopolitani suas subscriptiones super veneranda Crucis ligna posuerunt, iurati, se nunquam cum Photio, aut Photianis communicaturos, Synodumue Oecumenicam, quæ duas Romanas secuta est, nunquam violaturos.*

Quis præterea strophas in hoc facto Photij non agnosceret? Proponunt Legati Pontificij Flauianum Constantinopolitanum, Ioan-

Ioannem Chryſoſtomum, Cyrillum Hieroſolymitanum, Polychronium, & alios eiectos ſpoliatoſque ſuis ſedibus auctoritate Romanorum Pontificum reſtitutos, & eadem ipſa ratione Photium. Quemadmodum nempe illi præuio examine, & diſcuſſa cauſa ſuam innocentiam comprobarunt in Synodo, ideoque reſtituti, ita quoque cauſam Photij pertractandam eſſe, Synodus Photiana, ne in cauſa Photij muta videretur, prouidentiam Ioannis in reddenda pace Eccleſiæ, & diſſidentibus reconciliandis laudant, quod præter propoſitum Legatorum erat. Nullum hic examen de expulſione a ſede Ignatij, nulla de inuaſione Photij, viuente adhuc Ignatio legitimo Paſtore, nulla de contumacia, nulla de Synodo aduerſus Nicolaum confecta, nulla de maledictis, impoſturis, ludibrijs in Nicolaum concinnatis mentio, quæ plane examinanda fuerant, vt re dijudicata, ſi Photius innocens, & extra noxiam eſſe, & falſo inſimulatus comperiretur, abſolueretur, ſin minus culpæ obnoxius, ex indulgentia Ioannis, venia petita, dolens de ſceleribus, pœnitentia recepta ſedi reſtitueretur. Hac ratione ſedibus ſuis reſtituti ſunt Flauianus, Chryſoſtomus, Cyrillus, & reliqui. Sed hic vt vides, æque atque offuſa nox perpetua eſſet,

ordo iudiciorum perturbatur, delectus personarum confunditur, leges, iuraque deturpantur, & suprema auctoritas, qua dirigenda erant omnia, pessundatur.

Vim ergo suam Synodus ex Epistolis Ioannis Papæ consecuta, an Ioannis decreta peregerit examinetur. Primum Ioannes in Epistolis corruptis a Photio petit a Photio, vt ante reconciliationem misericordiam postulet: secundum, vt dimittat Romano debitam Bulgariã, & ab ordinationibus illius nationis manus abstineat. De his in Synodo nihil peractum est. De Bulgaria, illam pertinere ad Imperatorem, ab eo petendam. Imperator, ad quem pertinebat, iudicabit. De pœnitentia, nec verbum quidem: sed omnia falso, & insidiose concipit; Θρόνους ὡς ἐπιζητεῖ σου ἡ ἁγιωσύνη τῇ τῆς βασιλικῆς ἐντελῆς συμπεριέχονται ἀρχῇ. Εἰ δὲ τὰ τῆς ἐμῆς ἐν κυρίῳ ἀγάπης πλάτος μὴ ταῖς βασιλικαῖς ἐστενοχωρεῖτο ἀνάγκαις, μηδέ τις ἄλλη με κανονικὴ ἀνεχαίτιζε δίκη. Εἶχον δὲ καὶ τὸ ὑποτελοῦν ἱερατικὸν συμπνέον ἐπὶ τούτῳ, οὐχ ὅσους λέγεις ὑπὸ τῆς Ῥώμης θρόνους τηρεῖσθαι ποτέ, ἀλλὰ καὶ οἳ μηδέποτε ὑπ' ἐκεῖνον γεγόνασι, καὶ τούτους ἕτοιμος ἂν κατέστην παρασχεῖν. O sacrosanctam Photij mentem! o mirificam in dando munificentiam! *Sedes quas tua Sanctitas postulat in Orientali Imperio continentur. Quod si meæ in Domino dilectionis latitu-*

titudo imperatorijs necessitatibus non angustiaretur, neque aliud Canonum ius impediret, haberem quoque Sacerdotes mihi subiectos in hoc concordes, non quas dicis Romanæ Sedi aliquando fuisse obnoxias, sed & eas, quæ nunquam illi subiectæ fuerunt, promptus essem concedere. Pontifex ergo quod est contra ius etiam renitentibus Constantinopolitanæ Ecclesiæ proceribus postulat, & vendicat sibi non sua, sed quæ viribus imperatorijs sũt addicta. Postulatum certe indignum Pontifice. Hæc modeste Photius, sed subdole pronunciat; Sed Procopius Cæsariensis eadem ipsa Actione insolentius rem aperit; Ἐλπίζομεν ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ὑποταγῆναι ἔχουσι τῷ εὐσεβεῖ κράτει τῶν θεοπροβλήτων, καὶ μεγάλων Βασιλέων ἡμῶν, καὶ τούτου γενομένου τότε, ὡς κελεύει ἡ κραταιοτάτη αὐτῶν βασιλεία ποιεῖ τακτικὰ, καὶ ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ τὰς οἰκείας ἐνορίας ἀκαινοτομήτους. *Speramus nationes omnes subijciendas esse pio dominio a Deo prouectorum, & magnorum nostrorum Imperatorum, quo facto tum, vt iusserit validissimum eorundem Imperium, ordinabit, & restituet vnicuique proprias Diœceses absque vlla innouatione.* Nempe Pontifex recuperabit sua, vt dicitur, ad Kalendas Græcas, cum scilicet Nationes omnes vnum Constantinopolitanum Imperiũ agnoscent, & illius nutibus gubernentur. Quando hæc

erunt? Nugæ. En item Imperatorem Conſtantinopolitanum negotiorum, & litium Eccleſiaſticarum iudicem factum, licet reliquæ Synodi tum vniuerſales, tum nationales reclament omnes. Sed de primo Pontificis poſtulato ſatis.

Quid de ſecundo? Synodus dicit Actione 2. Ἡ ἁγία Σύνοδος εἶπεν. Ὅσα εἰς ἀποδοχὴν, καὶ ἀνακήρυξιν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου ἀποδεχόμεθα. Ὅσα δὲ ἀνήκουσι τῷ Βασιλεῖ, καὶ ταῖς βασιλικαῖς διοικήσεσιν, ἐκείνῳ, καὶ τὸ κῦρος τῆς περὶ αὐτὰ διοικήσεως. καὶ τὴν ἐξουσίαν ἀνατίθεμεν. *Quotquot ad receptionem, & deprædicationem Eccleſiæ, & Photij ſanctiſſimi Patriarchæ faciunt, recipimus. Quæ ad Imperatorem pertinent & imperatorias adminiſtrationes, illi & confirmationem adminiſtrationis circa eadem, & auctoritatem deferimus.* Et Actione tertia; Ὅσα εἰσὶν εἰς δόξαν τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, καὶ ἐποιήσαμεν, καὶ ἀπεδεξάμεθα, καὶ ἀποδεχόμεθα, καὶ ἀμετάθετοι ἐν ταύτῃ τῇ διαθέσει εἰς τὸν αἰῶνα διαμένομεν. Ὅσα δέ ἐστιν ἕτερα, ἃ οὐκ ἀνήκουσιν εἰς τὴν ἡμετέραν γνώμην, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ μεγάλου Βασιλέως ἡμῶν, καὶ ὑψηλοῦ διοίκησιν, καὶ χείσιν, ταῦτα ἐκείνου τῇ φροντίδι, καὶ προνοίᾳ ἀνατίθεμεν. *Quæ reſultant in gloriam Dei Eccleſiæ, & præſtitimus, & recepimus, & recipimus, & immutabiles in hoc propoſito in perpetuum perſiſtemus. Quæ vero alia ſunt, nec facultati noſtræ ſub-*

ſubſunt, ſed in magni Imperatoris noſtri, & excelſi diſpoſitionem, atque iudicium, illa illius curæ, ac prouidentiæ demandamus. Et Photius τοσούτων μηχανοῤῥάφος κακῶν eadem ipſa ſecunda Actione. Φώτιος ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης εἶπεν: Ὅσα τῷ αἰσίῳ, καὶ ἐνθέσμῳ λόγῳ περιέχεται, καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν ἀνήκει μετριότητα, τὸ ἔργον αὐτῶν καὶ τὸ τέλος, καὶ στοργῆς, καὶ ἀποδοχῆς ἄξια νομίζομεν. *Quæ decenti, ac iuſtæ rationi innituntur, & ad noſtram mediocritatem pertinent, & opus illorum, & abſolutio, digna, quæ recipiantur exiſtimamus*. Subit modo Achillæum illud apud Euripidem in Iphigenia in Aulide. Nanque cum propoſuiſſet illi Chorus, obediendum eſſe Principibus, qui ratione, & experientia edocti, recte vitam agunt cum prudentia, non negat Achilles obediendum, ſed ſi præerunt recte, & vtiliter ſapient: ſin minus, parendum illis non eſſe.

Καὶ τοῖς Ἀτρείδαις, ἢν μὲν ἡγῶνται καλῶς
Πεισόμεθ᾽, ὅταν δὲ μὴ καλῶς οὐ πείσομεθα.

Proin Atridis, ſi probi fuerint duces, parebimus, ſin improbi, haud parebimus. Hac eadem ratione Photius, & Synodus obtemperant Pontifici Romano, ſi iuſta, & canonica præcipiat: ſin minus, parere nolunt. Quis porro iudex erit de iuſtitia, & iniuſtitia mandatorum? Synodus ipſa, & Photius.

Et sic Romanus Pontifex, qui aliorum iudex in Concilijs sedere debet, post Photium sedens iudicabitur; & etiam si iusta non iussisse iudicabitur, condemnabitur, & punietur. Romani iussa, atque sententiæ grauissimum condemnatorum iudicium subibunt: condemnati, ac reiecti irrogabunt multam: quia ille neque æquum, neque iustum postulauit. Sic ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαὶ, & Ecclesiasticæ hierarchiæ vniuersus ordo inuertitur. Et ego dicam Synodum similia decernentem, Oecumenicam, legitimam, & genuinam esse? Non sum stipes, nec fungus. Alia ab his & longe diuersa genuina Concilia præcinunt. Adrianus Papa Epistola ad Imperatorem Basilium lecta in Octaua Synodo Actione secunda. Βουλόμεθα δὲ διὰ τῆς ὑμετέρας εὐσεβοῦς σπουδῆς οὐκ εὐαρίθμητον ἐν τοῖς αὐτόθι τελεσθείσῃ συνέλευσιν, ὡς ἂν οἱ ἡμέτεροι Ἀποκρισιάριοι προσκαθεσθέντες, καὶ τὰς τῶν πραγμάτων τε, καὶ προσώπων διαφορὰς σαφέστερον διαγνόντες, ὁλικῶς τὰ τοῦ ἀνοσίου συνεδρίου ὑπομνήματα παραχρῆμα ἐκ τῶν κατεχηκότων αὐτὰ ἀφαιρεθέντα κατακαυσθῶσι. Τὸ γὰρ τοιοῦτον συνέδριον οὐδὲν διαφέρειν οἰόμεθα τοῦ ἐν Ἀριμίνῳ ὑπὸ Κωνσταντίου, τοῦ ἐν Ἐφέσῳ παρὰ Διοσκόρου συναθροισθέντος. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις ταῦτα ὑποκρύψαι πειραθείη, ἢ ἐκδικῆσαι, τοῖς δημοσίοις ὑποκείσεται νόμοις. *Volumus autem per vestræ pietatis industriam Constantinopoli*

nu-

numeroſum celebrari Concilium, cui noſtri quoque Legati præſidentes delictorum hominumque diſcrimine perſpecto, ſtatim cuncta impÿ Conciliabuli exemplaria ab ÿs, qui illa retinent, ablata, ignibus concremanda tradant; huiuſcemodi enim conuenticulum nihil diſtare putamus vel ab Ariminenſi per Conſtantium Imperatorem, vel ab Epheſino per Dioſcorum coacto. Sed etſi quis hæc occultare, vel defendere conabitur, publicis legibus iudicandus ſubÿciatur. Rerum ſiquidem definitio ab Eccleſia Romana expectatur. Nicolaus Epiſtola ad Photium; Ἐπεὶ ἡ πᾶσα πληθὺς τῶν πιστῶν ἀπὸ ταύτης τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, ἥτις κεφαλὴ πασῶν ἐστι τῶν Ἐκκλησιῶν, τὴν διδαχὴν ἐκζητεῖ, τὴν ὁλοκληρίαν τῆς πίστεως ἐξαιτεῖ, τὴν τῶν ἐγκλημάτων ἀπαλλαγὴν ἐπιδέχεται, χρὴ ἡμᾶς τοὺς προκεχειρισμένους εἰς τοῦτο πολλὴν φροντίδα ποιεῖσθαι εἰς τὸ ἀποσοβεῖν τὸν λύκον τὸν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ὁρμῶντα. *Cum vniuerſa credentium multitudo ab ſancta Romana Eccleſia, quæ omnium caput eſt Eccleſiarum, doctrinam exquirat, integritatem fidei depoſcat, delictorum veniam poſtulet; neceſſarium eſt, vt magnam nos curam, qui ad hoc vocati ſumus, adhibeamus, & lupum Eccleſiam inuadentem arceamus.* Ideoque infra Zacharias, & Theophilus Epiſcopi cum non egiſſent ſecundum libelli Romani formam, quæ erat, vt ſecundum Eccleſiam Catholicam tene-

tenerent, veritatemque defenderent, Romanæque Ecclesiæ iudicium sequerentur, foras Legatorum Romanorum iussu eiecti sunt. Id ipsum in Photiana Synodo agnitum quoque fuit, illud suggerente Petro Cardinali, quamuis non obseruatum. Καὶ χαίρομεν ἐπὶ τούτῳ, ὅτι εἰς τὴν τοιαύτην ὁμόνοιαν οἱ ἀρχιερατικοὶ ἅπαντες συνευδόκησαν θρόνοι μετὰ τοῦ κυρίου, καὶ δεσπότου ἡμῶν τοῦ οἰκουμενικοῦ Πάπα. καὶ γὰρ ἐκείνη ἐστὶ κεφαλὴ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ ὅπερ ὤφειλον ποιῆσαι, καὶ ἐξακολουθεῖν τῇ ἁγιωτάτῃ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ πεποιήκασι τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου τοῦτο συνευδοκήσαντος. *Et gaudemus de hoc, quod in hanc vnionem, qui Archieraticis sedibus præsident, omnes vna simul approbarunt, cum Domino nostro Papa Oecumenico. Namque illa est Ecclesiarum omnium caput, & quod illi debebant agere, sequi nempe sanctissimam Romanam Ecclesiam, peregerunt, Spiritu sancto simul assensum præbente.* Photiani nihilominus in hac Synodo ab auctoritate Romani sese subtrahentes, quæ illis complacent, exequuntur, quæ displicent reprobant, licet mellitis verborum globulis menti Pontificis obsecundari videantur. quo sane nihil excogitari potest immanius.

Adde præterea & illa ex Actione prima. Ἠλίας ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος, καὶ τοποτηρητὴς Ἱεροσολύμων εἶπε· καὶ νῦν εὐχαριστεῖν ἄξιον τῷ Θεῷ

Θεῷ, ὅτι ὁρῶμεν πάντας ἡνωμένους. εὐχαριστῶ δὲ πλέον ἐγὼ ὁ ταπεινὸς, ὁ τὴν σχισματικὴν ταύτην πλάνην ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ τῶν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίᾳ οὐδέποτε παρεδεξάμεθα. Ἀλλ' ἀεὶ, καὶ διὰ παντὸς, ἀφ' οὗ ὁ ἁγιώτατος ἡμῶν δεσπότης Φώτιος τοῦ ἀρχιερατικοῦ τούτου θρόνου ἐκράτησε, καὶ τὸν πίστεως αὐτοῦ λίβελλον ἀπέστειλε πρὸς Θεοδόσιον τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Ἱεροσολύμων, ἡνωμένοι αὐτῷ, καὶ ἀδιάσπαστοι μέχρι τοῦ νῦν μεμενήκαμεν, καὶ τοὺς ἐναντίον τι ἐπὶ τῇ ἀρχιερωσύνῃ αὐτοῦ φροντίσαντες οὐδέποτε παρεδεξάμεθα. *Elias pijssimus Presbyter, & Locumtenens Hierosolymitani dixit. Et nunc gratias agere Deo dignum est, cum videamus omnes in vnum concordasse. Sed maiores ego humilis gratias ago, quod nunquam hic Schismatis error in sancta Dei Ecclesia Hierosolymitana locum habuit; sed semper, & perpetuo, ex quo Sanctissimus Dominus noster Photius Archieratica hac sede potitus est, & fidei suæ libellum misit ad Theodosium sanctissimum Patriarcham Hierosolymitanum, vniti cum ipso, ac inseparabiles ad hoc vsque tempus permansimus, & eos, qui contra ipsius Pontificatum aliquid aduersum moliti sunt, nunquam in nostram communionem suscepimus.* Sed rem exactius nobis Schismatici ipsi enarrent. Ioannes Ephesius Tractatu de Schismate. Καὶ τίς οὐκ οἶδεν ὁπὸ τὰ μέσον Ἰγνατίου καὶ Φωτίου τῶν Πατριαρχῶν ὁ χρόνος ἐκεῖνος ἐκαινοτόμησε, καὶ ὅπως τὸ πλήρω-

μα

μα τῆς τότε ἀρχιερέων οὐχ ἅπαξ, οὐ δὲ δὶς, οὐ δὲ τρεῖς τὰς ἐγγράφους ἀσφαλείας ἑαυτῆς ἠθετήκασι. Τῶν νῦν μὲν ἕως θανάτου τῷ Ἰγνατίῳ προσκεῖσθαι ἐγγράφοντες. Νῦν δὲ τῷ Φωτίῳ πάλιν ἀθετοῦντες τὰ πρότερα. Εἶτα καὶ μετὰ τὰς ἀσφαλείας ταύτας αὐτόν τε τὸν Φώτιον, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν καθαιροῦντες, ἀφορίζοντες ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῷ ἀναθέματι παραπέμποντες, οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ φρικωδέστατα ἑαυτοῖς ἐπαρώμενοι, εἴποτε τῶν δεδογμένων τούτων παραβληθεῖεν, καὶ τὸν Φώτιον τοιουτοτρόπως ἀποβληθέντα εἰς ἀρχιερέως λόγον ὁπωσοῦν προσδέξασθαι καταδέξαιντο. Εἶτα δὲ καὶ μετὰ χρόνον ταῦτα τὰ ἰσχυρὰ ἀνατρέποντες, καὶ καθολικαῖς συνόδοις, καὶ πάλιν ἐπ' Ἐκκλησίας ὀστράκου κατὰ τὴν παροιμίαν μεταπεσόντος ἀνακηρύττοντες, ἀνευφημοῦντες, κροτοῦντες, δεξιούμενοι, καὶ μακροῖς ἐπαίνοις, καὶ ἐγκωμίοις ἀνᾴδοντες, καὶ στεφανοῦντες τὸν Φώτιον, ἄνθρωπον ἀληθῆ λέγοντες τοῦ Θεοῦ, νόμιμον ἀρχιερέα, ἐγκάνονον λύχνον τῆς Ἐκκλησίας, φωστῆρα τῆς οἰκουμένης, εὐσεβείας προστάτην, ἀληθείας διδάσκαλον. *Et cui cognita non sunt, quæ inter Ignatium, & Photium Patriarchas tempus illud innouauit, & quomodo cœtus vniuersus Antistitum non semel, neque bis, aut ter scripto traditas suas fides publicas improbarunt. Cum hi nunc quidem vsque ad mortem Ignatio adhærere se astringerent, nunc Photio, quæ prius scripserant reijcerent. Postmodum post similes cautiones ipsum Photium illiusque socios deponerent, in Ecclesia excommunicarent, &*

& anathemati subijcerent. Nec id solum, sed quam horrenda sibi deprecarentur, si quid ex iam dictis placitis immutassent, & Photium hoc modo depositum vti Antistitem quomodocunque accepissent. Tum postmodum elapso tempore valida hæc inuertentes; & publicis congressibus rursus in Ecclesia testæ instar transmutatæ publice prædicantes, vociferantes, plaudentes, & prolixis laudibus, atque encomijs Photium extollentes, & coronantes, hominem Dei verum enunciantes, legitimum Antistitem, Canonicam Ecclesiæ lampadem, orbis terrarum lumen, pietatis assertorem, veritatis magistrum. Episcopi hi Photium deponunt, excommunicant, horrenda sibi, si illum remiserint, deprecantur. Ignatius illis ab excommunicatione, & anathemate immunis est. neque spondent nunquam se eum in posterum recepturos. Et Photiani dicunt semper Photio Orientales adhæsisse, & vti Patriarcham recognouisse? Diris, quibus se deuouerant, affligentur.

Actione tertia damnantur Synodi Nicolai, Adriani, & Octaua generalis, in quibus Photius de multis sceleribus conuictus, & quod tyrannice pulso legitimo pastore thronum occupasset, deijcitur & condemnatur. Videtur sumpta occasio ex Commonitorio Ioannis Pontificis; θέλωμεν

μένην ἐνώπιον τῆς ἐνδημούσης Συνόδου ἀνακηρυχθῆναι, ἵνα ἡ Σύνοδος ἡ γεγονυῖα κατὰ τοῦ προῤῥηθέντος πατριάρχου Φωτίου ἐν τοῖς καιροῖς Ἀδριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀπὸ τοῦ παρόντος ᾖ ἐξωστρακισμένη, καὶ ἄκυρος, καὶ ἀβέβαιος, καὶ μὴ συναριθμεῖται αὕτη μεθ' ἑτέρας ἁγίας Συνόδου. *Volumus in Synodo cogenda promulgari, Synodum aduersus iam dictum Photium Patriarcham tempore sanctissimi Papæ Adriani Romæ celebratam, & eam quæ Byzantij acta est, ex nunc esse reiectam, & irritam, & infirmam, & cum nulla alia Synodo connumerari.* Neq; dissimilia sunt, quæ leguntur Actione 4. Hæc Ioannes Pontifex, si tamen illius sunt. His si obedias, ab æquitate, lege, & institutis maiorum non recedes. Romanus sancit, parendum est. Sed quid Photiani egerint post lectum Commonitorium, consideremus. Ἡ ἁγία Σύνοδος ἀπεκρίθη. ἡμεῖς δὲ ἔργων ἀπεκηρύξαμεν, καὶ ἀπεβαλόμεθα, καὶ ἀνεθεματίσαμεν τὴν παρ' ὑμῶν λεγομένην Σύνοδον, ἑνωθέντες Φωτίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἡμῶν Πατριάρχῃ, καὶ σὺν μὴ ἀποβαλλομένους τὰ κατ' αὐτοῦ γραφέντα, ἢ λαληθέντα ἐν αὐτῇ τῇ ῥηθείσῃ παρ' ὑμῶν Συνόδῳ τῷ ἀναθέματι παραπέμπομεν. Ἡλίας μητροπολίτης Μαρτυροπόλεως, καὶ Ἡλίας Ἱεροσολύμων τοποτηρητὴς εἶπον. καὶ πῶς γὰρ ἂν Σύνοδος ῥηθείη, ἡ μυρίων σχισμάτων τὴν Ἐκκλησίαν πληρώσασα; τίς ὀνομάσει Σύνοδον τὴν Σαρακηνῶν Ἀποκρισιαρίους

κει-

κειτὰς νομοθέτας καθίσασα, ποίαις Συνόδοις ἀριθμηθείη ἡ πάντων τῶν ἁγίων Συνόδων ἐναντία τολμήσασα, ἢ τοὺς ἀνευθύνους, καὶ χωρὶς τῆς οἱασδήποτε ἐξετάσεως καταδικάσασα; ἢ πάντας θεσμοὺς Ἐκκλησιαστικοὺς καὶ πολιτικοὺς συγχέασα, καὶ καταστρέψασα; διὰ ταῦτα γὰρ οἱ τῆς ἀνατολῆς ἁγιώτατοι θρόνοι ἀποκηρύκτους τὰς πράξεις, καὶ ἀποβλήτους ἐποιήσαντο, καὶ τῷ ἀναθέματι παρεπέμψαντο. *Sancta Synodus respondit. Nos operibus ipsis abdicauimus, & reiecimus, & anathematizauimus eam, quæ a vobis commemoratur Synodus, vniti sanctissimo nostro Patriarchæ Photio. Et eos qui non reijciunt, quæ aduersus illum scripta dictaque sunt in iam dicta Synodo, anathemate ferimus. Elias Metropolita Martyropolitanus, & Elias locumtenens Hierosolymorum dixerunt. Et qua ratione Synodus nuncupabitur, quæ innumeris plane dissidijs* Ecclesiam *repleuit? Quis Synodum appellabit, quæ Saracenorum Apocrisiarios sui iudices, ac legum latores constituit? Quibus connumerabitur Synodis, quæ reliquis alijs Synodis contraria decernere non verita est? quæ insontes & absque vllo examine condemnauit? Quæ Ecclesiastica iura omnia, & Ciuiles leges deturbauit, & euertit? Hanc enim ob causam Orientis sanctissimæ sedes illius actiones abdicarunt, & irritas declararunt, & anathemati subiecerunt.* Itemq; Βασίλειος ὁ θεοσεβέστατος μητροπολίτης Μαρτυρουπόλεως, ὁ τοποτη-

τηρητὴς Ἀντιοχείας εἶπεν. Ὁ ἁγιώτατος Πάπας Μιχαὴλ Ἀλεξανδρείας ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ ἀρχιερεῦσι Θεοῦ πάλαι ἅπαντα τὰ κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Φωτίου πεπραγμένα καὶ ἀπεκήρυξε, καὶ ἀνεθεμάτισε καὶ τοὺς ἀποδεχομένους αὐτὰ τῷ ὁμοίῳ ἀναθέματι καθυπέβαλε, ὁμοίως καὶ ὁ ἐμὸς Πατριάρχης ὁ ἁγιώτατος Θεοδόσιος καὶ αὐτὰ, καὶ τοὺς ἀποδεχομένους αὐτὰ, καὶ τοὺς ὀνομάζοντας αὐτὴν Σύνοδον τῷ αὐτῷ κρίματι κατέκρινέ τε, καὶ κατεδίκασεν. *Basilius pijssimus Metropolita Martyropolitanus, & Locumtenens Antiocheni dixit; sanctissimus Papa Michaël Alexandrinus una cum illis qui cum eo erant Dei Praesulibus iam olim omnia, quae contra sanctissimum Patriarcham Photium acta sunt, & abdicauit, & anathematizauit, & eos, qui illa excipiunt, eodem anathemate subiecit. Similiter & meus Patriarcha sanctissimus Theodosius & ipsa, & ipsis assentientes, & vocantes eam Synodum eodem iudicio iudicauit, & condemnauit.* Similia repetunt Cosmas Presbyter, & Alexandrini Apocrisiarius, Elias locumtenens Hierosolymitani, & deniq; tota Synodus clamauit. Ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ἰωάννου τῶν ἄλλων ἁπάντων μᾶλλον εὐφράνθημεν. ἡμεῖς γὰρ ὡς πολλάκις ἔφημεν, καὶ περὶ τοῦ ἐπιψηφίσασθαι τὸν ἁγιώτατον Πάπαν Ἰωάννην εἰς τὴν τῶν ἀθέσμων ἐκείνων ἀναίρεσιν, πάντα τὰ κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν πατριάρχου γραφέντα καὶ λαληθέντα καὶ ἀνεθεματίσαμεν καὶ ἀποβαλλόμεθα, ἑνω-

ἑνωθέντες αὐτῷ. καὶ κοινωνήσαντες, καὶ συλλειτουργοὶ γενόμενοι. *In hoc capite sanctissimi Papæ Ioannis per quammaxime gauisi sumus. Nos enim, vt sæpissime diximus, antequam sanctissimus Papa Ioannes illarum impiarum euersionem decreuisset, omnia aduersus sanctissimum nostrum Patriarcham scripta siue dicta anathemati tradidimus, & reiecimus vniti cum ipso, & communicantes, & comministri effecti.* Nondum de abroganda Synodo decretum Pontificis innotuerat, & ipsi propria auctoritate Synodum & abdicarunt, & anathemati subiecerunt. Quis similia in Ecclesia, si tamen in Ecclesiæ vnione viuit, ausus est? Synodum summi Pontificis auctoritate coactam, quatuor Patriarcharum consensu confirmatam, tot subscriptionibus Episcoporum munitam, absque auctoritate Pontificis Romani, nullo Patriarcharum, vel eorum locumtenentium congressu, nulla Episcoporum congregatione coacta adeo temere condemnatam, & reiectam fuisse? Quis hic Schismaticorum astum? Quis excommunicatorum perfidiam, & conatus temerarios non videt? Quis hos eosdem Photij fautores, post sententiam a Nicolao, & Adriano Romæ, & Byzantij a Synodo generali latam ab excommunicatione absoluat, cum in perfidia persiterint, & Ecclesiæ gremio restituat?

Esto

Esto restituti sint a Ioanne, sed ipsi ante Ioannis prætensam restitutionem, & Synodos abdicauerant, & irritas declarauerant. Et Synodus, quæ similia adeo fidenter agit, legitima fuerit? Nouum item est, & nunquam alias, nec ante, nec post tempora Photij auditum, Ecclesiam Romanam semel ab ipso in Ecclesia Synodali calculo approbatum reprobasse. Sed hæc quoque vti & alia a Schismaticis, & Photianis immutata fuisse indicio est; quod similia de condemnatione dictorum, & factorum contra Photium in monumentis antiquis Græcorum non habeantur. Constantinus Leonis frater, qui magistro suo multum debuit Photio, Anno Domini 920. Indictione 4. post restitutum Photium anno 43. & Acta huius Synodi accurate scire poterat, in Tomo Vnionis Synodicas acclamationes referens, inter alia hæc quoque complectitur. Γερμανοῦ, Ταρασίου, Νικηφόρου, καὶ Μεθοδίου, τῶν ἀοιδίμων, καὶ μακαρίων Πατριαρχῶν αἰωνία ἡ μνήμη. Ἰγνατίου, Φωτίου, Στεφάνου, καὶ Ἀντωνίου. &c. *Germani, Tarasij, Nicephori, & Methodij celebrium beatorumq; Patriarcharum æterna sit memoria. Ignatij, Photij, Stephani, & Antonij,* &c. Tum subdit; Ἅπαντα τὰ κατὰ τῶν ἁγίων Πατριαρχῶν Γερμανοῦ, Ταρασίου, Νικηφόρου, Μεθοδίου γραφέντα, ἢ λαληθέντα ἀνάθεμα. *Vniuersa*

quæ

quæ contra ſanctos Patriarchas Germanum, Taraſium, Nicephorum, & Methodium ſcripta, vel dicta ſunt, anathema. Sic edita ſunt in Iure Græco-Romano apud Leunclauium. Sic leguntur fere in omnibus manuſcriptis Codicibus. Quæ de ſcriptis, dictiſque aduerſus Photium in Synodo referuntur, nullo modo, ſi ea fuiſſent, homo addictiſſimus Photio præterijſſet. Ea igitur, vel Synodo a recentioribus Schiſmaticis aſſuta ſunt, vel Synodus illa prorſus coacta non fuerat, ex qua ſua haurire potuerat Conſtantinus. Quis enim adeo inquam ſententiã tuliſſet? In Romanis, & Conſtantinopolitana Synodis examinatur cauſa Ignatij, & Photij, & re perſpecta tanquam inuaſor condemnatur Photius; Ignatius paſtor legitimus ſedem recuperat: ipſorum etiam Schiſmaticorum calculo Photius maximorum, & plurimorum, eorumque atrociſſimorum criminum reus eſt: Ignatius inſons, ac innocens, & per vim, ac iniuriam a ſede deturbatus, & varie grauiſſimeque afflictus, ac pene confectus. Hinc Photius in Eccleſiaſticis Græcorum officijs nullus vſquam apparet, Ignatius inter Sanctos relatus habet ſuapro dignitate Sanctorum præconia, ſolemneſq; laudationes. Non ergo potuit hæc Synodus iuſte acta contra Photium condemna-

re, iniuste patrata in Ignatium amplecti. ni dicant, illi Synodo vnum fuisse omnia, & vim, & æquitatem simul cum iniustitia, & scelere collocasse, quod stultum est asserere. Sed hæc alibi fusius.

At id præceperat Ioannes. Si verba Ioannis considerentur in Epistolis, longe hoc falsissimum esse deprehendetur. Nunquam Ioannes insontem, & a culpa immunem declarauit, imo vti nefarijs flagitijs contaminatissimum, iussit in plena Synodo, crimina confitendo misericordiam exorare, tum ob delicta pœnitentia peracta in sedem collocari. Hi vero Synodi cognitores, & iudices terminos facultatis sibi concessæ prætergredientes, nullum ab ipso libellum confessionis exigunt, nullam pœnitentiam imponunt, & nullo præuio examine, tumultuose iuste acta in Synodis condemnant, iniuste peracta in Ignatium deosculantur. An non est hoc insanire acerbissime? Vbi leges? Vbi iudicia? & monstra, & prodigia aliunde quæris? Zacharias Metropolita Chalcedonensis ibidem; Οὐκ ἐν αὐτῷ δὲ μόνῳ, οὐδὲ ἐν τῷ ὑπὸ χεῖρα λαῷ τὴν δυσσέβειαν περιέγραψεν, ἀλλὰ μικροῦ πᾶσαν ἐπῆλθε τοῖς λόγοις τὴν γῆν τῆς πλάνης τοὺς ἀνθρώπους ἐπιστρεφόμενος. Καὶ μάρτυς ἡ Ἀρμενίων χώρα, ἥ τε Μεσοποταμία, καὶ ἔθνη ὁλόκληρα βαρβαρικὸν, καὶ ὠμὸν τὸν πρὶν διαζῶντα

βίον ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις τῆς παλαιᾶς ἀπαλλαγέντες πλάνης, καὶ πρὸς τὸ φῶς χειραγωγηθέντα δι' αὐτοῦ τοῦ τῆς εὐσεβείας κηρύγματος. *Nec in isto tantummodo, neq; in populo sibi subiecto pietatem circumscripsit, sed uniuersum fere terrarum orbem suis sermonibus peragrauit, homines ab errore conuertens. Testis hic aderit Armenorum regio, & Mesopotamia, & nationes integræ, quæ prius barbaram, atque efferatam vitam ducentes, monitis illius ab erroribus liberatæ, ad lumen pietatis prædicatione abductæ sunt.* Somnia. Et ne inferior reputaretur Ignatio, in fine Synodi additur. Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης εἶπον. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὅτι ἡ ἀγαθὴ φήμη τοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου τοῦ Πατριάρχου, οὐ μόνον εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς χώραν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἅπαντα τὸν κόσμον ἐξελήλυθεν, οὐ τοσοῦτον λόγοις τὸ βέβαιον ἔχουσα, ὅσον ἔργοις τὰ πέρατα περιλαβοῦσα. Καὶ οὐ μόνον ἐν Γαλλίᾳ, καὶ Ἰταλίᾳ διήχθη, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσῃ τῇ ὑφ' ἥλιον γῇ. Καὶ τοῦτο μαρτυροῦσιν οὐχὶ μόνον οἱ τὴν ἑλλάδα μετιόντες γλῶσσας, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ βαρβαρικὸν, καὶ ὠμότατον γένος. ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὅμοιος ἐν σοφίᾳ, καὶ γνώσει, οὔτε ἐλεημοσύνῃ, καὶ συμπαθείᾳ, οὔτε ἐν χρηστότητι, καὶ ταπεινοφροσύνῃ. καὶ ὅτι πάντοτε τὰ ἔργα πλείονα τῶν λόγων αὐτοῦ εἰσιν. Ὁ κύριος ἡμῶν ὁ ἀποστολικὸς ταῖς τοῦ Βασιλέως παρακλήσεσι, καὶ ὑμετέραις δεήσεσιν ἐπικαμφθεὶς ἀπέστειλεν ἡμᾶς τοὺς ἐλαχίστους, ἵνα μεθ' ὑμῶν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ εἰς ἓν συναγάγω-

μένου, ὃ διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου γέγονεν, καὶ ἓν σῶμα, καὶ μία ποίμνη ἐφ' ἑνὶ ποιμένι ἐγενήθητε. *Sanctissimi Locumtenentes senioris Romæ dixerunt. Benedictus Deus, quod bona fama sanctissimi Photij Patriarchæ, non tantum in nostram regionem, sed in vniuersum mundum exiuit, non rumore solum firmitatem habens, sed operibus præstitis fines illius complexa; nec solummodo in Italiam & Galliam peruenit, sed in omnem terram, quæ sub sole est, & hoc testantur non tantum, qui linguam callent Græcam, sed barbaræ ipsæ, & efferatissimæ gentes, quod non est similis illi, neq; in sapientia, neq; in doctrina, neq; in erogandis eleemosynis, neq; in commiseratione, neq; in integritate, & sui ipsius despicientia; & quod semper opera sermones illius excedũt, & numerosiora sunt. Dominus noster Apostolicus Imperatoris precibus, & vestris supplicationibus flexus, misit nos minimos, vt vna vobiscum Dei Ecclesiam in vnum congregemus, quod mediante Spiritu sancto peractum est. & vnum corpus, & vnus grex sub vno pastore coaluistis.* Vin maiora? Προκόπιος ὁ θεοφιλέστατος Ἀρχιεπίσκοπος Καισαρείας εἶπε. Τοιοῦτον ἔπρεπεν ἐπ' ἀληθείας τὸν τοῦ σύμπαντος κόσμου τὴν ἐπιστασίαν λαχόντα εἰς τύπον τοῦ ἀρχιποιμένος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. ὃ καὶ προλαβὼν ὁ μακάριος ὑπεζωγράφησε Παῦλος εἰπών. ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς. Τολ-

μή-

μήσει γάρ μοι ὁ λόγος καὶ μέχρι τούτου πρεσβεῦσαι, ἐπειδὴ εἶδεν ἡ γραφὴ Θεοὺς καλεῖν τοὺς κατὰ χάριν βιοῦντας. Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης εἶπον. Ἀληθές ἐστιν, ὅπερ εἴρηκας, καὶ ἡμεῖς οἱ εἰς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς κατοικοῦντες ταῦτα ἀκούομεν. Προκόπιος ὁ Καισαρείας εἶπεν. Τοῦτο εἰδότες οἱ ὑψηλοὶ καὶ μεγάλοι Βασιλεῖς ἡμῶν διάπυρον πίστιν, καὶ πόθον ἔχουσιν εἰς τὸν ἀρχιερέα ἡμῶν. οὐ μόνον δὲ αὐτοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶς ἀρχιερεὺς, καὶ ἱερεὺς μοναχοί τε, καὶ οἱ ἐν λαϊκῇ καταστάσει ὁ παῖδοι αὐτοῦ ἐσμὲν, καὶ μαθηταὶ, καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἐλάβομεν, ὥσπερ οἱ πανεύφημοι ἀπόστολοι ἐκ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Procopius Dei amantissimus Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopus dixit; Talem addecebat vere esse eum, cui totius mundi gubernatio commissa est, Præsulum principem Christum Deum nostrum repræsentantem, quod & præsapiens beatus Paulus præfigurauit dicens, Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit Cœlos. Nanque oratio mea eo vsque progredi audebit, cum soleat Scriptura Deos appellare eos, qui in gratia vitam agunt. Sanctissimi locumtenentes senioris Romæ dixerunt. Verum est, quod dixisti, & nos extrema terræ incolentes similia audimus. Procopius Cæsareæ dixit. Hoc scientes sublimes magnique nostri Imperatores, ardentem fidem, & desiderium in nostrum Pontificem possidentes, nec solum ipsi, sed & quilibet Præsul, & Sacerdos, necnon &*

Monachi, & qui in seculari statu viuunt, asseclæ illius sumus, & discipuli, & ex complemento illius accepimus, quemadmodum celeberrimi Apostoli ex Domino nostro Iesu Christo. Sileant nunc post vnum Photium linguæ disertissimæ doctissimæque tot Patrum, tot Sanctorum pro propaganda Fide eaque stabilienda certamina pro derelictis habeantur. Gesta omnia, & basilica in genus humanum a pijs viris facinora, antequam Photius in Patriarchatum insereretur, & eo extincto, edita, silentio inuoluantur. Photiana tantum volent per ora virum, & vt cum Procopio insaniam, vnus Photius terrarum orbis vniuersi gubernationem obtineat. Vnus Photius in Ecclesia Dei pro Deo, & Christo habeatur, quem præfigurauerat Paulus. Vnus Photius vniuersos fideles, illos etiam, qui in dignitatibus Ecclesiasticis supereminent, complemento suo, & gratia æque atq; Christus suos discipulos ditet. Eijciatur Deus de Solio, & Christus, & in eo reponatur Photius. Vides nugas? Vides blasphemias? Et Synodum, quæ similia audet, & assensu comprobat, Synodum dices, & non potius fanaticorum hominum, & omnia audentium congregationem, vel potius figmentum? Quidquid tamen hi delirant, pius Græcorum animus aspernatus

est,

est, & vti abhominabilem pestem, & perniciosum venenum reiecit. Hinc Deo vires addente Photius cum suis tacitus negligitur, Ignatius relatus in Sanctos annuis præconijs celebratur, & eum tum Latina Ecclesia, tum Græca inuocat sibi propitium, & decretum de abolendis actis contra Photium Photiani sibi seruant, & in latebris fouent.

CAPVT VIII.

Ex approbatione, & annumeratione Synodi Nicænæ Secundæ contra Iconoclastas procurata a Photio, hoc idem confirmatur.

IN quinta Actione Photius in eo totus est, vt Synodus Septima, Nicæna nempe Secunda aduersus Iconomachos recepta inter alias sex Oecumenicas Synodos collocetur, ijsdemque atque illæ priuilegijs gaudeat, nec minoris dignitatis, ac firmitatis sit. Φώτιος ὁ Πατριάρχης εἶπεν. Τὴν ἁγίαν, καὶ οἰκουμενικὴν Σύνοδον, ἥτις ἐν τῇ κατὰ Βιθυνίαν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον συνέστη ἐπὶ τοῦ Ἀδριανοῦ τοῦ μακαριωτάτου Πάπα Ῥώμης, καὶ Ταρασίου τοῦ ἐν ἁγίοις Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἡ μὲν καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησία ἀεὶ μὲν ἑβδόμην ὀνομάζει τε, καὶ ἀνακηρύττει, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις, καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ Συνόδοις τοῖς ἴσοις αὐτὴν πρεσβείοις γεραίρει. ἡ δέγε τῶν Ῥωμαίων Ἐκ-

κλησίᾳ, ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τῆς ἀνατολῆς θρόνοι τὰ δόγματα αὐτῆς παραπλησίως ἀποδέχονται, καὶ περιέπουσι. Περὶ δὲ τοῦ συναριθμεῖν αὐτὴν ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις, καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ Συνόδοις, καὶ ἑβδόμην αὐτὴν ἀνακηρύττειν, ἴσως παρά τισιν ἔστιν ἀμφιβολία. Φήμη μὲν γὰρ τοιαύτη περιαγγέλλεται. Τὸ δὲ ἀληθὲς οὔπω καὶ νῦν ἐπιστάμεθα. *Photius Patriarcha dixit. Sanctam, & Oecumenicam Synodum, quæ Nicææ in Bithynia secunda congregata est, sub Adriano beatissimo Romano Pontifice, & sancto Tarasio Patriarcha Constantinopolitano, nostra Ecclesia Septimam eam semper appellat, & prædicat, & inter alias sanctas, & Oecumenicas sex Synodos numerat, & paribus priuilegijs exornat. Et Romana, Ecclesia, similiter & Orientales sedes dogmata, illius accipiunt, & fouent. Sed a nonnullis forte dubitatur, an inter alias sex sanctas, & Oecumenicas Synodos numeranda veniat; talis enim rumor ad nos præfertur. Veruntamen, an verus sit, ad hoc tempus ignoramus.* Et alibi; Κραταιωθήτω, καὶ κυρωθήτω, μὴ μόνον αὕτη ὡς παρὰ πᾶσι τὰ δόγματα, καὶ θεσπίσματα, ἀλλὰ, καὶ τὸ συναριθμεῖσθαι αὐτὴν ταῖς ἁγίαις, καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ Συνόδοις ἑβδόμην μετ᾽ ἐκείνας γενομένην, καὶ λεγομένην, καὶ τὰ ἴσα ταύταις ἀποφέρεσθαι πρεσβεῖα. *Firmetur, ac stabiliatur non, solum hæc, quemadmodum illius dogmata, & decreta, sed inter alias sex sanctas, & Oecume-*

nicas Synodos collocetur, & Septimæ locum post illas teneat, & Septima nuncupetur, & æqualia cum illis priuilegia possideat. Et respondet Synodus; Καὶ ὁ μὴ οὕτω φρονῶν, καὶ ὀνομάζων τὴν ἁγίαν, καὶ οἰκουμενικὴν ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον ἁγίαν Σύνοδον, ἔστω ἀνάθεμα. *Et qui non ita tenet, & nuncupat sanctam, & Oecumenicam Synodum Nicænam secundam sanctam Synodum, anathema sit.* Et alibi; Ὅστις τὴν ἁγίαν, καὶ οἰκουμενικὴν Σύνοδον τὴν ἐν Νικαίᾳ συστᾶσαν τὸ δεύτερον οὐκ ἀποδέχεται, οὗτος οὐδὲ τὰς ἄλλας ἓξ Συνόδους ἀποδέχεται. ὥσπερ γὰρ ἐν ἐκείναις οἱ ἀρχιερατικοὶ πάντες συνέδραμον θρόνοι, οἱ μὲν δι᾽ ἑαυτῶν, οἱ δὲ διὰ τοποτηρητῶν, τὸ πιστὸν, καὶ βέβαιον τῶν δογμάτων παρεστήσαντο, οὕτως καὶ αὐτή. καὶ ἐκ τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ῥώμης τοποτηρητὰς ἔσχεν, ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ τῶν τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἀνατολῆς θρόνων. καὶ τὰ δόγματα αὐτῆς συγγενῆ, καὶ οἰκεῖα, καὶ ὁμόδοξα τῶν οἰκουμενικῶν ἓξ Συνόδων ὑπῆρχεν. ὁ οὖν ταύτην μὴ δεχόμενος μηδὲ ὀνομάζων οἰκουμενικὴν, καὶ ἑβδόμην Σύνοδον, τὰς ἄλλας, κἂν οὐ τολμᾷ λέγειν, παραγράφεται. Διὸ εἴ τις ταύτην οὐκ ἀποδέχεται ὡς ἐκείνας τὰς ἁγίας, καὶ οἰκουμενικὰς ἓξ Συνόδους, ἀνάθεμα. *Quisquis sanctam, & uniuersalem Synodum Nicææ secundo celebratam non amplectitur, hic nec reliquas sex Synodos amplectitur. Nanque sicuti in illis omnes Archieratici throni conuenerunt, hi quidem per seipsos, alij vero per suos Oratores stabilitatem, & soliditatem do-*

dogmatum propoſuerunt, pari ratione & ipſa ſanctiſſimi Papæ Romani locumtenentes habuit: ſic quoque ex noſtris Orientalibus ſedibus. Et dogmata ipſius conformia, & propria, eiuſdemque tenoris cum placitis ſex Oecumenicarum Synodorum fuere. Qui itaque hanc non recipit, neque nuncupat vniuerſalem, vel Septimam Synodum, alias, licet id non audeat dicere, non amplectitur. Quapropter, qui hanc non recipit ſicuti alias ſanctas, & vniuerſales ſex Synodos, anathema. Et alibi; Διὸ εἴτις ταύτην οὐκ ἀποδέχεται ὡς ἐκείνας τὰς ἁγίας, καὶ οἰκουμενικὰς ἓξ Συνόδους, ἀνάθεμα. ἡ ἁγία Σύνοδος εἶπεν, ἀνάθεμα. *Quapropter quiſquis illas non accipit vt alias ſex Sanctas, & Oecumenicas Synodos, anathema ſit. ſancta Synodus dixit. Anathema ſit.* Conatus Photij laudabiles ſunt, decreta Synodi ſancta. Anathema ſit illi, qui prædictam Nicænam Synodum ſecundam, æque atque ſex alias Oecumenicas Synodos non veneratur, & colit, & quod magis eſt, ſancita illius non obſeruat. Romana Eccleſia ſemper eam, ſanctam, & legitimam agnouit, voce, & ſententia ſua comprobauit, & Septimã nominauit, & nunc quoq; colit, & comprobat, & ab aſperſis ignominijs vendicat. Sed in hoc quoq; vafrum Photij ingeniũ, & Photianas, vt ſemel dicam, artes conſpice. Non videbatur ſibi percommode cade-

dere, hanc frequentissimam Synodum pro sola sui restitutione conuocatam fuisse: nam vel solo nutu Pontificio, si Photius sibi iam imposita non complesset, infirmari poterat: ideoque addendum erat aliquid diuinius, septimæ nempe generalis Synodi cultus, & veneratio debita, locusque inter alias generales Synodos assignandus. Et ne id absque ratione fieri videretur, sedem Romanam, & reliquos Orientales thronos, vti similis erroris reos infamat. Quia vero putidum hoc mendacium de facili improbari, & reijci poterat, quasi de eo incertus sit, perplexe pronunciat; *Similiter dogmata illius recipiunt, & fouent, sed illam alijs sanctis, & Oecumenicis Synodis sex non annumerant, & eam Septimam appellare forte apud nonnullos in dubio est, vt nobis nunciatur, cum ad hæc vsque tempora veritatem ipsam non sumus assecuti*. Et ineptius Nicolaus Hydruntinus, ideo, ait, Romanos non acceptasse hanc Synodum Septimam, quod ante Photium post Sextam, Septimamque Synodum inter Orientales, ac Pontificios amicitia extincta erat, studiaque in partes diducta, quod plane refutauimus illius verbis ascriptis in Hottingero falsò fallenteque. Sed quidquid sit de Romanis, & Orientalibus, illud modo examinandum est, an Synodi

adeo

adeo dilectæ Photio, & ad quam promouendam operam suam locauerat, decreta, & statuta Photius seruauerit.

In Synodo Nicæna secunda ad illum diem antiquam Ecclesiæ consuetudinem retinentes Legati Pontificij præsident; in hac ab ea recedens, & ordinem rerum præuertens primum locum Photius occupat; secundum Pontificijs concedit; & in omnibus Actionibus προεδρίζει Photius: in ea semper Romani nomen præponitur; in hac Photij: in illa, vt mos erat, primi Legati Pontificij subscribunt, subsequitur Tarasius Patriarcha, in hac nulla subscriptio Photij est. Pudebat scilicet illum in similibus nænijs, & patentibus flagitijs sui nominis subscriptionem videri, homo pudentissimus, quod non veritus est Imperator, & illius filij. Septimæ Synodi Patres in literis Pontificijs contenta, absque vllo examine exosculantur; Photianæ illis impudentissime reluctantur, & apertissime aduersantur, clamantque, indebite illa sibi a Pontifice imponi: nunc ea se recipere, si suo vsui futura sunt, dictitant: nunc sibi proposita a Pontifice despicientes silentio prætereunt. Non animaduertit Photius supremam Romanorum Pontificum auctoritatem, in Nicæna Synodo cognitam, qua etiam in illa

de-

declaratur, eos Orthodoxos non esse, qui ab ea dissentiunt. Et ne multa hic conferam, in Nicæna rei criminis in conspectu Synodi admissum crimen etiam libello exhibito fatentur, quod vocant *Legem Ecclesiasticam canonice traditam desursum ab initio, tam a sanctis Apostolis, quam a successoribus eorum sanctis Patribus nostris, atque magistris, sed & sanctis, & vniuersalib us sex Synodis, seu localibus Concilijs, quæ orthodoxe collecta sunt, & ab hæresi quacunque ad Orthodoxam confessionem, & traditionem Catholicæ Ecclesiæ conuersi in scriptis suam abnegant hæresim; & Fidem confiteantur Orthodoxam.* Veniam de crimine petunt a Patribus, a quibus etiam sibi indulgentiam a Deo peti exorant: tum denique profitentur, se velle in posterum sequi Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ dogmata. Et ne Photius contendat sermonem esse tantum de hæresi, non de alijs criminibus, discat ex ijsdem ipsis Canonibus Patrum, exemploque Procli admittentis in communionem Æmilianum Hegumenum, quem Ecclesiæ leges Palestinæ Præpositum non nouerant, æque atque Photium Byzantij. An non legit Tarasij verba Act. 3. *Tempore persecutionis quidam Episcoporum intolerabiles persecutiones pijs viris intulerunt. Nouit tota sancta Synodus hæc, quia Canon sancto-*

rum

rum Apostolorum, Episcopum, Presbyterum, vel Diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiuscemodi timeri volentes deponi præcipit. Tum interrogat Synodum. *Si intulit Episcopus quascunque plagas, & tormenta viris timentibus Dominum, qui tunc persecutionem patiebantur, estne dignus Episcopatu?* Sancta Synodus respondit. *Non est dignus.* Et in 4. Synodus exclamauit. *Dioscorum foras mitte, eo quod manus iniecit super viros insontes.* Et Gregorius Neocæsariensis, quia nullum persecutus fuerat, neque manus iniecerat, post præuaricationem, cum pœnituisset eum, receptus est. Documenta hæc de recipiendis delinquentibus clarissima sunt, quæ probauit ipse Photius, & Synodus Photiana eodem Photio postulante confirmauit. In reconciliatione tamen Photij neglecta sunt. Dum Photius ipse a Synodis Romanis sub Nicolao, & Constantinopolitana Generali sub Adriano depositus, eiectus, & vti inuasor, neophytus, schismaticus, architectus mendaciorum, mœchus, parricida, nouus Dioscorus, & nouus Iudas ob innumera scelera condemnatus, & excommunicatus, nulla suorum criminum confessione, nullo libello, nullo alio opere, quod minimam pœnitentiam indicaret, peracto,

vel

vel abſolutionis a crimine petitione oblata, intra Synodum immani faſtu, & iactantia ab ſeſe abſolutus, & reconciliatus, ante etiam Legatos Pontificios ab ipſa prima Actione præſidet, pro imperio omnia facit, alijs præcipit, & vno verbo, baſilicas edictiones, atque imperioſas habet. Non dum Ignatij familiarium vincula, flagra, plagæque, & omnis generis tormenta obliuioni tradita ſunt. adhuc caprarium ſtabulum Ignatij tolerantiam clamat. Prometus, Numera, Terebinthus, atque Hiera inſulæ, & Metylene Ignatij duris exilijs celebrantur: molares excuſſi duo, vectibuſque geminis pedes alligati, & anguſtum ergaſtulum cum ſumma rerum omnium inopia Photij tyrannidem, atque immanitatem prædicant: Blaſij Chartophylacis lingua detruncata ſonore iniuſtitiam vociferat: Pallium, Penula, Saccus, & reliqua Pontificalia indumenta a ſancto viro per vim diſtracta, & lacera in terram impudenter proiecta vicem ſuam non leniter dolent: Minima hæc ſunt Photio, atrociora addenda. Condemnatus iniuſte Ignatius, colaphis cæditur, miſere diuexatur, & cum frigus recrudeſceret, vnica tunicula indutus diſcruciatur, & binis hebdomadis carcere concluſus, extrema prope fame con-

conficitur: sepulchrum Copronymi tanti viri in eo mora, & tormentis in Sanctuarium versum est: ne lumina effoderentur, & manus præciderentur, intempesta nocte sub vili, ac seculari veste, geminas sportas ab humeris vna a pertica suspensas baiuli ritu gestans, deceptis custodibus, vno comitatus discipulo suo Cypriano ab hostium improbitate se subtrahit, & peregrinus & errans per Propontidis insulas, & solitudines egeni instar victum emendicat: &, vt finiam, silebo sannas, iurgia, contumelias, dicteria ad atterẽdum tantum virum ingeniose excogitata. Vis diriora? Indecoris Ignatio figuris charta vitiata cum tanti Sacerdotij deformatione, & programmata insigni turpitudine decolorata non dum extincta sunt: in Nicolaum Pontificem Romanum, in eiusque vitam falsæ criminationes coniectæ, & ex improbissimo Photij suique similium ore excommunicatio in tantam maiestatem acrius, & grauius ad vlciscendas iniurias, vltioni promptum Deum iustissimum iudicem prouocant. Et sic Photius omni nefario scelere commaculatus Nicænæ Secundæ Synodi δόγματα, καὶ θεσπίσματα seruasse dicendus est, qui nec minimum in Concilio pœnitentiæ vestigium, nec volam ostendit? Aut igitur in hac Actione Nicæ-

na Secunda approbata non eſt, aut ſi approbata; quæ in iſta Photiana habentur, commentitia ſunt, & præſumptuoſe conficta. Qui enim fieri poteſt, vt quæ ſemel approbauit, eodem ipſo momento contraria peragens Synodus reprobet? Ego equidem nolo indigna, quæ facit Photius, digna habere.

Si dicas Photium pœnitentiam egiſſe, quod referunt Ioannes Veccus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Oratione de vnione Eccleſiarum, & Conſtantinus Meliteniota. Eſto, Photius pœnitentiam egerit. Et tum de falſitate Acta iſta Photiana apertiſſime arguuntur: dum in illis de huiuſcemodi pœnitentia mentio non habeatur: quam veroſimile fuerit ob ſeruandam dignitatem Photio ſuo a Schiſmaticis eſſe ſubtractam. Neque enim illis videbatur decorum, crimen appingere Photio, quod ſane ille non effugiſſet, ſi ſua confeſſione, illud faſſus fuiſſet, & pœnitentia acta confirmaſſet. Vel ſi parte illa Synodus detruncata non eſt, hæc plane, quæ nunc habetur Photiana, Photiana illa non eſt, in qua & pœnitentiam egit Photius, Eccleſiæ Romanæ reconciliatus, quæ vbi in lucem prodierit, ſi tamen vnquam prodibit, quæ nunquam fuit, tum plane rem ali-

ter atque hic digeritur, transactam esse conspiciemus.

CAPVT IX.

Dictis Schismaticorum inter se longissime diuersis Sextæ, & Septimæ Actionum commentum reijcitur.

ET hæc de quinque Synodi illius Actionibus, quid vero de Sexta, & Septima? Ego equidem dicerem cum Comico, illam *compositis mendacijs aduenisse, audaciæ columen consultis dolis*. Et licet Schismaticorum nonnulli, & illi inter paucos, nullius fere dignationis, & qui viribus ad res pessimas vtuntur, eas cum reliquis quinque prioribus numerandas esse censuerint, illisque vim eandem concesserint, attamen reliqui etiam ex schismate fere præcipui, vti confictas a nebulonibus, vt nullius roboris reiecerunt, & decreta illarum veluti nugatoria cum alijs eiusdem Synodi, & cum aliarum Synodorum decretis locum habere noluerunt. Eas amplexati sunt Nilus Thessalonicensis, in Responsione ad Argumentum quadragesimum nonum Latinorum. Ἡ γὰρ μετὰ τὴν ἑβδόμην οἰκουμενικὴ Σύνοδος, ἧς τὸ πλήρωμα πατέρων ἀριθμὸς ὀγδοήκοντα, καὶ τριακο-

σίων, ὡς Λατῖνοι ἐν τοῖς κανόσι τοῖς ἑαυτῶν φασι τὴν μὲν τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνην τέλος τῶν ἀγώνων τῶν ἑαυτῆς ποιεῖται, τὴν δὲ προσθήκην, ὅτι ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ὡς αἰτίαν τῶν σκανδάλων ὑπερόριον ἐκ τοῦ θείου συμβόλου πόρρω που τίθησι, καὶ οἱ τὸν τόπον δὲ ἐν τῇ οἰκουμενικῇ ταύτῃ Συνόδῳ τοῦ Πάπα ἀναπληρώσαντες, Παῦλος φημὶ, καὶ Εὐγένιος οἱ Ἐπίσκοποι, καὶ Πέτρος Καρδινάλιος καὶ Πρεσβύτερος, ἡγεμόνες τῶν πραγμάτων τούτων κατέστησαν. Καὶ ὁ Πάπας δὲ Ἰωάννης ἐφ᾽ οὗ τὰ τοιαῦτα, ἐπιστολαῖς, καὶ διατάγμασι μετά τινος ἀπολογίας τὰ πεπραγμένα κυροῖ. ὧν ἁπάντων Λατῖνοι ἀργίαν κατέγνωσαν μὲν, οὐκ οἶδ᾽ ἀνθ᾽ ὅτου, μετέγνωσαν δὲ οὐδέποτε. Καὶ ὅτι ταῦτα ἀληθῆ, δῆλον ἐκεῖθεν.

Nanque Synodus post Septimam Oecumenicam, a trecentis octuaginta Patribus coacta, vt Latini in suis Canonibus tradunt, pacem Ecclesiarum, finem suorum certaminum facit, & additionem, ex Filio Spiritum esse, vti scandalorum causam e diuino Symbolo ablegat, longeque amandat. Et in Oecumenica hac Synodo Papae locum supplentes, Paulus inquam, & Eugenius Episcopi, & Petrus Cardinalis & Presbyter, rerum harum duces fuerunt. Imo Papa Ioannes, sub quo ista gerebantur, epistolis, ac decretis cum aliqua responsione facta approbat. Quae omnia Latini irrita dcelararunt, nescio qua de causa, nunquam tamen sententiam reuocarunt. Haec porro vera esse inde manifestum

stum est. Tum subdit ex Actione sexta, quæ in hanc materiam pronunciarunt Legati Pontificij, & Epistolam Ioannis Papæ, in qua se de simili additione excusat, nunquam se eam asserendo approbasse, multominus tum, postmodum anathemati subijcit similia in posterum audentes. Simeon Thessalonicensis Dialogo contra Hæreses; Ἔπειτα μὲν οὖν μετὰ τὴν ἑβδόμην οἰκουμενικὴ οὐ γέγονε Σύνοδος, εἰ μὴ ἡ ὀγδόη λεγομένη, ἧς καὶ Λατῖνοι μέμνηνται, καὶ τὰ πρακτικὰ ταύτης ἀπὸ μέρους τυγχάνουσιν ἐμφανῆ ἐν οἷς, καὶ περὶ τῆς καινοτομίας τῶν Λατίνων ἔστι μαθεῖν ἀκριβέστερον, καὶ ὅπως ἡ Σύνοδος αὕτη τοὺς ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ θεῖον πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι τολμῶντες λέγειν ἀναθέματι καθυπέβαλε, τηρεῖν τὰ τοῦ ἱεροῦ συμβόλου ἀμείωτα παντὶ τρόπῳ παρέδωκεν. *Post Septimam itaque Synodum nulla alia Oecumenica coacta est, præ ea quæ dicitur Octaua, cuius & apud Latinos mentio est, & Acta ex parte patescunt, in quibus & de Latinorum innouatione accuratius addiscitur, & qua ratione Synodus illa, Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere audentes asserere anathemati subiecit, sacriq; Symboli omnia inuiolate conseruari modis omnibus tradidit*. Iosephus Bryennius Oratione octaua de Sanctissima Triade. Ἀπὸ τῆς ῥηθείσης ἑβδόμης Συνόδου πέντε, καὶ ἑβδομήκοντα παρελθόντων ἐτῶν ἐπὶ τῆς Βασιλείας τοῦ Μακεδόνος Βασιλείου κατὰ τὴν

βασιλίδα ταύτην τῶν πόλεων ἑτέρα Σύνοδος συνεκροτήθη, καὶ τῆς συναθροίσεως ἡ αἰτία, δι' ἣν τὸ πᾶν τῇ τοῦ Πάπα βουλήσει, καὶ βασιλέως σπουδῇ κατεσκεύαστο αὕτη ἦν. Ἵνα Φώτιον τὸν ἁγιώτατον τῷ θρόνῳ τῆς βασιλίδος ἐγκαθιδρύσῃ, καὶ τοὺς μὴ ὑποστολῆς, ἢ μετά τινος ἐπικρύψεως τὸ πνεῦμα τολμῶντας, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγειν, ἐκκηρύκτους θήσει τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἀποβλήτους· ὃ καὶ καλῶς ποιοῦντα πεποίηκεν. Ταύτῃ γοῦν τῇ Συνόδῳ, καὶ ὁ ἁγιώτατος Πάπας Ἰωάννης, ὁ τηνικαῦτα τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος διὰ Πέτρου Πρεσβυτέρου καὶ Καρδιναλίου, Παύλου τε, καὶ Εὐγενίου Ἐπισκόπων, καὶ τοποτηρητῶν αὐτοῦ συνομολογεῖ, καὶ τὸν εἰς τὸ ἑξῆς προσθεῖναί τι, ἢ ἀφελέσθαι τολμήσοντα καθυποβάλλει τῷ ἀναθέματι, αὐτ' ἐκείνου ὑπογραψάντων ἰδίᾳ, καὶ Ῥωμαϊκοῖς τῶν αὐτοῦ τοποτηρητῶν, ἢ οὕτω μᾶλλον εἰπεῖν ὑπογράψαντος αὐτοῦ δι' ἐκείνων. ὧν δὴ καὶ εἰς μαρτύριον ἔτι ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ μένουσιν αἱ ὑπογραφαί. Εἰ δὲ καὶ τίσι δόγμασιν ἀρεσθέντες ὑπέγραψαν οὗτοι, καὶ δι' αὐτῶν ὁ ἁγιώτατος Πάπας, δίψατε μαθεῖν, τὴν ἐκείνην πρᾶξιν τῆς Συνόδου ταύτης μετὰ χεῖρας λαβόμενοι ἔσεσθε. καὶ τὰ ἑξῆς.

A dicta Septima Synodo cum quinque & septuaginta anni prætergressi fuissent sub imperio Basilij Macedonis in regina hac Vrbium alia Synodus coacta est, & congressus causa, per quem omnia ex voluntate Papæ, & Imperiali studio absoluta sunt, hæc fuit; vt Photium sanctissi-

 mum

mum sedi Byzantinæ restitueret, eosque, qui formidolose, aut subdole Spiritum ex Filio procedere dicere audebant, ab Ecclesia pelleret, & profligaret, quod & optime persoluit. Huic itaque Synodo, & sanctissimus Papa Ioannes, qui tum Romanæ Ecclesiæ præerat, per Petrum Presbyterum & Cardinalem, Paulum, & Eugenium Episcopos, & Locumtenentes suum assensum præbuit, eumque, qui in posterum aut addere, aut demere ausus esset, anathemati subiecit; pro illo subscribentibus proprie & Romano charactere locumtenentibus, vel potius illo eodem per eosdem subscribente, quorum ad hunc vsque diem in testimonium subscriptiones in magna Ecclesia conseruantur. Quod si quibus ipsi dogmatibus addicti subscripsere, & per eos sanctissimus Papa, auetis ediscere, sextam huiusce Synodi actionem si percurreritis, deprehendetis. &c. Nilus Damyla. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν καιρὸν Φωτίου ἐν Κωνσταντινουπόλει Συνόδου τῇ κελεύσει τοῦ εὐσεβοῦς Βασιλέως Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος πλειόνων ἢ τριακοσίων ἀρχιερέων, ἥ τις ἐπιγέγραπται ἡ ἁγία, καὶ οἰκουμενικὴ ὀγδόη, καὶ δευτέρα Σύνοδος. τῇ δὲ Συνόδῳ παρῆσαν καὶ οἱ τὴν γνώμην ἅμα, καὶ τὸ περὶ τὰ καίρια τῶν δογμάτων φρόνημα τῶν ἑτέρων Ἐκκλησιῶν ἀνατιθέμενοι, καὶ ἀπαγγέλλοντες. Ἡ δὲ αἰτία, δι᾽ ἣν συνήθροιστο αὕτη ἡ ἱερὰ Σύνοδος, ἦν τὸ τὸν Νικόλαον ἐκκήρυκτον θέσθαι τῆς Ἐκκλησίας διὰ τὸ τυραννικῶς

ἀφ-

ἄρξασθαι τοῦτον μετ' ἀποστολῆς λέγειν τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκην. ὡς δὲ ἔγνω φωραθεὶς, καὶ τὴν ἀποκήρυξιν δείσας, παλινῳδίαν ᾖσε, καὶ διαπρεσβευσάμενος πρὸς τὴν Σύνοδον, τήν τε καινοτομίαν ἠρνεῖτο τῆς πίστεως, καὶ μὴ ἄλλως φρονεῖν ὡμολόγει, καὶ ἰσχυρίζετο περὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως, ἣ ὡς παρὰ τῆς πρώτης, καὶ δευτέρας οἰκουμενικῆς Συνόδου ἱερὸν σύμβολον, καὶ παρὰ τῶν ἑξῆς ἁγίων Συνόδων τὸ κῦρος δεξάμενον δογματίζει, καὶ βούλεται. Οἷς ἀρεσθέντες οἱ τῆς Συνόδου τῆς κοινωνίας αὐτὸν οὐκ ἐξέωσαν. *Tempore etiam Photij, Constantinopoli, iussu pij Imperatoris Basilij Macedonis Synodus trecentorum & amplius Antistitum coacta est, quæ præscribitur, sancta, & Oecumenica Synodus Prima & Secunda. Synodo aderant, qui & opinionem, & circa potissima dogmata sententiam aliarum Ecclesiarum sibi assumpserant, erantque alijs nunciaturi. Causa propter quam ea Synodus celebrata est, fuit, vt Nicolaus ab Ecclesia eijceretur; quod ille eo tempore cœpisset remisse dicere additionem in Symbolo, qui vt se deprehensum cognouit, veritus ne eijceretur, palinodiam cantauit, & oratoribus missis ad Synodum, innouationem a se factam Fidei denegabat; nec aliter sentire se profitebatur, contendebatque de Spiritus sancti processione, quam vti Prima & Secunda Synodus vniuersalis sanctum Symbolum ab alijs vniuersalibus Synodis acceptum te-*

tenet, & profitetur. Hæc cum placuissent Synodo, a communione Ecclesiæ eiectus non est. Proh supreme Deus! Quæ hæc stultitia est? Quæ monstra? Insanire absque vlla dubitatione viderer, si similia sub lance veræ historiæ examinare conarer. Examinanda nihilominus sunt, vt libere debacchantium hominum impudentia, & effrænata, atque importuna dicendi libido reprimatur: tum etiam vt minus cautorum animi, quibus similes nugæ oracula sunt, inscitia discutiatur. Dicit Bryennius a Septima Synodo Oecumenica, ea nempe, quæ aduersus Iconoclastas coacta cultum Imaginum approbauit, ad Synodum hanc, sub Ioanne Pontifice celebratam, qua & Photius restitutus est, annos quinque & septuaginta intercessisse. Synodus contra Iconoclastas coacta est anno Christi 789. Synodus ista Photiana anno 877. inter vtramque anni numerantur 88. si ab annis 877. annos demis 789. Quo vero ipse computo annos deprehendit septuaginta quinque, explicet. Imperite admodum Bryennius Synodum, qua anno 863. Photius, exacto Ignatio, thronum inuadit, cum Synodo, qua mortuo eodem anno 877. in sedem restituitur, inter quas anni minimum quatuordecim intercedunt, confundit. Huic Synodo di-

cit

cit Bryennius Ioannem assensum per suos legatos præbuisse, & ademptionem, & additionem in Symbolo condemnasse, & hoc quoque mendacium est. Nam alia est sub Nicolao Synodus Romæ congregata, in qua condemnatur Photius; alia est, quæ sub Ioanne, in qua restituitur. Et si vera sunt, quæ ex Schismaticis sed pauci & contemptissimi garriunt, in hac postrema de ademptione, & additione in Symbolo actum est. Ait locumtenentium Romani Pontificis subscriptiones Byzantij ad sua tempora in magna Ecclesia conseruari. Et hoc item mendacium esse necesse est, cum a mendace, & de tot mendacijs reo homine eoque solo proferatur. Tot congressibus de hac processione, tot colloquijs, tot Synodis post Photium inter Latinos, & Græcos habitis, in quibus licet Græci alia, atq; alia pro tutanda sua sententia in medium afferrent, nec verbum quidem vnquam de his Legatorum subscriptionibus factum est, quæ si fuissent emersissent in lucem, & non per tot secula latuissent in tenebris. Vnus Bryennius post sexcentos triginta, & amplius annos, in quo reliqui Græci cæci fuerunt, vidit & obseruauit? Nugæ. Cum vero Lectori insinuet ad dictis suis fidem conciliandam, vt perlegat Actionem sextam

il-

illius Synodi, manifestum fit, cum de hac postrema, & Photiana sermonem habere, cuius nec tempora, nec auctorem, nec causam cogendæ nouit. Sed illam cum alijs confundit, & mendacijs de suo assutis implicat, vt quo tandem emergas, nescias. Adde etiam illud, me morem gessisse Bryennio, & varijs conquisitis illius Synodi Græcis Codicibus a Græcis exscriptis, & a Græcis transmissis, in quibus Synodus, de qua nunc inquiritur, continebatur, accurate, & diligenter omnia considerasse, nec vllum vnum repertum fuisse, in quibus subscriptiones similes Legatorum Romanorum haberentur in sexta, & septima Actionibus: quare Bryennio suas hasce in sexta Actione subscriptiones relinquamus. Et hæc de Bryennij dictis.

Auctor Libelli, *A Damaso Papa ad tempora Christophori vnam eandemque fidem fuisse Græcorum, & Latinorum*; qui incipit, Ἐπειδή μοι καὶ τοῦτο ἀπαιτεῖς ἐνώπιον πολλῶν, inter alia scribit: Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὸν καιρὸν Φωτίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, Σύνοδος τῇ κελεύσει τοῦ εὐσεβοῦς Βασιλέως Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος πλειόνων, ἢ διακοσίων ἀρχιερέων, ἥτις ὀνομάζεται ἡ ἁγία, καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη καὶ δευτέρα Σύνοδος. τῇ δὲ Συνόδῳ παρῆσαν, καὶ οἱ τὴν Ῥώμην ἅμα; καὶ τὸ περὶ τὰ καίρια τῶν δογμάτων

φερ-

φρόνημα τῶν ἑτέρων Ἐκκλησιῶν ἀνατιθέμενοι, καὶ ἀπαγγελοῦντες, ἡ δ' αἰτία δι' ἣν συνήθροιστο αὕτη ἡ ἱερὰ Σύνοδος, ἦν τὸ τὸν Νικόλαον ἐκκήρυκτον θεῖναι τῆς Ἐκκλησίας διὰ τὸ τολμῆσαι ἄρξασθαι τοῦτον μεθ' ὑποστολῆς λέγειν τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκην. ὡς δ' οὖν ἔγνω φωραθεὶς, καὶ τὴν ἀποκήρυξιν δείσας παλινῳδίαν ᾖσε, καὶ διαπρεσβευσάμενος πρὸς τὴν Σύνοδον, τὴν τε καινοτομίαν ἠρνεῖτο τῆς πίστεως, καὶ μὴ ἄλλως φρονεῖν ὡμολόγει, καὶ ἰσχυρίζετο περὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπόρευσιν, ἢ ὡς παρὰ τῆς πρώτης, καὶ δευτέρας οἰκουμενικῆς Συνόδου ἱερὸν σύμβολον, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων ἑξῆς Συνόδων τὸ κῦρος δεξάμενον δογματίζει. καὶ τὰ ἑξῆς. *Sed & temporibus Photij Constantinopolitani, iussu pij Imperatoris Basilij Macedonis trecentorum & amplius Antistitum cogitur Synodus, quæ sancta, & Oecumenica Prima & Secunda inscribitur. Aderant in ea, qui sententiam simul, & mentem circa præcipua dogmata aliarum Ecclesiarum erant enunciaturi. Causa, ob quam coacta hæc sacra Synodus fuit, erat, ut Nicolaum Papam ab Ecclesia eijcerent, quod tum incepisset pauide, & suspensa mente additionem in Symbolo dicere. Qui cum se deprehensum agnouisset, abdicationem metuens, mutata sententia, Oratoribusque ad Synodum missis, innouationem inficiabatur fidei, nec aliter se sentire affirmabat, & contendebat de Spiritus sancti processione, quam quod*

Pri-

Prima & Secunda Oecumenica Synodus, & reliquæ aliæ suo tempore coactæ Synodi sacrum Symbolum recitabant, & recitandum alijs proponerent. &c. Et infra: Καὶ γὰρ ὁμόπιστοι ἡμῖν ἦσαν, καὶ ὁμόδοξοι μέχρι καὶ τοῦ ἡμῶν Χριστοφόρου τοῦ Πάπα, ὃς ἐξεβλήθη πρῶτος τῶν ἱερῶν διπτύχων, διὰ τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ προσθήκην παρὰ Σεργίου τοῦ τηνικαῦτα τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον διέποντος. Καὶ γὰρ πρῶτος αὐτὸς ὁ ῥηθεὶς Χριστοφόρος τὴν προσθήκην ταύτην ἀνάγραπτον πέπομφεν ἐν τῇ αὐτοῦ ὁμολογίᾳ τοῖς τέσσαρσι τῆς ἀνατολῆς Πατριάρχαις καθ᾽ ὃν ἔφην καιρὸν, ὃς ἦν μετὰ τὴν ἑβδόμην Σύνοδον χρόνους διακοσίους ὑστερίζων αὐτῆς, ἥτις συνήθροιστο κατὰ τὸ ,ςσζς. ἔτος ἐπὶ τῆς Βασιλείας Κωνσταντίνου, καὶ Εἰρήνης μητρὸς αὐτοῦ. Ὁ δέ γε μετὰ τὸν Σέργιον Πατριάρχης τῆς Κωνσταντινουπόλεως Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάειος, ὃς ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβοῦς Βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου, οἰκουμενικὴν Σύνοδον συναθροίσας τῇ τοῦ Βασιλέως προστάξει τελείως τὸν Πάπαν τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐξέκοψεν, καὶ τῆς ἑαυτῶν κοινωνίας ἀπέρριψε, καθὼς ὁρᾶται μέχρι καὶ σήμερον. *Etenim eiusdem fidei, & sententiæ cum nobis erant vsq; ad tempora Christophori Papæ qui primus a sacris diptychis eiectus est ob additionem in sacro Symbolo a Sergio tum thronum Constantinopolitanum obtinente. Nanq; primus dictus Christophorus additionem hanc scripto mandatam in sua professione ad quatuor Orientis Patriarchas*

chas

chas misit tempore iam dicto. Qui viuebat post Septimam Synodum annos CC. celebratam anno VIMCCLXXXXVI. sub imperio Constantini, & Irenes eius matris. Qui porro successit Sergio Patriarchæ Constantinopolitano Michaël Cerularius sub imperio pij Imperatoris Constantini Monomachi Oecumenica Synodo celebrata Imperatoris iussu, prorsus Papam a Catholica Ecclesia abscidit, & sua communione eiecit, vti notum est ad hæc tempora. Examinentur singula. Primum Synodum Primam & Secundam, cum hac Octaua Photiana confundit, hæc a nonnullis Schismaticis Oecumenica dicta est, illa a nemine: hæc trecentorum & amplius Episcoporum congressu nobilis habita est, si tamen vera sunt, quæ in Actis illius habentur, Primæ & Secundæ numerus Episcoporum incertus latet; hæc sub Basilio celebrata est, illa sub Michaële a Barda; hæc in templo sanctæ Sophiæ, illa in Apostolorum templo. In illa exauctoratur Ignatius, in Photiana post mortem Ignatij restituitur Photius, Ioanne Pontifice superstite post Nicolaum & Adrianum. Causa quoque allata celebrandæ Synodi nulla est. Cum in Prima & Secunda non dum accusabantur Romani, de additione, de qua postea actũ est in Photiana sub Ioanne, & quæ de sententia mutata Auctor commi-

minifcitur in Prima & Secunda, ab alijs Schifmaticis in Photiana reponuntur, & Ioanni Pontifici vindicantur. Quæ poftmodum addit de Sergio, & Cerulario, ftultiffima funt. Neque enim potuit Chriftophorum, qui Pontificatum per paucos menfes occupauit anno DCCCCVII. a Sergio diptychis eijci, qui in throno Conftantinopolitano fedit anno 997. annos poft 90. reliquis Patriarchis filentibus, fi additio illa hærefis reputabatur. Ratio item annorum Septimæ Synodi, & annorum interualla inter Sergium, & Synodum non conftant. Sicuti nec Sergij fucceffor Cerularius, cum inter vtrumque & Euftathius Archipresbyter magnæ Ecclefiæ, & Alexius Studites, & numerus annorum quadraginta quatuor accenfeantur.

§ Nec faniora funt, quæ profert Cabafila. Ait Latinos Synodum hanc celebratam poft Septimam pro pace Ecclefiarum nuncupare Synodum Oecumenicam. Hoc vero falfum eft. Quonam enim modo Oecumenicam eam vocaffent Latini, quam nec Græci ipfi ex fchifmate, nonnullos infimi nominis, & rerum plane ignaros, fi excipias, eo titulo magnificarunt. Græcorum Ecclefia feptem tantum Oecumenicas agnofcit, quorum decretis fafces, animofque

fub-

submittit. In literis Commendatitijs recens ordinati Patriarchæ habetur; Ἀσπάζομαι τὰς ἁγίας οἰκουμενικὰς ἑπτὰ Συνόδους. *Amplector septem sanctas Synodos vniuersales*. In Professione Fidei, quam emittunt recens ordinati Metropolitæ, Archiepiscopi, & Episcopi. Πρὸς τούτοις ἀποδέχομαι τὰς ἁγίας, καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ Συνόδους. *Præter hæc recipio sanctas, & vniuersales septem Synodos*. Et in emissione suæ Fidei Imperatores coronandi, & alij. Ἀλλὰ μὲν καὶ τὰς διατάξεις, καὶ τὰς ὑποτυπώσεις τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν Συνόδων, καὶ τῶν κατὰ καιροὺς τοπικῶν. *Insuper etiam constitutiones, & definitiones septem Oecumenicarum, Synodorum, & localium, quæ tempore suo celebratæ sunt*. Constantinus Harmenopulus in Epitome Canonum. Τῶν μὲν κανόνων οἱ μὲν εἰσὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, οἱ δὲ τῶν οἰκουμενικῶν ἑπτὰ ἁγίων Συνόδων, οἱ δὲ τῶν μερικῶν Συνόδων, οἱ δὲ ἁγίων. *Canones alij sunt sanctorum Apostolorum, alij sacrarum septem Oecumenicarum, Synodorum, alij Synodorum particularium, alij Sanctorum*. Et infra, Photianam hanc inter particulares commemorat. Τῶν δὲ μερικῶν Συνόδων ἡ μὲν κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων συνηθροίσθη ἐπὶ τοῦ Φωτίου Πατριάρχου ἡ πρώτη καὶ δευτέρα λεγομένη. ἡ δὲ ἐπὶ Λέοντος, καὶ Κωνσταντίνου ἐν τῷ περιωνύμῳ ναῷ τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγίας Σοφίας, ἥτις τὴν ἑβδόμην ἐκύ-

ρω-

φήμην, ὡς μέλλειν κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἐπε-θαί τινα μάλα μεγίστην αἵρεσιν, κἀκ πασῶν συμμιγῆ, καὶ ποικίλην, ἣν διορθωθήσεσθαι παγκοσμίου μικροῦ συναχθείσης Συνόδου, πάντων σχεδὸν συνιόντων Ἐπισκόπων ἅμα, καὶ Πατριαρχῶν, καὶ ταύτην ὀγδόην τε εἶναι καὶ τελευταίαν ὁμοῦ. Loquitur de Synodo futura contra Gregorium Palamam, quam, ait, nominandam Octauam, ergo cum Synodus Septima apud Græcos ſit Secunda Nicæna, excludit e numero Synodorum Photianam hanc, de qua verba facimus, *Fama enim eſt, inde vſque a priſcis temporibus ad nos deducta, aduerſus Dei Eccleſiam per quam maximam hæreſim, & ex omnium erroribus commixtam, ac variam ſubor ituram, corrigendam a Synodo ex vniuerſo fere terrarum orbe coacta, in qua conuenient omnes Epiſcopi, Patriarchæ etiam, & hanc Octauam futuram ſimul & vltimam.* Et numerum hunc Synodorum ſeptenarium ita animo fixerunt, vt non veriti ſint Scriptorum teſtimonia, quæ pro ſe laudant, immutare, & de ſuo ad maiorem numerum perducere. Inter eos audentior aſſurgit Theodorus Balſamo, qui ſeptenarium Synodorum numerum defendit, & eorundem auctoritatem ſtabilit, centeſimam, & trigeſimam primam Nouellam Conſtitutionem longe, longeque plurimum inuertit. Nanque cum Iuſtinia-

nus Synodorum quatuor tantum meminiſſet, nempe Nicænæ, Conſtantinopolitanæ primæ, Epheſinæ primæ, & Chalcedonenſis, quarum decreta tanquam diuinas Scripturas, & Canones, & tanquam leges recipiendas iubet, Balſamo numero aucto ſua veluti Iuſtiniani verba, diuendidit. Addens & quintam Oecumenicam ſub Iuſtiniano, & ſextam, & ſeptimam. Quod abſque ſimili Nouellæ corruptela aliorum auctoritate corroborare poterat. Vt hinc quoque quantum ſit fidendum ſchiſmaticis, innoteſcat. Qua ergo fronte Nilus hanc Photianam Vniuerſalem indigitat, & id inter Latinorum Canones dici blaterat? An vero hæc eadem finem diſſenſionum impoſuerit, & additionem e Symbolo ablegauerit, longeque amandauerit, mox cum poſtremæ Actiones in examen venient, explorabimus.

Sed forte Nili Damylæ narratio verior, atque extricatior acceſſerit? Nihil minus. Conſideremus. Ait Synodum hanc coactam fuiſſe tempore Photij, iuſſu Baſilij Imperatoris, & vocatam eſſe Synodum Oecumenicam Primam & Secundam. Non diſputo, an hæc Synodus Synodus prorſus ſit, cum dicat congregatam κελεύσει βασιλικῇ, *iuſſu Imperatoris*. Et eadem Actione ſexta

Le-

Legati summi Pontificis introducuntur eadem asserentes, ὡς ἐκέλευσεν ὁ ἐκ Θεοῦ μέγας Βασιλεὺς ἡμῶν, καὶ ἤρεσε καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ συνιερεῦσιν ἡμῶν. *Vt iussit qui ex Deo est magnus Imperator noster; & placuit fratribus, & consacerdotibus nostris.* Cum me docuerit maximus Homologeta, Synodos non esse cogendas κελεύσει Βασιλικῇ, *iussu Imperatorio.* Auctor illius vitæ. Et producam verba, vt magis creda . Καὶ ὁ Θεοδώρητος. οὐκ ἔῤῥωται ἡ Σύνοδος ἡ ἐν Ῥώμῃ. Ἐπειδὴ χωρὶς κελεύσεως γέγονε βασιλικῆς. Καὶ ὁ Μάξιμος. Εἰ τὰς γενομένας Συνόδους αἱ κελεύσεις τῶν Βασιλέων κυροῦσιν, ἀλλ' οὐχὶ ἡ εὐσεβὴς πίστις, δέξαι τὰς κατὰ τοῦ ὁμοουσίου γενομένας Συνόδους, αἳ ἐπειδὴ κελεύσει Βασιλέων γεγόνασι, φημὶ δὴ πρώτην τὴν ἐν Τύρῳ, δευτέραν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ, τρίτην τὴν ἐν Σελευκείᾳ, τετάρτην τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Εὐδοξίου τοῦ Ἀρειανοῦ, πέμπτην τὴν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βρᾴκης, ἕκτην τὴν ἐν Σιρμίῳ, καὶ μετὰ ταῦτα πολλοῖς χρόνοις ἑβδόμην τὴν ἐν Ἐφέσῳ τὸ δεύτερον, ἧς ἐξῆρχε Διόσκορος. ὅλας γὰρ ταύτας κέλευσις Βασιλέων ἤθροισε. Καὶ ὅμως πᾶσαι κατεκρίθησαν διὰ τὴν ἀθεΐαν τῶν ὑπ' αὐτῶν κυρωθέντων δογμάτων. διατί δὲ οὐκ ἐκβάλλετε τὴν καθελοῦσαν Παῦλον τὸν Σαμοσατέα ἐπὶ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Διονυσίου Πάπα Ῥώμης, καὶ Διονυσίου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ, τοῦ τῆς αὐτῆς ἐξάρξαντος Συνόδου, ἐπειδὴ μὴ κελεύσει γέγονε Βασιλέως. ποῖος δὲ κανὼν διαγορεύει μόνας ἐκεί-

ἐκείνας ἐγκρίνεσθαι τὰς Συνόδους τὰς κελεύσει Βασιλέων ἀθροισθείσας, ἢ ὅλως κελεύσει Βασιλέων πάσας τὰς Συνόδους ἀθροίζεσθαι. Ἐκείνας οἶδεν ἐγκρίτους, καὶ ἁγίας Συνόδους ὁ εὐσεβὴς τῆς Ἐκκλησίας κανών, ἃς ὀρθότης δογμάτων ἐνέκρινεν. ἀλλὰ καθὼς οἶδεν ὁ δεσπότης μου, καὶ ἄλλους διδάσκεις, δεύτερον γίνεσθαι Συνόδους κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν τοῦ ἔτους ὁ κανὼν διηγόρευσε κελεύσεως βασιλικῆς μηδεμίαν μνήμην πεποιημένος ἐπ' ἀσφαλείᾳ τῆς σωτηριώδους ἡμῶν πίστεως, καὶ διορθώσει πάντων τῶν ἀνηκόντων τῷ θείῳ τῆς Ἐκκλησίας κεφαλαίῳ. Καὶ ὁ Θεοδόσιος. ὡς λέγεις, οὕτως ἐστίν. ἡ τῶν δογμάτων ὀρθότης ἐγκρίνει τὰς Συνόδους. *Et Theodosius*. (erat hic dignitate Sacellarius, plenus ſceleris, & audaciæ Vir, & longe poſt homines natos improbiſſimus) *Nullum robur habet Romana Synodus; neque enim iuſſu Imperatoris celebrata eſt. Et Maximus: Si Synodos coactas iuſſa Imperatorum corroborant, & non fides recta, eia admittito Synodos contra Homouſion, quæ iuſſu Imperatorum congregatæ ſunt, nempe primam Tyri, ſecundam Antiochiæ, tertiam Seleuciæ, quartam Conſtantinopoli ſub Eudoxio Ariano, quintam Nicææ in Thracia, ſextam Sirmij, & præterea multum poſt has tempus, ſeptimam Epheſi ſecundum, cui præſedit Dioſcorus: has enim omnes iuſſa Imperatorum congregarunt, & nihilominus omnes propter impietatem ab eiſdem comprobatorum dogmatum damnatæ*

ſunt-

sunt. Quare vero non reijcitis eam, quæ Samosatenum Paulum de solio deturbauit sub sanctis beatisque Dionysio Papa Romano, Dionysio Alexandrino, & Gregorio Thaumaturgo eiusdem Synodi Præside, quod non iussu Imperatoris coacta est? Et quisnam vero Canon insinuat solas Synodos iussu Imperatorum congregatas legitimas haberi? Vel saltem iussu Imperatorum Synodos congregari. Illas selectas, sanctasq; Synodos pius Ecclesiæ Canon agnoscit, quas rectum dogma approbauit. Sed vt Dominus meus scit, & alios quoq; docet, his in omnibus Eparchijs singulis annis Synodos haberi instituit. neque tamen in eo vlla Imperatoris mentio fit, ad nostram salutarem fidem tutandam, & emendanda quæcunque ad diuinum Ecclesiæ caput pertinent. Et Theodosius. Vti dicis, ita est. Recta dogmata Synodos comprobant. Ergo, iudice sancto Maximo, iussu Imperatoris Synodus congregata Synodus non est, cum non rectis dogmatibus innititur. Collige tu, Photianam istam Synodum, & potissimum duas has postremas Actiones, cum Ecclesiastica iura labefactent, & tot nobilitentur flagitijs, licet iussu Imperatorio congregatæ sint, inter alias Synodos locum non habere. Imperatorum in Synodos auctoritatem alio loco fusius explicauimus. Scribit Damyla, Hæc Synodus Prima & Secunda Oecume-

nica dicta est. Quis id dixit, Synodum primã & secundam Constantinopoli celebratam eandem esse cum illa, in qua restituitur Photius, & octaua Photiana nuncupatur? Eam plane distinguunt reliqui Schismatici Ioannes Zonaras, Theodorus Balsamo, qui rationem quoq; reddunt, quare cum vna sit, primæ & secundæ nomen habeat, Alexius Aristenus, Constantinus Harmenopulus, eanque non inter Oecumenicas, sed inter particulares collocant. Illa sub Nicolao Papa, ab eodem Nicolao Epistola, & alijs Latrocinalis appellata, Photiana de qua agitur, sub Ioanne: in illa Ignatius deponitur, & contra fas omne pessime multatur, in Photiana post mortem Ignatij Photius restituitur: illius Canones decem & septem numerantur, Photianæ tantummodo tres: illa in Apostolorum, Photiana in S. Sophiæ templo celebratur. Vtrisque tamen illud commune fuit, Literarum Pontificiarum interpolatio. Et Damyla mihi Latrocinalem primam & secundam cum Photiana altera vnam faciet, & sanctam & Oecumenicam esse mihi persuadebit? Quod sequitur, primam & secundam coactam fuisse ad deponendum Nicolaum, qui tum cœperat additionem in Symbolo recitare, falsum esse, & purum mendacium supra demon-

stra-

strauimus. Nec minoris impudentiæ est, dicere, Nicolaum palinodiam cantasse, & innouationem a se factam fidei denegasse. Nullum in ea factum est de Symboli additione verbum, quidquid delirent schismatici isti, qui eodem modo impudenter etiam mentiuntur, Ioannem Octauum Pontificem consensisse, vt illud *Filioque* ex Symbolo expungeretur, & Epistolam nescio vnde auulsam, eamque mutilam, nec integram producentes, dicto suo auctoritatem interponunt. His assiduis, domesticisque fallacijs nebulones similes simpliciores a veritate abducunt, & compositis mendacijs ludificant, & glaucomam ob oculos obijcientes faciunt, vt quod vident non videant, & patenti veritati assensum non præbeant. Quæ alij in eandem rem producunt, non minus stultiora sunt: quare ad eos qui meliore mente, & consilio adesse possunt, conuertamus orationem. Sed vt res clarior euadat, aliorum quoque Schismaticorum dicta examinentur. Macarius Ancyranus cap. 68. Ἀλλ᾽, εἰ δοκεῖ, καταστρώσομεν ἐνταῦθα, καὶ τὴν μετὰ τὰς ἑπτὰ ἁγίας, καὶ οἰκουμενικὰς Συνόδους ἁγίαν, καὶ οἰκουμενικὴν ὀγδόην Σύνοδον, καὶ κατ᾽ αὐτὴν πεπραγμένα, καὶ γεγραμμένα ἥτις γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶν εὐσεβῶν Βασιλέων Βασιλείου Λέοντος, καὶ Ἀλεξάνδρου Ἱεραρχοῦντ

ἢ Πάπα Ῥώμης Ἰωάννε καὶ Φωτίε Πατριάρχου Κωνςαντινεπόλεως. ἔχουσα δὲ καὶ τοποτηρητὰς τῦ μὲν τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης Παῦλον ἐ Εὐγένιον, Ἐπισκόπους, καὶ Πέτρον Πρεσβύτερον ἐ Καρδηνάλιον, τῦ ἢ Ἀλεξανδρείας Κοσμᾶν Πρεσβύτερον, καὶ ἀποκρισιάριον τῆς κῦ Ἀλεξανδρείαν πάσης ἁγίας Συνόδε, τῦ δὲ Ἀντιοχείας Βασίλειον μητροπολίτην Μαρτυρουπόλεως, τῦ δὲ Ἱεροσολύμων Ἠλίαν Πρεσβύτερον. Ὅτι ἢ οἰκουμενική ἐςιν, ἡ ὀγδόη αὕτη Σύνοδος, αὐτὴ ἑαυτῇ ἐπιμαρτυρεῖ, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ κανόνι αὐτῆς. *Verum si placet, apponemus hic & eam, quæ post septem Oecumenicas sanctas Synodos, sancta & Octaua Oecumenica Synodus celebrata est, & quæ in ea acta sunt, & scripta, quæ coacta est in Vrbe Constantinopolitana sub Imperio Basilij, Leonis, & Alexandri piorum Imperatorum: Hierarchis, Papa Romano Ioanne, & Photio Patriarcha Constantinopolitano, in qua etiam fuerunt locumtenentes senioris Romæ Paulus & Eugenius Episcopi, & Petrus Presbyter & Cardinalis, Alexandrini Cosmas Presbyter & Apocrisiarius vniuersæ Alexandrinæ Synodi, Antiocheni Basilius Martyropolitanus, Hierosolymitani Elias Presbyter. Oecumenicam vero fuisse hanc Octauam Synodum, ipsa de se ipsa testatur in secundo suo Canone.* Vt reliqua prætercam. Oecumenica hæc Synodus est, quia ipsa hoc de se testatur. Hoc equidem

ar-

argumentum, si Macario credimus ineuitabile est. Ipsa hoc de se dixit, ergo est. Mahometes asserit, se esse Dei Prophetam, ergo est. Synodus aduersus Imagines coacta, se ipsam vocat Synodum sanctam, & vniuersalem, ergo est. Tot Synodi aduersus Homousium celebratæ sanctas se ipsas vocarunt, ergo sunt. Macarius ipse doctor iniquitatis, & mendaciorum disseminator, vocat se ipsum Catholicum, veritatis sectatorem, ergo fuit. Possem hic addere multa ex Concilij Nicæni secundi aduersum Iconoclastarum Synodum, sed nolo iniurius esse Schismatico.

Hasce duas Actiones, in quibus de additione in Symbolo agitur, falsas esse, atque suppostititias probant, planeq; confirmant, Anonymus in Margine Codicis Vaticani 1115. in quo illæ Actiones describuntur. Ἀναγκαῖον εἰδέναι ὡς αἱ τελευταῖαι αὗται δύο πράξεις ἥ τε ἕκτη καὶ ἡ ἑβδόμη λεγόμεναι, πεπλασμέναι εἰσὶ παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ Φωτίου, καὶ οὐ κατ᾽ ἀλήθειαν πεπραγμέναι· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ τὴν Σύνοδον ἀπαρτισθῆναι, καὶ τὸν παρ᾽ αὐτῆς ἐκτεθέντα ὅρον ὑπογραφαῖς τῶν τὴν Σύνοδον συμπληρωσάντων σημειωθῆναι. Πολυτροπώτατος γὰρ ὢν ὁ ἀνὴρ οὗτος καὶ πανουργότατος, ἐπεὶ ἐβούλετο μὲν εὔλογον δεῖξαι τὴν αἰτίαν τοῦ καινοτομηθέντος ὑπ᾽ αὐτοῦ σχίσματος πρὸς τὴν ἁγιωτάτην καθολικὴν, καὶ Ἀπο-

στο-

στολικὴν Ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης, τουτέστι τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως προσθήκην τὴν, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγουσα ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα, ὅτι δῆθεν ὡς ἀληθὴς ἐκεῖνος σφαλερῶς προσετέθη. Ὑπώπτευσε δὲ ὡς ἐὰν λαλήσῃ τι περὶ τούτου τῆς Συνόδου συγκροτουμένης, ταραχθήσονται οἱ ἀπὸ τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης παραγενόμενοι λεγάτοι, οἱ καὶ τῆς Συνόδου ἐξάρχοντες, καὶ πρὸς τὸ μὴ δυνηθῆναι δεῖξαι ὅσον ἐβούλετο, ἔτι καὶ τῆς Συνόδου ἐμποδισθείσης, ἐκπεσεῖται αὐτὸς τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως, δι' ὃ συνεκροτεῖτο ἡ Σύνοδος. Ἄλλως δ' ὅτι οὐδ' ἐδύνατο πρὶν ἢ συγγνώμης τυχεῖν, ἐφ' οἷς εἴργετο τοῦ θρόνου κατὰ τῶν συγγνωμονούντων γλῶτταν κινῆσαι, τὰς τελευταίας ταύτας δύο πράξεις ἀφ' ἑαυτοῦ πλάσας, ταῖς λοιπαῖς, καὶ ἀληθέσι συνῆψε, καὶ ὅρον ἐξέθετο συντείνοντα τῷ οἰκείῳ σκοπῷ, τοῦ μὴ δεῖν προστιθέναι τι τῷ συμβόλῳ. σκεπτέον δ' ἔτι καὶ τοῦτο. Καὶ ταύτας γὰρ πλαστογραφήσας, καὶ ἄλλα τινὰ ἐπανεργάσατο ἐν αὐταῖς. Πρῶτον μὲν ὅτι εἰς τὸν βασιλέα Βασίλειον ἀναφέρει ταύτας, ὡς συστάσας δῆθεν ὑπ' ἐκείνου μετὰ τὴν Σύνοδον, νομίσας τὸ διὰ τοῦτο δοκεῖν αὐτὰς ἴχνος τι ἔχειν ἀληθείας, καὶ ἀπολογίαν ἅμα ἑαυτῷ προπαρασκευάσας ἔχειν, εἴποτε γνωσθέντος τοῦ πλάσματος τῇ Ἐκκλησίᾳ τῆς Ῥώμης, εἰς εὐθύνην ἄγοιτο παρ' ἐκείνης, μετατιθέναι τὴν αἰτίαν εἰς τὸν Βασιλέα. δεύτερον δ' ὅτι κἂν τῷ ὅρῳ προσθεὶς ὡς ἡ ἀφαίρεσις, καὶ ἡ πρόσθεσις μηδεμιᾶς ὑπὸ τῶν τοῦ πονηροῦ τεχνασμάτων ἀνακινουμένης αἱρέσεως κατάγνωσιν εἰσάγει τῶν

ἀνα-

ἀκαταγνώστων, καὶ ὕβειν τὴν πατέρων ἀναπολόγητον, τοῦτ' αὐτὸ ἠβουλήθη ἀπολογίαν ὁμοίως ἔχειν πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἐκείνην, ὅτι σύμφωνα ταύτῃ λέγει διατεινομένη τὴν προσθήκην ὑπ' αὐτῆς γεγενῆσθαι διά τινας ἀμφιβάλλοντας περὶ τῆς τοῦ πνεύματος ἐκπορεύσεως· καὶ διὰ τοῦτο κοινωνῶν μὲν τὴν ἑξῆς ἐπὶ πᾶσιν ἐκείνῃ τὸ φαινόμενον. Καὶ μηδένα λόγον τῆς ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκης ποιούμενος. Τῇ δ' ἀληθείᾳ, καὶ σφόδρα τὴν ψυχὴν τὰ τοῦ χίσματος ἔστεργεν. *Necessario sciendum est, has vltimas duas Actiones sextam, nempe & septimam confictas esse ab ipso Photio, & non re ipsa celebratas. Hocque manifestum fit, ex Synodi ipsius fine, & ab ipsa exposita, definitione subscriptionibus eorum, qui in dicta Synodo conuenerant, subsignata. Cum enim quam maxime versipellis vir hic esset, & ad comminiscendas fraudes aptissimus, cum intenderet demonstrare, tentati a se schismatis aduersus sanctissimam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam causam, non absque ratione fuisse, in Symbolo nempe fidei additionem, quæ etiam ex Filio procedere Spiritum asserebat, ac si illa veluti inusitata cum errore addita fuisset; suspicabatur vero, si verbum de ea fecisset, dum adhuc celebraretur Synodus, Legatos e veteri Roma missos, qui Synodo præsidebant, conturbandos fore, & præterquam quod ipse non potuisset ostendere, quod vellet, impe-*

dita, ac interrupta Synodo, ipse quoque throno Constantinopolitano excidisset, ob quod Synodus coacta erat. Præterea quoque haud poterat prius quam veniam impetrasset de ijs, ob quæ Thronus denegabatur, aduersus eos, qui veniam impertiebantur, linguam mouere. has vltimas duas Actiones, ex se fingens reliquis verisque adnexuit, & definitionem apposuit suo proposito proficuam, nihil esse addendum Symbolo fidei. Adhuc illud considerandum est, in hisce confictis alia quoque in illis subdole, ac malitiose inseruisse. Primum quidem, quod ad Imperatorem Basilium illas refert, quasi ab eo vna cum Synodo celebratas, hac machina reputans, easdem vestigia quædam veritatis præseferre, & responsionem sibi præmeditans, si aliquando Romanæ Ecclesiæ figmentum innotuisset, in ius ab ea vocatus, causam in Imperatorem reijceret. Secundum in definitione addens, additionem, & ablationem, si nulla ab iniquo aduersario, illiusque artibus hæresis mota sit, condemnationem inferre eorum, quæ reprehendi non possunt, & iniuriam Patrum, cui respondere nequeas. Hoc eodem sibi responsionem similiter erga illam Ecclesiam subministrat, concordia cum illa enunciata, contendente additionem a se factam propter nonnullos, qui de Spiritus sancti processione addubitabant. Proptereaque communicans cum

illa

illa erat in omnibus in posterum, vt videbatur, nulla de additione in Symbolo ratione habita, re autem vera magnopere animo, quæ schismatis erant, amplectebatur. Manuel Caleca libro 4. contra Græcos. Εἰ γάρ τις ἀπὸ τῆς τελευταίας πράξεως τῶν πρακτικῶν αὐτῆς τῆς Συνόδου, καὶ περὶ τῆς προσθήκης εἰρῆσθαι οἴεται, ὡς οὐ δεῖ προστιθέναι, ἢ ἀφαιρεῖν, ἃ καί τινες ἐξαπατᾶν τοὺς ἁπλουστέρους προστάττουσιν. Ἀλλ' εἰδέναι χρή, ὅτι παρ' ἐνίων ὕστερον αὕτη προσγέγραπται βουλομένων ἐντεῦθεν δεικνύναι κεκωλῦσθαι ταυτηνὶ τὴν προσθήκην. Τὸ δὲ λόγον οὐκ ἔχει. δῆλον δὲ πρῶτον μὲν ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς Συνόδου ταύτης περιοχή τις ἐστὶ τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ συλλόγῳ ζητηθῆναι ὀφειλομένων καὶ τάξιν τὴν ἔκθεσιν ἔχουσα, ἣν οἱ τοποτηρηταὶ τῇ Συνόδῳ προὔθηκαν, ἔτι αὐτοῖς ἐπιτεταγμένον παρὰ τοῦ Πάπα, ὡς ἂν μνημονεύωσι περὶ ὧν εἰπεῖν δέοι, καὶ πρᾶξαι, ἢ καὶ κομμονιτόριον ἐκεῖ Λατινικῷ ὀνόματι κέκληται. Καὶ οὐδ' ὁπουοῦν ἐν αὐτῇ περὶ τῆς προσθήκης, καὶ ὅλως τοῦ Συμβόλου προσγέγραπται. καί τοι γ' ἐχρῆν τὸν περὶ τούτου λόγον προστάττεσθαι, εἴτε παρὰ τοῦ Πάπα περὶ τούτου καὶ ὁπωσοῦν εἰπεῖν προσετέτακτο, εἴτε καὶ ἡ Σύνοδος τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον ἐκίνει. Καὶ μὴν εἰ μὲν ἡ Σύνοδος, ἣν τριακοσίων, καὶ ἔτι τὸν ἀριθμὸν ἀρχιερεῖς συνεπλήρουν, βλάσφημον τὴν προσθήκην ἡγεῖτο διὰ τὸ μὴ προηγουμένως λόγον περὶ αὐτοῦ ἐποιεῖτο, ὥσπερ ἐν ταῖς προηγησαμέναις Συνόδοις τὰ τῆς πίστεως ὑπέκειτο πρῶτον. Τί δὲ καὶ συνεκκλησία-

σία-

σιάζον τοῖς βλασφημοῦσι περὶ τὸ θεῖον, καὶ αὐτοῖς πείθεσθαι περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμονοίας ἠξίουν. Καὶ ὅλως πῶς ἂν ἠνέχοντο σιωπῆσαι. ἐπεὶ δ' οὐδὲν αὐτοῦ φαίνεται συνελθόντας εἰπεῖν, πῶς οὐ φανερὸν ὡς ἀληθῆ τὴν προσθήκην ἡγοῦντο. Οὐδὲ γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοι τις, ὅτι τοῦ δυτικοῦ ἠγνόουν τὸ Σύμβολον μετὰ τῆς προσθήκης ἀναγινώσκοντας, τοῦτο τοῖς ἀνατολικοῖς ἐκ τῶν τοῦ θείου Μαξίμου χρόνων τὸ πλεῖστον ἐγνωσμένον. ἔπειτα δεδομένου, καὶ τὸν Φώτιον οὐκ ἀποδέχεσθαι τὴν προσθήκην, ἀλλ' οὐκ εἶχε λόγον μετὰ τὸ βεβαιωθῆναι παρὰ τοῦ Ῥώμης εἰς Πατριάρχην τὸν περὶ τῆς προσθήκης λόγον κινεῖν, ἵνα μὴ μόλις ἔχων, ὅπερ ἐπόθει δι' ἐκείνου πάλιν ἀποκρουσθεὶς τὸ πᾶν ἀπολέσῃ. ἠρκοῦντο δὲ οἱ τοποτηρηταὶ, καὶ περὶ τούτων ὁ Πάπας, ὥστε τῆς ὑποταγῆς ἀποδιδομένης, καὶ περὶ τῶν ἄλλων καλῶς αὐτοῦ οἴεσθαι διακεῖσθαι. καὶ οὐ περιεργάζοντο πλέον. τὰ δ' ἄλλα κατὰ χώραν εἴασε μένειν. δηλοῖ δὲ προσθήκην τινῶν εἶναι τὸ εἰρημένον. καὶ ὅτι μετὰ τὰ πολλὰ τὰ ἔτη τῶν Βασιλέων εἰρῆσθαι, καὶ τὰς ὑπογραφὰς τῶν ἀρχιερέων γεγράφθαι, καὶ δόξαν περὶ τῆς ἑνώσεως ἀποδοθῆναι Θεῷ, ἃ πάντα ἐπὶ τῷ τέλει τῶν συνοδικῶν πράξεων γράφεται, ἡ περὶ τοῦ μὴ δεῖν προστιθέναι ἢ ἀφαιρεῖν λέγουσα πρᾶξις ἐκτέθειται, καθ' αὑτὴν, καὶ φανερῶς ἀπηρτημένη τῶν ἄλλων. Οὐκοῦν παραδεκτέον μετὰ τὴν τῶν ζητηθέντων ἐξεργασίαν, καὶ τὸ τέλος καθόλου τῆς Συνόδου προθέσεώς τε, καὶ πράξεως, καὶ τὰ τῷ τέλει τῶν τοιούτων εἰωθότα προστίθεσθαι, πάλιν ἀρχομένους συνεκκλη-

σιά-

νιάζειν περὶ ὧν οὐ γέγονε μνήμη. ἢ γὰρ ἐχρῆν περιηγημένως τὸν περὶ τούτου λόγον κινῆσαι, ἢ μηδ' ἀμυδρῶς οὕτως, καὶ παρὰ τὸν καιρὸν, καὶ τὸν τόπον μνησθῆναι. Εἰ γὰρ καὶ εἰρῆσθαι παρὰ τῆς Συνόδου νοηθήσεται, οὐδὲν περὶ τοῦ ζητουμένου διασαφεῖ, οὐδὲ τοῖς προειρημένοις ἐναντιοῦται. ἢ γὰρ ὡς εἴρηται πίστεως ἑτέρας προσθήκην ἀπαγορεύει, καὶ τῆς ὀρθῶς ἐχούσης ἀφαίρεσις, ἢ ἄλλως οὐχ' ἑαυτὴν ἡ Ἐκκλησία τῆς ἐξουσίας ἐκβάλλει. Καὶ ἅμα εἴποι τις ἂν, ὡς ἄρα διὰ τοῦ μὴ δεῖν ἀφαιρεῖν ἀποφήνασθαι τὴν τῶν δυτικῶν, ἣν ἐγκαλοῦνται προσθήκην ἐπικυρεῖ, μηδὲν ἀφαιρεῖν ἐπιτάττουσα. *Si quis enim in extremo gestorum Synodi ipsius ordine de additione dictum putat, quod scilicet non oporteat auferre, vel addere; quod etiam quidam ad seducendos simpliciores obtendunt: sciendum est, hoc a quibusdam postea gestis synodalibus appositum; hinc ostendere nitentibus huiusmodi additionem fuisse prohibitam. Hoc autem rationem non habere perspicuum est. Primum quidem, quoniam in gestis huius Synodi Commentariolum quoddam est eorum, quæ in eo Concilio erant discutienda, expositionem per ordinem continens, quod Legati Synodo proposuerunt: Commentarium sibi a summo Pontifice datum asserentes, vt meminissent quæ in ea Synodo vel dicenda, vel facienda essent. Neque enim in eo quidquam de additione, vel de Symbolo omnino scriptum est. Et certe id in prima statim fronte ponendum fuit,*

fuit, siue a Romano Pontifice illis de hoc fuisset quidquam imperatum: siue etiam Synodus de hoc verba mouisset. Nempe enim *si Synodus illa, quam quadrigentorum ferme Episcoporum implebat numerus, blasphemam hanc additionem putabat, cur non principaliter de illa verba fecit? Ita enim in præcedentibus Synodis de fide primo in loco semper agebatur. Cur autem in Deum blasphemantibus conueniebant, ipsisque de concordia ad inuicem tuenda obtemperabant, vel omnino sub silentio se continebant? quando vero nihil dixisse comprobantur, cui non perspicuum sit, veram eos illam additionem existimasse? Neque enim dici potest illos ignorasse, Latinos cum additione Symbolum legere, cum id Oriens totus iam tunc saltem a B. Maximi temporibus didicerit. Deinde vt concedamus, Photium additionem non non admisisse: rationabile certe non erat, postea quam a Romano Pontifice Patriarcha confirmatus fuerat, verbum de adiectione mouere; ne vix tandem voti compos effectus, per illum rursus abrogatus amitteret omnia. Satis autem erat legatis, atque ipsi in primis Romano Pontifici, subiectione sibi reddita, de cæteris illos recte sentire arbitrari. Itaque nihil vltra inquirentes reliqua suis locis manere permiserunt. Et illud autem indicat adiectum a quibusdam quod diximus, quod post plurima Impera-*

peratorum anni, ſubſcriptioneſque Epiſcoporum annotata ſint, & gloria reddita ſit Deo pro Eccleſiæ vnione. Quæ omnia in fine geſtorum ſynodalium ſcribuntur. Quod autem de non adyciendo, vel auferendo adiectum eſt, ſeorſim poſitum, & ab alijs aperte diſiunctum, & ſeparatum eſt. Non igitur ſuſcipiendum eſt poſt eorum, quæ inquirebantur, enodationem, poſt compoſitas res, poſt finem denique Concilij, poſt illa, quæ in fine Synodorum apponi conſueuerunt, rurſus illos putare de his agere cœpiſſe, de quibus nulla facta eſſet mentio. Aut enim principaliter ea res agenda fuit, aut non ita prætereunter, & intempeſtiue, & præter locum debitum agenda. Etſi enim a Synodo dictum concedamus, nihil tamen de huiuſmodi quæſtione declarat; neque his aduerſatur, quæ dicta ſunt. Aut enim, vt dictum eſt, fidei alterius adiectionem interdicit, rectæque abolitionem, ſiue alios non ſe Eccleſia hac poteſtate priuat. Quanquam dicere poſſumus, hac ſententia, ſi Concilij ſit, qua declarat ſic nihil oportere auferri, id præceptum fuiſſe, ne auferretur Occidentalium additio, quam accuſabant.

Postremas has Actiones plane fictitias esse, pluribus rationibus confirmatur.

VNiuersam Synodum fuisse Photij commentum, nunquam nisi in cerebro eius inter domesticos parietes celebratam, pluribus probauimus; nunc quid de postremis hisce Actionibus existimandum sit, inquiramus. In sexta Actione, qui eo conuenerant, profitentur se tenere integram, atque illæsam fidem a Patribus acceptam, & innouationem omnem respuere, & condemnare, idque, vt probent, recitant Symbolum in prima Nicæna, & secunda Constantinopolitana editum absque illa additione *Filioque*, quæ manu Basilij Imperatoris, & filiorum rogantibus illis signatur. & sic acclamationibus varijs ad Imperatorem, & filios finem habet. In septima reproducta Fidei professione, Canonem formant, nihil esse in posterum addendum, vel detrahendum in Symbolo, Si quis contra fecerit, anathemati subijcitur. Tum sic. Similis definitio, & Canon opinioni Græcorum, vt sua aduersus Latinos probarent, tantundem fauens, nunquam apud illos obliuioni traditus obsoleuisset, sed cum de

pro-

processione Spiritus, & additione in Symbolo sermo habitus fuisset, vt sæpenumero contigit, prompte, & veluti ad pugnandum vocati, prædictum Canonem, tanquam scutum firmissimum sumpsissent, & contradicentibus Latinis opposuissent; sed alijs, quæ in rem suam facere videbantur, propositis, ac sæpissime inculcatis, nullam de eo mentionem habuerunt. Ergo vel Photij, vel recentiorum commentum non tanti æstimatum est, vt, cum res posceret, & necessitas vrgeret, euulgaretur. Non est credendum similia auxilia Græcos neglexisse.

Præterea ante dictum Canonem tres alij de rebus alijs publicati sunt, & Græci posteriores, qui Canones collegerunt, & in illis exponendis sedulam operam nauarunt, de tribus hisce sermonem habent, eosque vti reliquos aliarum Synodorum Canones legitimos ducunt, & expositione etiam adornant. Hunc vltimum celant, dissimulant, & silentio transeunt: imo tres tantum in ea Synodo, nec plures Canones factos fuisse asseuerant. Vel illis non innotuisse, vel si innotuerit, vti commentitium reiectum fuisse, planum est. Zonaras, & Balsamo huius Photianæ Synodi tres tantum Canones digerunt, & exponunt, Alexius Aristenus, Τῆς ἐν τῷ περιωνύμῳ τῆς τοῦ

Θεοῦ Σοφίας, ἥτις τὴν ἑβδόμην ἐκύρωσε Συνόδου, κανόνες τρεῖς. *In præcelebri Dei Sapientiæ templo Synodi, quæ Septimam confirmauit, Canones tres*. Matthæus Blaſtarius in Collectione Canonum; Ἀλλὰ καὶ ἕτεροι τρεῖς κανόνες ἐξεφωνήθησαν, ἥτις τὸν Φώτιον τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως ἐνίδρυσε μετὰ τὴν τοῦ θείου μετάθεσιν Ἰγνατίου, ἑκατέρου πολλάκις θατέρου ἐκβαλλομένου, καὶ αὐτεισαγομένου. *Sed & alij tres Canones euulgati ſunt Synodi, quæ Photium in Conſtantinopolitanam ſedem reſtituit poſt obitum Ignatij, cum antea ſæpius alter altero eiecto intruderetur.* Conſtantinus Harmenopulus in Epitome Canonum; Τῶν δὲ μερικῶν Συνόδων τῆς πρώτης καὶ δευτέρας λεγομένης ιζ'. τῆς τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ τρεῖς. *Particularium vero Synodorum eius, quæ Prima & Secunda dicitur, decem & ſeptem, ad ſanctam Sophiam habitæ tres*. Photius ipſe, quod non contemnendum videtur, in ſuo Nomocanone, cum Primæ & Secundæ Synodi a ſe celebratæ ſæpius mentionem induxiſſet, & illius Canones ad confirmandas conſuetudines Eccleſiaſticas vſurpaſſet, huiuſce Octauæ Photianæ, itidem a ſe celebratæ, & cuius fauore ſedem Conſtantinopolitanam recuperauerat, & in qua tot ſua præconia extant, & cui ſimili annumeratione cum alijs Synodis auctoritatem conciliarat, æque ac ſi vnquam non fuiſſet, nul-

nullum produxit Canonem, argumento euidenti, tum illam non fuiſſe publicatam, ſed etiam ſi ab ipſo Photio confiƈta eſſet, ne inuidiam aliorum ſubiret, in tenebras mancipatam delituiſſe.

Ad hæc, ſi verum eſt, quod alij tradunt, & firmiter contra Græcos aſſeuerant, in hac Synodo Photiana nullum eſſe ſermonem introduƈtum de Proceſſione Spiritus ex Filio, ſed Photium ſua reſtitutione contentum, ne turbæ de nouo excitarentur, & ipſe in culpam, & lites impingeret, libentiſſime de dogmate prius adeo ſtrenue & voce ſtentorea proclamatam quæſtionem ſilentio præterijſſe, an non haſce duas poſtremas Synodi Aƈtiones minimum fiƈtitias, & addititias eſſe fatebimur? Conſtantinus Meliteniota Orat. 2. de Proceſſione Spiritus ſanƈti; Ἐπείπερ ἐφ' οἷς ἐγκαλεῖτο παρὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας διαπραξάμενος, εἰς τὸν τῆς Κωνσταντίνου μέγιστον θρόνον τὸ πρὶν συγγνώμης ἔτυχε, ἐν ὑστέροις ἐξ αὐτῆς ταύτης, καὶ τῇ συγκαταβάσει ἀρχιερεῦσι προσήκουσα παραδοχῆς κατηξίωτο, καταλιπὼν τὰ πάντα, καὶ μηδὲ περὶ τοῦ δόγματος τούτου ποιησάμενος λόγον τινὰ, πάσῃ σπουδῇ, καὶ προθυμίᾳ πρὸς τὴν καταλλαγὴν ἀθρόον, καὶ τὴν εἰρήνην ἐχώρησε. *Photius, cum de illis accuſaretur a Romana Eccleſia, quæ ille antea in Conſtantinopolitanam maximam ſe-*

sedem machinatus fuerat, veniam postea assecutus ab eadem, & dignus qui admitteretur iudicatus, ita illa pro munere Pontificibus summis proprio condescendere amat; neglectis omnibus, & nulla de hoc dogmate ratione habita, omni conatu, & studio, nulla interposita mora reconciliationem, & pacem amplexatus est. Ioannes Veccus lib. 3. ad Sugdææ Theodorum. Τὸ δ' οὐκ ἄν τις τῶν ἀδιαβλήτως ἐπιβάλλειν εἰδότων ῥᾴδιον εἰς πίστιν ἡγήσατο, ἐπεὶ μηδὲ δογματικός τις λόγος ἐν τῇ πρὸς εἰρήνην γενομένῃ τότε Συνόδῳ δείκνυται κινηθείς. *Hoc vero nemo ex ijs, qui ad bene coniectandum idonei sunt, facile sibi credendum proponeret, cum nec dogmatica vlla oratio in ea Synodo, quæ pro pace sancienda coacta fuerat, reperiatur edita.* Si nullus in ea Synodo sermo de dogmate, nulla oratio habita, quonam firmo fundamento duæ hæ de dogmate Actiones tot inculcatis verbis pertractantes, stabunt? nullo plane. Quare fictitias eas esse, & Synodo annexas ab aduersarijs existimandum est. Quarum vsum Græci quoque ipsi, qui aliquid sapere visi sunt, a suis scriptionibus profligarunt. Id & Schismatici ipsi, qui Photianam Synodum non æque laudant, & vnionem initam per Photium criminantur, non tantum confitentur, sed etiam profitentur. Nanque errores Latinorum a sexta ipsa Synodo Græ-

cis

cis innotuisse, clarum, & testatum apud eosdem est. Non ergo extra culpam fuerit Photius, & qui partes illius tutati sunt, dum de penitus perspectis, planeq; cognitis erroribus a reis, atque conuictis societatem, & officia soliditatis Romanis efflagitant. Quod ad aliud potius, lucra nempe sua atq; commoda, non ad errores, & dogmata respicientes communionem cum Latinis verterunt, digni sunt qui omnium in vituperationem cadant. Non sunt hæc argumenta Pontificiorum. Audiantur Schismatici. Georgius Scholarius, qui & Gennadius Monachus, licet longum nimis loquatur, de Processione Spiritus sancti, sect. 1. cap. 3. Ἡ τοιαύτη τοίνυν περὶ τοῦ πνεύματος διαφορὰ ταῖς Ἐκκλησίαις ἔτεσιν ἐμπολιτευσαμένη, τότε μὲν πρότερον ὀλίγα τὴν κοινὴν εἰρήνην ἔβλαπτε, μετὰ δὲ τὴν ἕκτην δηθὲν Σύνοδον φανερώτερον, ἢ πρὸ τῶν ἐξηγερθεῖσα, ἀρχὴ φανεροῦ πολέμου κατέστη, καίτοι κἂν πρότερον ἐσχίζοντό τε προαιρέσεως, καὶ διηλλάττοντο πάλιν, ἅτε μὴ περὶ τὴν πίστιν αὐτοῖς γινομένων τῶν διαφορῶν, ἀλλ' ὕστερον πρόφασις οὐκ ἄλογος ἦν τοῖς σχιζομένοις σχίζειν τὴν Ἐκκλησίαν ἡ περὶ τὰ δόγματα καινοτομία Λατίνων. ὅθεν ὑποδυόμενοί τινες τὴν ἐν τῇ πίστει διαφορὰν, ἀληθῆ τε οὖσαν, καὶ πᾶσι γινωσκομένην τὰς Ἐκκλησίας διήρουν, ὅπερ σφίσι συμφέρον ἰδίων αἰτιῶν ἕνεκα, ὥσπερ τῆς ἐν τοῖς τοιούτοις δυνάμεως εἰς ἑτέρας τῶν

χρόνῳ μεθισαμένης, οἷς τῆς Ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἠμέλησε, μᾶλλον ἐπὶ τῷ σφετέρῳ καλῷ, ἢ τῇ βεβαίῳ τῆς Ἐκκλησίας ὁμονοίᾳ ἀπολυπραγμόνως τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν διελύοντο σκάνδαλα, μηδεμιᾶς περὶ τῶν διαφορῶν δίκης γεγενημένης. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ Φωτίου τελευταῖον συνέβη. ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ διαιρεῖν τὰς Ἐκκλησίας προήχθη, χρώματι τῇ διαφορᾷ τῆς δόξης χρησάμενος. καὶ πάλιν τὰς τῶν Ἐκκλησιῶν συμβάσεις μισθὸν ἀπέδωκε τῶν ἰδίων συμφερόντων αὐτῷ, ἵνα κακοῦ τὸ κακὸν μείζονος ὠνήσηται τοὔλαττον. οὕτω γὰρ δὴ μᾶλλον λέγειν, ἢ ὡς εἴωθε λέγεσθαι. ἡμάρτανον δὲ πάντες τήν τε τῆς πίστεως ἀλήθειαν, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ τῆς Ἐκκλησίας εἰρήνην πάρεργον τῆς ἑαυτῶν εὐκλείας ποιούμενοι, καὶ πάντα πρὸς τὸ συμφέρον αὐτοῖς ἕλκοντες. ἀλλ' ἐχρῆν αὐτῶν οἰκουμενικῷ κριτηρίῳ τὴν διαφορὰν ἐπιτρέψαι, καὶ τοῦ νεωτερισμοῦ τῶν Λατίνων τῇ κοινῇ προσαχθέντος βασάνῳ, ἢ καθάπαξ αὐτῶν ἀποστῆναι, εἰ φαύλως τε πιστεύοντες, καὶ ἰσχυρογνωμονοῦντες ἐφαίνοντο. ἢ μηκέτι χωρισμοῦ πρόφασιν ὑπολιπέσθαι τοῖς μετ' αὐτῶν, εἰ μηδὲν εἰς τὸ τῆς εὐσεβείας κεφάλαιον ἡ τῶν Λατίνων ἔβλαπτε καινοφωνία, ἀλλ' ἅπαξ ἑνωθέντες, ἡνωμένους διαμένειν ἀεὶ ἕνεκά γε τοῦ πνεύματος. τότε γὰρ ἴσως καὶ ῥᾷον ἂν ἐπείθοντο Λατῖνοι, καὶ πρὸς τὴν κοινὴν τῆς Ἐκκλησίας μετεβάλλοντο γνώμην, ἐκ πολλῶν αἰτιῶν, ἃς πᾶς τις ἂν εὐκόλως συνίδοι. Δοκεῖ δὲ τοῖς ἀπραγματεύτοις τῶν Ἐκκλησιῶν ἑνώσεσι πολύ τι τότε συμβάλλεσθαι, καὶ τὸ μηδὲ τοὺς Λατίνους αὐ-

ἀυτῶν φανερῶς τὴν δόξαν ὁμολογεῖν, μήτε τοῖς ἡμετέροις μέμφεσθαι ὡς ἀλόγως αὐτὸν καταιτιωμένοις. τοὐναντίον μὲν οὖν εἰς τὴν κοινὴν καταφεύγειν ὁμολογίαν ἐγκαλουμένους. ἀεὶ γὰρ τὸ τῆς πίστεως προβαλλοντο σύμβολον, μένον ἐν αὐτοῖς, καὶ κηρυττόμενον ἄνευ ἡστινοσοῦν προσθήκης, ἢ ἀφαιρέσεως. Εἰ δὲ καὶ δοξάζουσι τινὲς ἐν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ προϊέναι, τὰς μὲν λέξεις ἔφασκον μηδὲν ἀδικεῖν, ὡς ἐκ τῶν παρὰ σφίσι διδασκάλων φανερῶς εἰπουσι λεγομένας. ἑαυτῶν δὲ μηδὲν παρὰ τὰ κοινὴ διατετελεσμένα φωνεῖν ὡμολόγουν, καὶ ὡς ἡ κοινὴ πίστις βούλεται τὰς τῶν διδασκάλων λέξεις νοεῖν. τουτέστι τὴν τῆς οὐσίας ἑνότητα, οὐ τὴν αἰτίαν βούλεσθαι παριστάναι ἐν τῷ τὸ πνεῦμα λέγειν ἐκ τοῦ υἱοῦ. *Hoc de Spiritu discrimen hac ratione in Ecclesiam introductum, tum quidem primum pacem non nimis ladebat: sed statim atque Sexta Synodus celebrata est, apertius quam antea deprehensum, patentis dissidij initium extitit. Et licet prius ad tempus scinderentur, rursusque in unionem coirent, acsi illæ differentiæ non essent de fide, sed postmodum scindere Ecclesiam cupientibus non absque ratione fuit obtentus, circa dogma Latinorum innouatio. Hinc nonnulli discrimen in fide, quod verum erat, & omnibus cognitum, arripientes Ecclesias scindebant, quod ita sibi in proprijs causis commodum futurum existimarent, cum in similibus potestas in alios atque alios caderet, qui Ecclesiasticæ paci operam dabant,*

potius in proprijs commodis, quam stabili Ecclesiæ vnioni, absque multarum rerum aggressione Ecclesiarum scandala dissoluebant, nullo de differentijs iudicio constituto. Hæc eadem & in Photio tandem euenere. Nanque ipse, & diuidere Ecclesias aggressus sub vmbra opinionum differentiæ, rursumque Ecclesiarum conciliationem proprijs suis commodis lucrum fecit, vt malo malum peiori minus sibi compararet. Sic enim asserendum est potius, quam dici assolet. Omnes uero culpam commerebantur, tanquam qui fidei veritatem, & Ecclesiasticam pacem propriæ gloriæ postponerent, omniaque ad suam vtilitatem traherent: sed oportebat, ipsos vniuersali iudicio differentiam committere, & innouatione Latinorum communi examini subacta, vel semel ab ipsis disiungi, si male illi credebant, & in sententia contumaces persisterent; aut nullum amplius in posterum successoribus diuisionis obtentum relinquere, si in nihilo pietatis caput Latinorum innouatio vulnerabat: sed semel societate iunctos in ea vnione perpetuo perdurare ob causam Spiritus. Tum enim fortasse & facilius persuasi fuissent Latini, & communi Ecclesiæ sententia Latini manus dedissent multas ob causas, quas vnusquisque paruo negotio deprehenderit. Videtur porro absque multa indagine absolutis Ecclesiæ vnionibus nimium tum temporis conducere potuisse, quod nec Latini

ipsi aperte sententiam profiterentur, neque nostros criminarentur, nulla ratione eos accusantes. quin imo oppositum, adhortantes nempe, vt communem professionem exoscularentur, semper enim Symbolum fidei proponebant manens in ipsis & prædicatum absque vlla additione, aut imminutione. Et licet apud ipsos nonnulli tenerent, Spiritum ex Filio quoque progredi, nulli aiebant voces illas iniurias esse, cum ita Patres ipsorum aperte docerent, semetipsos vero nihil præterquam quod communi Ecclesiæ sensu decretum fuerat tenere profitebantur, & vt communis fides Doctorum, intelligebant, hoc est vnionem essentiæ, non causam velle se indicare, cum assererent Spiritum ex Filio. Et Niceta Cartophylax Nicænus Auctor antiquior, de causis ob quas a Constantinopolitana Ecclesia Romana diuisa est, Τέσσαρες καὶ δέκατον ἐπὶ Φωτίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως μέγα ἦν τὸ σχίσμα, καὶ πολλὰ τὰ αἰτιάματα τῶν Ῥωμαίων, ὡς ἡ ἐγκύκλιος ἐπιστολὴ παριστᾷ. Γενομένης δὲ ἑνώσεως τῶν Ἐκκλησιῶν, ὡς ἡ παρὰ τοῦ αὐτοῦ Φωτίου συστᾶσα Σύνοδος δηλοῖ, καὶ ἑνωθέντος Ἰωάννου τοῦ Ῥώμης, καὶ λαβόντος κανονικῶς τὰ ἀρχαιότατα προνόμια, τὰ Ῥωμαϊκὰ αἰτιάματα, ἃ καὶ ἡ ἕκτη Σύνοδος, ὡς εἴρηται, καὶ αὐτὸς ὁ Φώτιος καταμέμφεται, ἐάθησαν παντελῶς ἀνεξέταστα. ἀπὸ τοῦ οὖν τῆς ἕκτης Συνόδου μέχρι τῆς ἑβδόμης παρέδραμον ἔτη τεσσαράκοντα ὀκτὼ, καὶ ἦσαν αἱ Ἐκκλησίαι

ἡνω-

ἡνωμέναι, καὶ οὐδεὶς λόγος περὶ τῶν σφαλμάτων τῶν Ῥωμαίων, εἰ μὴ συνέβη ἡ εἰκονομαχικὴ αἵρεσις, δι᾽ ἣν καὶ αὖθις ἐσχίσθησαν. Ἀπὸ δὲ τῆς ἑβδόμης ἐπὶ τὰ πρόσθεν μέχρι καὶ Φωτίου, οὐδ᾽ οὕτως λόγος τις περὶ αὐτῶν. ὁ γεμὴν Φώτιος μετὰ πολλὴν καταβολὴν, καὶ τάραχον ἀπολυπραγμόνως πάλιν ἡνώθη τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν ἦν ὁμοίως ἕνωσις, κἂν ἐπὶ τοῦ Σεργίου τοῦ ἐπὶ τοῦ Βουλγαροκτόνου πατριαρχεύσαντος λέγηται πάλιν σχίσμα γενέσθαι, κατὰ ποίαν δὲ αἰτίαν ἀγνοῶ, δοκεῖ μέντοι διὰ τῶν θεόνυς. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἄγνοια ἦν τῶν Ῥωμαϊκῶν σφαλμάτων τῆς κοινωνίας ἴσως οὐδεὶς ἐμέμφετο. Ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τῆς ἕκτης Συνόδου ἐγνώσθησαν, καὶ ἐπὶ τοῦ Φωτίου φανώτερον μεμπτέα ἡ ἕνωσις. ἔχρην γὰρ ὃ ἔκριναν κακὸν, καὶ ἀποστρέφεσθαι, ἢ διορθώσασθαι. εἰ δὲ τὴν δύναμιν ὑπερέβαινεν ἡ διόρθωσις, τέως διὰ λόγων αἰτιᾶσθαι. εἰ δὲ οὐ βλαπτικὰ τὰ αἰτιάματα, ὅπερ ἀπίθανον, ἀκόλαστα δὲ ταῦτα οἱ ἐσόμενοι εἰς τοῦτον χρόνον, ἵνα τί καταμέμφονται νῦν οἱ Λατῖνοι, ὀρθῶς φρονεῖν λέγοντες. *Decimum quartum sub Photio Constantinopolitano magnum exortum est schisma, & multæ in Romanos criminationes, vt Encyclica Epistola exhibet: subsecuta vero Ecclesiarum vnione, vti a Photio conflata Synodus edocet, & vnito Ioanne Romano, cum canonice antiquissima priuilegia obtinuisset, Romanæ criminationes, quas & sancta Synodus, & Photius ipse in crimen adducunt, prorsus absque vllo examine silentio præteritæ sunt. A sexta*

ita-

itaque Synodo ad ſeptimam preterierunt anni quadraginta octo, & Eccleſiæ communicabant, & de Romanorum erroribus nullus ſermo habitus eſt, niſi Iconoclaſtarum hæreſis exorta fuiſſet, cuius cauſa rurſum Eccleſiæ ſciſſæ ſunt; a ſeptima vero ad tempora ſubſequentia vſque ad Photium, neque vllus pari modo de ijſdem ſermo fuit. Verum Photius poſt vehementem criminationem, & turbas abſque multo negotio iterum cum Romanis ſocietatem inijt, & ſimiliter perdurabat Eccleſiarum vnio, licet ſub Sergio, qui Patriarchatum tenuit ſub Bulgaricida dicatur ſchiſma renouatum. quam vero ob cauſam ignoro; ſed opinor cauſa ſedium. Quod ſi Romanorum errores non innoteſcebant, nemo fortaſſe communionem criminabitur. Veruntamen cum a ſexta Synodo iam paterent, & ſub Photio magis ac magis, culpanda vnio eſt: Addecebat ſiquidem, quod malum indicauerant, vel vitare, vel ſaltem corrigere. Quod ſi ſupra facultatem correctio erat, minimum per ſermones ſeſe opponere. Si tamen criminationes fidem non vulnerant, quod ſuaderi non ita facile eſt, qui illa per tot tempora indemnata relinquunt, qua de cauſa nunc Latini accuſantur aſſerentes ſeſe recte ſentire? Et Auctor Anonymus, de ijſdem diſſidijs in Codice MS. Græco Vaticano Num. 1150. Ἐπὶ Φωτίου, ὡς ἡ ἐγκύκλιος αὐτοῦ πατριαρχικὴ ἐπιστολὴ μεγάλη διαφορὰ ἦν περὶ τῶν φρασ-

ϊκῶν σφαλμάτων, περὶ ὧν καὶ οἱ τῆς ἕκτης ἐπεσημήναντο· ἀλλ' ἑνώσεως γενομένης Φωτίου καὶ Ἰωάννου τοῦ Πάπα, οὐ μόνον τὰ αἰτιάματα ὡς ἀθύρματα παρέδραμον ἀσυζήτητα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀρχαῖα δίκαια τῆς Ῥώμης ἐκύρωσαν. ἃ νῦν οὐκ ἔχων ὁρᾶται. Ἀπὸ γοῦν τῆς ἕκτης ἄχρι τῆς ἑβδόμης ἐτῶν ρμή παραρρευσάντων, οὔτε περὶ τούτου, οὔτε ἐν τῇ ἑβδόμῃ ᾐτιάθησαν οἱ Ῥωμαῖοι διὰ τὰ ἐν τῇ ἕκτῃ σφάλματα. πάλιν ἀπὸ τῆς ἕκτης μέχρι Φωτίου ἱκανοῦ παρελθόντος χρόνου, οὐ τοιαύτης ζήτησις οὐ συμβέβηκε, καὶ μᾶλλον ἐπὶ Φωτίου, οὓς ἀρχιερεῖς ἐχρῆν πρῶτον ἐπιδιορθώσασθαι τὰ τοιαῦτα, καὶ οὕτως ἑνωθῆναι τοῖς Ῥώμης. ἔτι ἐπὶ Σεργίου τοῦ ἐπὶ τοῦ Βουλγαροκτόνου χίσμα. εἰ μὲν διὰ τὰ σφάλματα τὰ Ῥωμαϊκὰ, πῶς ἀνεξέταστα ταῦτα παραδραμόντες οἱ πρότερον ἥνωνται. εἰ δὲ διὰ τὴν τῶν προνομίων, καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν δικαίων ὑφαρπαγὴν, πολυπραγμονείτω ὁ βουλόμενος. ἰδοὺ γὰρ καὶ ἡ περὶ τοῦ πνεύματος βλασφημία, καὶ ἡ τῶν ἀζύμων κατάχρησις, καὶ τῶν σαββάτων ἡ τήρησις, καὶ τὸ βδελυκτὸν ἡγεῖσθαι τὸν τῶν ἱερέων γάμον, καὶ τὰ λοιπὰ ἐν τῇ ἐγκυκλίῳ τοῦ Φωτίου τῇ πρὸ τῆς μετὰ Ἰωάννου τοῦ Πάπα ἑνώσεως, καὶ ἐν τῇ ἕκτῃ ἐμφέρονται. Πῶς γοῦν ἥνωνται, ἀπορῶ μετὰ τὴν τοσαύτην ἀλογωτάτην διαφοράν. *Sub Photio, ut Epistola eius Encyclica personat, magnum dissidium exortum est propter errores Latinorum, quæ Synodi sextæ Patres indicarunt, sed unione Photij perfecta, & Papæ Ioannis, non tantum criminationes veluti res ludicras*

absq;

absque ullo examine obticuerunt, sed & peruetusta iura Romæ confirmarunt, quæ modo non possidet. Itaq; à sexta Synodo usq; ad septimam cum præteriissent anni centum quadraginta octo, neq; antea, neque in septima delati sunt impietatis Romani ob errores in sexta propositos. Rursumque à sexta ad Photium cum non paruum tempus intercessisset, similiter quæstio ulla mota non est. & potissimum sub Photio: quos Præsules oportebat antea similia corrigere, & postmodum unionem cum Romanis amplecti. Præterea sub Sergio Patriarcha, qui præfuit sub Bulgaricida nouum dissidium exortum est: Si propter Latinorum errores, qua ratione illos prætereuntes uniti sunt, an vero propter priuilegiorum, & iurium subreptionem, cuicunque id in animo est, curiosius perquirat. Ecce enim & de Spiritu blasphemia, & Azymorum abusus, & Sabbatorum obseruatio & inter abominanda reputare Sacerdotum matrimonia, & reliqua in Encyclica Epistola Photij ante unionem Ioannis accensita, & in sexta Synodo relata. Qua ergo ratione post causam adeo iustam, & dissidium uniti sunt usque dum non didici. Concludamus ergo in hac Octaua Photiana Synodo nullam habitam rationem dogmatis, Photium sua commoda non fidem circumspectasse, licet dogmata Latinorum Constantinopolitanis Patriarchis, alijsque Orienta-

li-

libus a Sexta Synodo innotuissent, quæ post Photium apud Orientales per multos annos indemnata fuere. Ergo vel Photius impius est, & auitæ suæ fidei proditor, qui ab Hæreticis in thronum restitui procurauit, & cum ipsis associatus vti fratres, & Patres eos agnoscit, & laudat, & eorum se precibus ad Deum committit: vel hæ postremæ Synodi Actiones nullo modo sub Photio habitæ sunt. & sic erunt figmenta, ac portenta posteriorum Schismaticorum impudenti solertia adinuenta.

Neq; enim de Photio viro sanctissimo, & Catholicæ fidei propugnatore aliud sentiendum est, qui Synodo Septimæ illiusque decretis addictissimus, nunquam passus esset illius dogmata vel minimum violari, cum in ea a Tarasio Actione prima definitum legatur; Τὸ κακὸν ἤδη κακόν ἐστι, καὶ μάλιστα ἐπὶ Ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. τὸ γὰρ ἐπὶ δόγμασιν εἴτε μικροῖς, εἴτε μεγάλοις ἁμαρτάνειν ταυτόν ἐστιν, ἐξ ἀμφοτέρων γὰρ ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ ἀθετεῖται. *Quod malum est, iam vtiq; malum est, & maxime in negotijs Ecclesiasticis. In dogmatum quippe causa, siue in parua, siue in magna peccare, id ipsum est: ex vtrisque enim lex Dei improbatur.* Quæ & Photium adnotasse, obseruasseque ex ipsius Epistola Encyclica cognoscimus; Καὶ γάρ ἐστιν ὄντως κοινὰ πᾶσιν. ἃ πάντας φυλάττειν ἐπάναγ-

νακῆκες. Καὶ περὶ γε τῶν ἄλλων τὰ περὶ τῆς πίστεως, ἔνθα καὶ τὸ παρεκκλῖναι μικρὸν, ἁμαρτεῖν ἐστιν ἁμαρτίαν τὴν πρὸς τὸν θάνατον. *Nam re vera communia omnibus sunt, quæ omnes custodire necesse est, & ante alia quæ de fide habemus, vbi vel paulum declinare, est mortifero se periculo obstringere.* Compertum itaque erat Photio, quanti dogma Fidei æstimandum esset, videbatque certissime, quantum illius, vel minima læsio damnum afferret Ecclesiæ, & nihilominus sua commoda communi Ecclesiæ bono, & saluti æternæ dignitatem terrenam prætulit sanctissimus vir.

Illud quoque considerandum est, etiam si concludamus, dictas Actiones a Photio vna cum Legatis Pontificijs habitas fuisse, nihil illas ad definiendum dogma de Processione Spiritus ex Filio pertinere, quod id nullo modo condemnatum est, cum nec alia, quæ Trullana Synodus, quam supra sextam vocauit Nicetas cap. 13. 52. 55., & 67. & Photius Latinis opposuit, condemnata sint, quod ex Niceta Nicæno de dissidijs Græcorum, & Latinorum addiscimus. Et ego credam, in Actionibus hisce de dogmate actum fuisse, & quod magis est, sententiam Latinorum *ex Filio* condemnatam? Atrox flagitium est, quod apud suos Photianos Photius contrahit. Cui hæresis antea

publice & voce, & scripto proclamata, errores, & crimina non multo ante Romanis inclementer obiecta, impietatisque manifesto modo prehensa, dum vno consensu cum Romanis iungitur, ludi sunt pueriles, & nugamenta, & vt res nullius momenti, adeo inconsiderate posthabentur, vna sola in Patriarchatu restitutione, quia optata contigit, vendidit Photius pietatem, Fidem, Ecclesiam, Christum: quæ parentes, & progenitores sanguine, & vita per tot secula redemerunt, sola ambitione Photij turpissimo mercatu prostituuntur. Eant nunc Photiani, & sanctitatem nobis Photij, & sapientiam, & diuinum cultum, & pro Religione certamina, & reliqua, quæ in hac Octaua Synodo ad nauseam repetitis clamoribus deprædicantur, insonent. Fides Catholica infeliciter proscribitur, pietas conculcatur, Christus misere a nouo Iuda diuenditur, & hæresis, & errores profligati, vna cum restitutione Photij in Patriarchatum, in Ecclesiam, in fidelium animos restituuntur. Quamuis ipse Photianus non sim, ne in eum inclementior videar, vocem pro eo mittam, & causam suscipiam. Vexatio dat intellectum: ideoque condemnatus, fugatus, proiectus in exilium, errans, & vndique exclusus, quam in prospe-

ra

ra fortuna perdiderat sapientiam adipiscitur, & probra in Romanos iniuste a se iacta fuisse agnoscens, veritatem quam criminatus fuerat, etiam inuitus amplectitur, & cum non posset amouere, vulpino consilio excipit, & ore tacito insimulat, & cum non interponat damnationem, quod non erat, esse simulat. Non est ergo hisce Actionibus dogma damnatum. Quod si dogma non sanum reputatum fuisset, neque Photius, neque alij Græci, qui eum subsecuti sunt, vnquam eorum societatem admisissent, quod supra annotauerat iam dictus Niceta.

CAPVT XI.

In illa Synodo de Dogmate nullus sermo habitus est, nec Conimonitorio Pontificio in omnibus obtemperatum, ideo facta omnia in dicta Synodo & potissimum in his Actionibus irrita, infectaq; remanent.

SEd damnatur additio. Quid tum? Aliud est *Processio Spiritus etiam ex Filio*, aliud illius in Symbolo *Additio*. Processionem plerosque ex Græcis schismaticis non damnasse, tantummodo Additionem, fuse a nobis alibi probatum est. Sed cum damnatur additio in Symbolo, in Symbolo tum

temporis additionem fuisse perspicuum est. Non puto. Tum enim in Ecclesia Romana Symbolum absque ea additione recitatum fuisse existimo, & videtur ex his Actionibus colligi. Ioannes enim decreta Leonis Papæ non ita facile, nec tam cito abdicasset. Credidit Ioannes processionem Spiritus etiam ex Filio, sed illam in Symbolo recitasse non adeo facilis probationis est. Καὶ μή τις τῶν ἐθελοκακῶν στοιχειούντων ὁρμῇ περὶ ταῦτα λεγέτω τὰ τῆς οἰκείας γνώμης ἐκτόκια, ὡς παρὰ Φωτίῳ, καὶ τῇ Συνόδῳ καὶ πέπρακται, καὶ κεκύρωται τοῦ τῆς πίστεως συμβόλου δίχα προσθήκης ἀναγνωσθέντος ὡς τῶν Ῥωμαίων δῆθεν εἰς τὴν αὐτὴν συνελθόντων, καὶ συνθεμένων ἀθέτησιν. Τὸ μὲν γὰρ οὕτω τὸ σύμβολον ὑπαναγνωσθῆναι δέχομαι καὶ αὐτὸς, καὶ οὔποτε περὶ τούτου ζυγομαχήσω τινὶ, ἐς' ἂν εἰδὼς εἴην Ῥωμαίους, καὶ κοινῇ μεθ' ἡμῶν καὶ ἰδίᾳ κατά τινας τῶν ἡμετέρων ὡρισμένας ἐκφωνοῦντας αὐτὸ κατὰ τὴν ἀρχαίαν παράδοσιν. τοῦτο δὲ βούλομαι γνῶναι ὡς εἰ δογματικῶν λόγων κινηθέντων περὶ τούτου, εἰ καὶ τούτων χωρὶς ἀνεξετάστως, οὕτως καὶ ὡς οἷον ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος Ῥωμαῖοι κακῶς φρονοῦντες ἐπὶ τοῖς τῆς προσθήκης λόγοις ἠλέγχθησαν, καὶ τῇ ταύτης ἀθετήσει συνέθεντο, τοῦτο μαθεῖν ἐθέλω. *Et nullus eorum, qui sponte deteriora capessendi impetu procedunt, ad hæc propriæ sententiæ abortus enunciet, omnia a Synodo, & Photio absoluta esse & stabilita, cum fidei Sym-*

Symbolum absque additione recitatum fuisset, quasi vero Romani in illius consensissent, & conuenissent improbationem. Symbolum etenim eo modo lectum fuisse & ipse recipio, neque de eo cum aliquo contendam, donec video Romanos & communiter nobiscum, & priuatis certis præscriptis diebus recitantes illud secundum antiquam traditionem. Illud porro scire aueo, si tum temporis de dogmate sermones agitati sunt, an vero ijs neglectis absque vllo examine, & quasi res in confesso esset, Romani vti male sentientes de additione deprehensi sunt, & illius improbationi assensum præstiterunt. Hoc vero scire aueo. Ioannes Veccus ad Sugdææ Theodorum lib. 3. Ταῦτα λέγοντα οὔπωσὶ διελεσκοντες Φώτιον οἱ πρὸς οὓς ἡμεῖς τοὺς λόγους ποιούμεθα, οἴονται τῆς ἔχθρας τὴν εἰρήνην αὐτὸν ἀνταλλάξασθαι, τὸ διὰ τῶν τοῦ Πάπα Ἰωάννου θεοσεβῆς τοποτηρητὰς τὸ δίχα τῆς προσθήκης ἀναγινωσκόμενον παρ' ἡμῖν τῆς πίστεως σύμβολον ὑπογράψαι τε, καὶ ἐπισφραγίσασθαι. Τὸ δ' οὐκ αὖτις τῶν ἀσυμβόλως ἐπιβάλλειν εἰδότων ῥᾴδιον εἰς πίστιν ἡγήσατο. Ἐπεὶ μηδὲ δογματικός τις λόγος ἐν τῇ πρὸς εἰρήνην γενομένῃ τότε Συνόδῳ διείρηται κινηθείς. ἀλλ' ἐπίκρυψις τοῦτο τῆς ἀληθοῦς ἦν αἰτίας, καθ' ἣν ἡ κατὰ πάσης τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἀνήφθη τῷ Φωτίῳ δυσμένεια. Τὸν γὰρ ἐξ ἁπάντων ψόγον ὑφορώμενος Φώτιος, ἐφ' οἷς τοῦ μὲν Πάπα Νικολάου μὴ προσιεμένου αὐτὸν πᾶσαν τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν

περὶ τὸ θεῖον ἐξυβρίζουσι, καὶ ἀσεβοῦσι, καὶ παρανομοῦσι τὰ ἔσχατα ἀπεκάλει, τοῦ δὲ Πάπα Ἰωάννου τὴν εἰς τὸν Πατριαρχικὸν θρόνον καθίδρυσιν τούτου ἐπευδοκήσαντος, ἁγίαν ταύτην, καὶ εὐσεβείας διδάσκαλον ἀνεκήρυττεν, ὥσπερ τινὰ ἀπολογίαν ὑπὲρ τῆς πρὸς τὸν Πάπαν Ἰωάννην εἰρήνης προβάλλεται τὸ, διὰ τῶν ἐκείνου τοποτηρητῶν τὸ τῆς πίστεως ἐκεῖνον ἀποδέξασθαι σύμβολον, καὶ γνώμῃ, καὶ γλώσσῃ, καὶ χερσὶν ἱεραῖς τῶν τοιούτων περιφανεστάτων, καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν ὑπογράψαι αὐτὸ, καὶ ἐπισφραγίσασθαι. τοῦτο δὲ οὕτω πεποιήκασιν οὗτοι διὰ τὸ, καὶ τοὺς περὶ τοῦ Πάπα Ἰωάννου τὸν ἐκκλησιαστικὸν τῆς Ῥώμης θρόνον κοσμοῦντας τὸ τοιοῦτον σύμβολον ἅγιον, καὶ εὐσεβείας πλῆρες ὁμολογεῖν. ὅπερ οὖν καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου μέχρι τῶν νῦν, καὶ γνώμῃ στέργουσι, καὶ γλώσσῃ ἀνακηρύττουσι. Καὶ ἀπόδειξίς μοι τοῦ λόγου τὸ τῶν εὐαγγελίων ἀμετάποιητον, καὶ πᾶσα γραφὴ πατρικὴ ἡ τὸ πνεῦμα λέγουσα ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, δίχα προσθήκης παρ᾽ αὐτοῖς, καὶ ἀναγινωσκομένη, καὶ ὁμολογουμένη. *Hæc cum inueniant Photium scribentem illi, cum quibus nobis sermo est, opinantur inimicitias cum pace commutasse, quod Papæ Ioannis pÿ locumtenentes absque additione, quod apud nos legitur, Symbolum subscripserint, & obsignauerint. Hoc vero nemo ex ÿs, qui ad bene coniectandum idonei sunt, facile sibi credendum proponeret, cum nec dogmatica ulla oratio in ea Synodo, quæ pro pace sancienda coacta fuerat, reperiatur edita.*

Sed

Sed vera causa illud erat occultatio, propter quam cum vniuersa Romana Ecclesia simultates, ac inimicitia Photio exortæ fuerant. Cum enim vereretur, ne omnium reprehensionem incurreret, quod cum Papa eum Nicolaus non admitteret, Romanam Ecclesiam vniuersam in numen iniuriam, impiam, & legum maxime præuaricatricem nuncuparet; & cum Papa Joannes in thronum Patriarchalem restitutioni illius assensum præbuisset, eandem sanctam, & pietatis magistram prædicaret, pro pace cum Ioanne inita, quasi apologiam contexens, per suos Locumtenentes Ioannem accepisse Symbolum, & mente, & lingua, & sacris illustrissimorum, & admirandorum hominum manibus subscripsisse, obsignasseque. Hoc autem ita isti perfecere, veluti qui ante Papam Ioannem Romanam sedem ornarunt, hoc sanctum Symbolum, & pietate plenum profitebantur, & qui post eum ad hæc vsque tempora successere, & mente amplectuntur, & lingua deprædicant. Et dictum meum demonstrabit Euangeliorum nulla facta immutatio, & omnia Patrum scripta, quæ Spiritum tradunt, ex Patre procedere absque additione vlla ea apud illos & legi, & approbari. Quod si additio tempore Photij facta est in Symbolo, eam nusquam reprobatam fuisse probauimus alibi. Et post Photium inter Græcos, & Latinos vnio subsecuta per

tot annos manifesto indicat, sententiam Latinorum, si facta non est approbatam fuisse; si additio facta est, etiam additionem vti veram, & rationabilem comprobatam fuisse ad tempora vsque Sergij Patriarchæ.

Dicunt, hanc nullo modo a Photianis confictam, sed re ipsa, & Oecumenicam cum omnibus suis partibus fuisse, cum in ea præsentes adfuerint Photius Patriarcha Constantinopolitanus, Legati Pontificij Paulus, Eugenius, & Petrus, Locumtenentes reliquorum trium Patriarcharum, & Metropolitanorum, & Episcoporum, & aliorum non contemnendus numerus, & Imperator ipse Basilius cum filijs, eique assentientes subscripserint, nihilq; in ea desideretur, quod Oecumenicam Synodum præfiniat.

Hoc vero postremum probandum est, quod nunquam planum fiet. In ea Pontificij Legati seducti mandata sibi a Pontifice data violant, *quibus violatis* (sic præmonet Pontifex) *reliqua pro infectis habeantur*. Patriarcharum aliorum Oratores minis, atque pollicitationibus seuocati votis Photij, atq; Imperatoris cedunt: alij Metropolitæ, & Episcopi partim sunt mancipia Photij, partim palpatores pessimi, partim excommunicationibus ob sacros Canones læsos irretiti

titi

titi, ideòque a ſententia ferenda in Synodo excluduntur. Imperator artibus Santabareni infatuatus, atque animo obcæcatus a iure dicendo repellitur: Photius ipſe actor, ipſe plurium ſcelerum reus, ipſe iudex depoſitus, excommunicatus, exauctoratus, ſecularis, & apoſtata denunciatus. Et ſimilis ſceleratorum colluuies Synodus vocabitur, & inter Oecumenicas collocabitur?

Examinemus ſingula. Mandatum Legatis a Ioanne Papa commiſſum, non aliud fuit, quam Photij reconciliatio in Eccleſia, & reſtitutio in thronum, ſi factis indoluerit, & pœnitentiam egerit. Proſtat Commonitorium Legatis Paulo, & Eugenio datum, ex quo liquido apparet, ipſos Legatos Conſtantinopolim miſſos fuiſſe tantummodo pro Photij reſtitutione; Ioannes Epiſtola 203. ad Paulum, & Eugenium. *Quatenus ea, quæ pro pace, & vnitate Eccleſiæ Dei agenda ſunt ſecundum Apoſtolicos noſtræ auctoritatis apices, & ſecundum Commonitorij noſtri tenorem capitulatim deſcriptum ſagaci valde intuitu ſimul agatis, & ita definiatis.* Et Epiſtola 250. quæ videtur miſſa Photio; *Nam & ea, quæ pro cauſa tuæ reſtitutionis Synodali decreto Conſtantinopoli miſericorditer acta ſunt, recipimus: & ſi fortaſſe noſtri Legati in eadem Synodo contra Apoſtolicam præceptionem*

nem

nem egerunt nos nec recipimus, nec iudicamus alicuius esse firmitatis. Et Epistola 501. ad Augustos eadem verbo tenus exprimit. Ergo Commonitorium illud Legatis traditum nihil aliud continebat quam quod Ioannes Pontifex ante coactam Synodum, & postmodum toties repetit, restitutionem nempe Photij, quam *misericorditer* etiam peragendam mandat, non Photij nempe merito atque virtute, sed miseratione Pontificis. Et modum quoque præscribit Epistola ad Basilium, Constantinum, & Alexandrum. quamuis ea partim inuerterit, partim suppresserit Photius; *Nunc itaque alijs Patriarchis Alexandrino videlicet, Antiocheno, & Hierosolymitano, atque omnibus Archiepiscopis, Metropolitis, Episcopis, & Sacerdotibus, cunctoque Clero Constantinopolitanæ sedis, qui de ordinatione B. Methodij, & Ignatij reuerendissimorum Patriarcharum existunt, vna voluntate parique voto consentientibus eundem Photium satisfaciendo, misericordiam, coram Synodo secundum consuetudinem postulantem in vera dilectione fratrem, in Pontificali officio comministrum, atque coram Synodo misericordiam quærendo in pastorali magisterio consacerdotem pro Ecclesiæ Dei pace, & vtilitate amodo Christo fauente, recipimus, & habemus*. Ipsiq; etiam Photio indicauit Epistola 201. *Et*

cum

cum non sit reprehensibilis erga correctum quantacunque miseratio, si satisfaciens coram Synodo misericordiam secundum consuetudinem postulaueris, ac si euidenti correctione vteris, & peritiæ non obliuiscens, nullius damna moliaris, quin potius auxilia eorum, qui tibi non velle consentire dicuntur, studiose dissolueris, eosq; suis Ecclesijs, & honoribus restitueris: & si omnes vno voto, vno consensu, & vna concordia in tua restitutione conuenerint, veniam pro pace sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ tibi concedimus, communionem quoq;, & gradum coram Synodo misericordiam quærendo nihilominus reddimus, & vt sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ præesse debeas, consentimus. Et cum tentata, & facta a Photio in ea Synodo vidisset non esse ad mentem Pontificis Ioannis, Marinus Episcopus, illius in sede successor, quæ Photiani Synodice definierant dissoluens, annullansque per triginta dies in carceribus detinetur, sic referente Stephano Papa literis ad Basilium Imperatorem. Et hoc antequam de factis Constantinopoli certior fuisset factus Ioannes; cum vero postmodum illi & astus Photij, & impudentia, & Præsulum inconsideratissima temeritas innotuissent, sententiam, quam *misericorditer* tulerat in Photium, reuocauit, & Acta Concilij rescidit, & nouo decreto Photium ex-

com-

communicatum exauctorauit, & Legatos Romam reuersos in ambone anathemate damnatos deposuit. Et Acta Synodi rescidisse, irritaque declarasse tanquam quæ contra Apostolicam præceptionem acta fuissent, testatur Formosus Papa Epistola ad Stylianum; *Hanc sententiam promulgauit Papa Hadrianus, & Archidiaconus eius Ioannes, qui illi successor fuit, atque alta voce coram ipso ita proclamauit; In Photio completum videmus, Domine sanctissime, & Oecumenice Papa illud Psalmi; Dixit peccator vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius. Posuit in Cœlum os suum, & graueolens eius guttur aperuit Photius aduersus clauigerum Apostolicæ sedis. Accendatur itaque vt ignis zelus tuus, & accingere vt vir supra femur tuum, & contumeliam Apostolicæ sedis vt iustus iudex vindica, & falce sententiæ tuæ abscinde memoriam eius, & illos, qui eum sequuntur, vel tuentur, anathematis vinculo constringe, & nisi propria voce, vel scriptione ipsum damnauerint, vt neque laicali communione recipiantur. Qui hæc dixit Ioannes, Hadriano in sede successit, & anathemate Photium damnauit, quando ille seduxit Eugenium, & eius socios, qui pro rebus Bulgariæ venerant. Cum enim accepisset Euangelium, & ambonem conscendisset omnibus audientibus ita dixit. Quicunque non* ha-

habet damnatum Photium diuina sententia, sicut ipsum reliquit Nicolaus, & Hadrianus sanctissimi Papæ prædecessores mei, sit anathema. Confirmatque hæc Ioannes Nonus Epistola ad Stylianum verbis supra adductis.

Hinc palam arguitur, alia Legatis suis præcepisse Ioannem, & in Commonitorio digessisse, alia a Photio, & Legatis, eaque longissime diuersa peracta; & Commonitorium suetis Photio corruptelis, vti & Epistolas ipsius Ioannis, & antea Nicolai deprauatum fuisse, idq; vt melius agnoscatur Commonitorium ipsum, vti lectum est in Synodo, apponamus. Act. 3. Πέτρος ὁ θεοσεβέστατος Πρεσβύτερος, καὶ Καρδινάλις, εἶπε. Τὸ εὐαγγελικὸν ἀποπληρώσεις λόγιον τὸ φάσκον, ὅτι ἐγὼ τὴν δόξαν μου οὐ ζητῶ. ἔστιν ὁ ζητῶν, καὶ κρίνων. ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τούτων ὁ καιρὸς ἐδοκίμασεν. εἰ δοκεῖ δὲ τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ, καὶ εἰρηνικωτάτῃ Συνόδῳ, ἀναγνωσθήτω καὶ τὸ ἐπιδοθὲν ἡμῖν Κομμονιτόριον, ἤτοι ἔνταλμα, παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πάπα Ἰωάννου, ἐν ᾧ καὶ πάντες οἱ καθ' ἡμᾶς Ἀρχιερεῖς, καὶ Ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν. Ἡ ἁγία Σύνοδος εἶπεν. Ἀναγνωσθήτω. καὶ δὴ ἀναστὰς Πέτρος ὁ θεοσεβέστατος Πρεσβύτερος, καὶ Καρδινάλις διὰ Λέοντος Πρωτοσπαθαρίου, καὶ ἑρμηνέως ἀνέγνω. Κομμονιτόριον τοῖς ἀδελφοῖς Παύλῳ, καὶ Εὐγενίῳ τοῖς Ἐπισκόποις, ὡσαύτως καὶ Πέτρῳ Πρεσβυτέρῳ, καὶ Καρδινάλι ἡμῶν τοῖς ἐν Κωνσταντινουπό-

λει ἀποσταλμένοις. α'. Μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας, καὶ τῶν πρεσβειῶν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰσερχομένων ὑμῶν, ὅπου προστάξει ὁ Βασιλεὺς, ἐκεῖσε μετατέθητε, καὶ πρὸ τοῦ τὸν Βασιλέα θεάσασθαι, ἄλλῳ τινὶ τὰς Ἀποστολικὰς ἐπιστολὰς μὴ θελήσητε δοῦναι. παρόντες αὐτοῦ δὲ ὑμῶν ἐνώπιον τοῦ Βασιλέως, τὰς ἐπιστολὰς παρέχετε, τοιούτοις ῥήμασιν αὐτῷ προσφθεγγόμενοι: Προσκυνεῖ τὴν ὑμετέραν ἐκ Θεοῦ βασιλείαν ὁ πνευματικὸς ἡμῶν πατὴρ ὁ κύριος Ἰωάννης ὁ Ἀποστολικὸς Πάπας. Τὸ ὑμέτερον ἐκ Θεοῦ κράτος ταῖς αὐτοῦ καθ' ἑκάστην ἱκεσίαις παρατιθέμενος τῷ ἁγίῳ Θεῷ, ἵνα ὁ τοιαύτην ὑμῖν ἐπιθυμίαν δοὺς, διὰ τὸ πρᾶγμα τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης αὐτικαταπέμψῃ ὑμῖν τὴν χάριν αὐτοῦ, καὶ παραμυθήσηται ὑμᾶς τῇ αὐτοῦ κατευοδώσει, καὶ τηρήσει ἐν ἀγαθοῖς τὸ θέλημα ὑμῶν. β'. Ἐὰν θελήσῃ ὁ Βασιλεὺς, πρὸ τοῦ τὰς ἐπιστολὰς ἀναγνῶναι τὰ τῆς ἀποκρίσεως ἡμῶν ἀναμαθεῖν κεφάλαια, τοιούτοις ῥήμασιν αὐτῷ προσείπατε. εἰ κελεύει ἡ βασιλεία ὑμῶν, ἰδέτω τὰς ἐπιστολάς. καὶ ἐὰν εἴπῃ, τί περιέχουσιν αἱ ἐπιστολαὶ, ἀποκρίθητε αὐτῷ, προσκυνήσουσι πρὸς τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν, καὶ λόγους τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης συγκροτοῦντας τὸν σύνδεσμον, καὶ παντὶ τρόπῳ καλῶς ἀποπληροῦντας. γ'. Τῇ δὲ ἑτέρᾳ ἡμέρᾳ προσαγορεύοντες Φωτίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπίδοτε καὶ τὴν ἐπιστολὴν, ἀσπαζόμενοι αὐτὸν πρεπόντως τοιούτοις ῥήμασιν, Προσκυνεῖ σε ὁ κύριος ἡμῶν Ἰωάννης ὁ Ἀποστολικὸς Πάπας, καὶ θέλει ἔχειν σε ἀδελφὸν, καὶ συλλειτουργόν.

δ'.

δ'. Καθὼς ἀπέστειλεν ὁ Βασιλεὺς, ἵνα διὰ τὴν εἰρήνην τῆς Ἐκκλησίας ἀποδεξώμεθα τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην Φώτιον ἀδελφὸν, καὶ συλλειτουργὸν ἡμῶν, εἰσηκούσαμεν τῆς δεήσεως ὑμῶν, καὶ κελεύομεν, ἵνα ἐνώπιον ὑμῶν ἔλθῃ εἰς τὴν Σύνοδον, καὶ ἀποδέξηται αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἐκκλησία κατὰ τὴν διάταξιν τῶν Γραμμάτων ἡμῶν, ἀποδέξησθε αὐτὸν καὶ ὑμεῖς συγκοινωνὸν καὶ συλλειτουργὸν, καὶ ἵνα εὐχαριστίαν, καὶ ἔλεος τῇ Ἐκκλησίᾳ τῶν Ῥωμαίων προσφέρῃ. ε'. Ἀναστάντες εἴπατε αὐτῷ· Κελεύει ὁ κύριος ἡμῶν ὁ ἁγιώτατος Πάπας, ἵνα πάντες οἱ ἐν διαφόροις ὄντες τόποις ἱερεῖς, εἴτε Ἐπίσκοποι, εἴτε Πρεσβύτεροι, εἴτε ἄλλοι τινὲς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν ἕως τοῦ παρόντος κοινωνῆσαι μεθ' ὑμῶν, διὰ τοῦ μόχθου ὑμῶν ἑνωθῶσι τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Χριστοῦ, καὶ γένωνται ἓν μεθ' ὑμῶν. Ἐρχομένων δὲ αὐτῶν, ἀποδέξεται αὐτοὺς ὡς πατὴρ τέκνα, καὶ νουθετήσει αὐτοὺς πολλάκις, ἵνα διὰ τὴν εἰρήνην τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ὁμονοήσωσι μετὰ τοῦ Ἀποστολικοῦ, καὶ κρατήσωσι μετ' αὐτοῦ ἓν θέλημα ἀποδεχόμενοι Φώτιον τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην, καὶ γινόμενοι αὐτοῦ συγκοινωνοί. οἱ δὲ ἐρχόμενοι ὅσοι μὲν προεχειροτονήθησαν, ἵνα ἀπολάβωσι τοὺς θρόνους αὐτῶν. οἱ δὲ ἐσχάτως χειροτονηθέντες, ἵνα ἔχωσιν ἐκ τῶν αὐτῶν Ἐπισκόπων διαφορὰς καὶ σκεπάσματα ἀρκοῦντα. ς'. Καθεσθέντων ὑμῶν ἐπὶ τῆς Συνόδου μετὰ τοῦ προρρηθέντος ἁγιωτάτου Πατριάρχου, καὶ τῶν τῆς ἀνατολῆς τοποτηρητῶν, ἅμα τοῖς λοιποῖς Ἀρχιεπισκόποις, καὶ Μητροπολίταις, καὶ πᾶσι τοῖς Ἱερεῦσι τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας, προστάττετε ἀναγνω-

γνω-

Γνωσθήτωσαν αἱ ἐπιστολαὶ αἱ πρὸς τὸν βασιλέα ἀποσταλεῖσαι, καὶ ἐρωτηθήτω ἡ Σύνοδος, εἰ ἀποδέχεται αὐτάς, καὶ ἐὰν φυλάττωσι τὰς μαρτυρίας, ἃς περιέχει ἡ ἐπιστολή, ἀποκειναμένων αὐτῶν, εἴπατε. Ὁ κύριος ἡμῶν ὁ ἁγιώτατος Πάπας, πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν φροντίδα ποιούμενος, καὶ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας, καὶ ἑνώσεως, καὶ εἰρήνης προμηθούμενος, ἀπέστειλεν ἡμᾶς τοὺς δούλους αὐτοῦ, ἵνα τοὺς διεσκορπισμένους συναγάγωμεν, καὶ τοὺς διεστῶτας εἰρηνεύσωμεν, καὶ τῷ ἐλέει τῆς Ἐκκλησίας χεῖρα ὀρέξωμεν, τοὺς κατερραγμένους ἀνορθώσωμεν, ἵνα πάντες ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζωμεν τὸν Πατέρα σὺν Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. ἔστι τοῦτο καλόν, ἢ οὐχί; Ἡ ἁγία Σύνοδος εἶπεν, Ὅσα πρὸς εἰρήνην, καὶ ὁμόνοιαν τῆς Ἐκκλησίας εἰσί, καὶ καλά, καὶ ἀποδεκτὰ ἡγούμεθα. ζʹ. Τοὺς δὲ διαμένοντας ἐν τῇ αὐτῶν αὐθαδείᾳ, καὶ ταραχῇ, καὶ εἰς τὴν ἑνότητα τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἀδελφῶν μὴ θέλοντας συνελθεῖν, μηδὲ τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης διαφυλάξαι, μετὰ δευτέραν, καὶ τρίτην νουθεσίαν ὑμῶν τε, καὶ τῆς ἁγίας Συνόδου ποιήσατε αὐτοὺς ἀκοινωνήτους, καὶ παντὸς τάγματος Ἐκκλησιαστικοῦ ἀφορίσατε, ἕως ἂν ἑνωθῶσι τῷ οἰκείῳ Πατριάρχῃ, καὶ τῇ κατ' αὐτὸν Ἐκκλησίᾳ. ηʹ. Ἐξακολουθοῦντες τοῖς κανόσι τῶν ἁγίων Πατέρων, λέγομεν ἵνα μετὰ τὴν ἀποβίωσιν Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου, μηδεὶς ἀπὸ κοσμικοῦ ἀξιώματος εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως ἀνέλθῃ, καθώς, καὶ αἱ ἐπιστολαὶ ἡμῶν μαρτυροῦσι. θʹ. Θέλομεν ἐνώπιον τῆς Συνόδου, ἵνα τὸν προρρηθέντα Φώτιον τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην παρακαλέσητε,

ση τε, μήτε ὠμόφορον εἰς Βουλγαρίαν ἀποστεῖλαι, μήτε χειροτονῆσαι ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ, ἐὰν γὰρ τοῦτο ποιήσῃ, ἐλέγξαι αὐτὸν ἔχομεν κανονικῶς. ι'. Θέλομεν ἐνώπιον τῆς ἐνδημούσης Συνόδου ἀνακηρυχθῆναι, ἵνα ἡ Σύνοδος ἡ γενομένη κατὰ τοῦ προρρηθέντος Πατριάρχου Φωτίου ἐν τοῖς καιροῖς Ἀδριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀπὸ τοῦ παρόντος ᾖ ἐξωστρακισμένη, καὶ ἄκυρος, καὶ ἀβέβαιος, καὶ μὴ συναριθμῆται αὐτὴ μεθ' ἑτέρας ἁγίας Συνόδου. Ἡ ἁγία Σύνοδος ἀπεκρίθη. Ἡμεῖς δι' ἔργων ἀπεκηρύξαμεν, καὶ ἀπεβαλόμεθα, καὶ ἀνεθεματίσαμεν τὴν παρ' ὑμῶν λεγομένην Σύνοδον, ἑνωθέντες Φωτίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἡμῶν Πατριάρχῃ, καὶ τοὺς μὴ ἀποβαλλομένους τὰ κατ' αὐτοῦ γραφέντα, ἢ λαληθέντα ἐν αὐτῇ τῇ ῥηθείσῃ παρ' ὑμῶν Συνόδῳ, τῷ ἀναθέματι περιπέμπομεν. Ἠλίας Μητροπολίτης Μαρτυρουπόλεως, καὶ Ἠλίας Ἱεροσολύμων τοποτηρητὴς εἶπον. Καὶ πῶς γὰρ ἂν Σύνοδος ῥηθείη, ἡ μυρίων σχισμάτων τὴν Ἐκκλησίαν πληρώσασα; τίς ὀνομάσοιε Σύνοδον, τὴν Σαρακηνῶν ἀποκρισιαρίους κειτὰς, καὶ νομοθέτας καθίσασαν; ποίαις Συνόδοις ἀριθμηθείη, ἡ πάντων τῶν ἁγίων Συνόδων ἐναντία τολμήσασα. ἡ τοὺς ἀνευθύνους, καὶ χωρὶς τῆς οἱασδήποτε ἐξετάσεως καταδικάσασα. ἡ πάντας θεσμοὺς Ἐκκλησιαστικοὺς, καὶ πολιτικοὺς συγχέασα, καὶ καταστρέψασα; διὰ ταῦτα γὰρ οἱ τῆς ἀνατολῆς ἁγιώτατοι θρόνοι ἀποκηρύκτους τὰς πράξεις, καὶ ἀποβλήτους ἐποιήσαντο, καὶ τῷ ἀναθέματι παρεπέμψαντο. ια'. Βλέπετε ἵνα κατὰ τὸ Ἐκταλ-

μα ἡμῶν οὕτως παρεμπατήσητε, καὶ μήτε δώροις συναπαχθῆτε, μήτε διὰ κολακείαν, ἢ φόβον ἐκκλίνητε δεξιά, ἢ ἀριστερά, ἀλλὰ βασιλικῇ ὁδῷ πορεύθητε, ὡς τὸν τόπον, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἡμῶν, ἣν ὑμῖν διὰ τὴν εἰρήνην τῆς Ἐκκλησίας δεδώκαμεν ἔχοντες. ἵνα διὰ τοῦ ὑμετέρου κόπου, καὶ ἀξίου ὑμῶν μόχθου, τὴν χάριν ἡμῶν, καὶ τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου ἔχητε, καὶ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας γένησθε συγκληρονόμοι. Ἡ ἁγία Σύνοδος εἶπεν. Ἰδοὺ ὁρῶμεν ὑμᾶς κατὰ πάντα τῷ Ἐντάλματι τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα ἐξακολουθοῦντας. ἐπ' ἀληθείας γὰρ τοιούτου Ἀρχιερέως μεγάλου τοιούτους ἔδει εἶναι καὶ τοὺς τοποτηρητάς. Νικήτας ὁ θεοφιλέστατος Μητροπολίτης Σμύρνης εἶπεν. Ὁ Θεὸς οὕτως ἐποίησεν εὑρεῖν ὑμᾶς τὰ πράγματα, ἵνα κἂν θέλῃ τις ἔξωθεν τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν παραγγελμάτων τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα περιπατῆσαι, μὴ εὑρίσκῃ πρόφασιν. καὶ ὅπου τὰ πράγματα καὶ αὐτὰ ἐκεῖνα ἀναγκάζουσι, κατὰ τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ πορεύεσθαι, οὐ δὲ οἱ ἔχοντες φαύλας γνώμας δύνανται ἐναντία τῶν πραγμάτων ἐλθεῖν. πόσῳ οὖν μᾶλλον οἱ ἔχοντες τὴν διάνοιαν αὐτῶν πάσῃ ἀρετῇ κατηρτισμένην, οὐ δύνανται οὕτως παντελῶς ἐκκλῖναι δεξιά, ἢ ἀριστερὰ τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ, εἴτε τῶν ἐνταλμάτων τοῦ Ἀρχιερέως τῆς Ῥώμης. Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης εἶπον. Ὁ Προφήτης λέγει, εἰς πάντα ὅσα ἀποστέλλω ἡμᾶς πορεύεσθε. οὐκ ἤλθομεν πληρῶσαι εἰ μὴ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα. Ἡ ἁγία Σύνοδος εἶπεν. Ἐναργῶς βλέπομεν, ὅτι

τὸ

τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἀποστείλαντος ὑμᾶς Ἀρχιερέως πληροῦτε. Φώτιος ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης εἶπε. θεῖον θέλημά ἐστι τοῦ κατελθόντος ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀναλαβόντος, ἵνα καταλλάξῃ τὸ ἀνθρώπινον γένος πρὸς τὸν πατέρα ἀπὸ ἐκπεπολεμωμένον χρόνοις πολλοῖς ἔμπροσθεν, καὶ νῦν ὁρᾷ σὺν ἡμῖν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη ὅτι κατὰ τὸ θέλημα, καὶ τὴν ἐντολὴν τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα πάντα συνῆλθον. καὶ τὸ ἀντιπίπτον οὐδέν ἐστι, καὶ συνέδραμε τῇ ἐκείνου γνώμῃ καὶ ἡ τῶν πραγμάτων φύσις. Οἱ ἁγιώτατοι Τοποτηρηταὶ εἶπον. Τὸ ἔργον ἡμῶν τοῦτό ἐστι, ἵνα δι' αἰῶνος, καὶ μόχθου ἑνώσωμεν τῇ καθ' ὑμᾶς Ἐκκλησίᾳ. διὰ τοῦτο καὶ πολλοὺς κόπους ἐν τῇ ὁδῷ ὑπεμείναμεν. ὅμως οἱ ἅγιοι ἄνδρες διὰ κόπου ἤρεσαν τῷ Χριστῷ. Φώτιος ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης εἶπεν. ἔστι μισθαποδότης ὁ Θεὸς ὁ ὑπὲρ μεγάλους μισθοὺς, καὶ ἀκενώτους ταμιευόμενος ὑμῖν ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. Πέτρος ὁ θεοσεβέστατος Πρεσβύτερος, καὶ Καρδινάλις εἶπεν. Ἰδοὺ καὶ ὑπογραφαὶ τῶν Ἐπισκόπων, ὅπως ὡμονόησαν, καὶ ἀπεδέξαντο Φώτιον τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην σὺν πάσῃ τῇ ἁγίᾳ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ. Ζαχαρίας Ἐπίσκοπος τῆς Ἐκκλησίας Ἀναγνήνων, καὶ Βιβλιοθηκάριος τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου, ἐν τούτῳ τῷ Κομμονιτορίῳ ὑπὲρ τῆς ἀποδοχῆς Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου, ἰδιοχείρως ὑπέγραψεν. Μαρῖνος Ἐπίσκοπος, τῆς Ἐκκλησίας Ναρκόνσου, ὁμοίως ὑπέγραψεν. Δομίνικος Ἐπίσκοπος τῆς Ἐκκλησίας Τριβένσου, ὁμοίως. Φλῶ-

ρ☉ Ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας Μαυδυεῖενσυ ὁμοίως ἰδιοχείρως ὑπέγραψεν. Γαυδέειχος Ἐπίσκοπ☉ Βελιτέρνε, ὁμοίως. Στέφανος Ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας Φερεντίνης, ὁμοίως. Λέων Ἐπίσκοπος Γαβίνσης Μόσος, καὶ Ἀποκρισιάρι☉ τοῦ ἀποςολικοῦ θρόνυ ὁμοίως ὑπέγραψεν ἰδιοχείρως. Πέτρ☉ Ἐπίσκοπος Φορσπφρονένσου, ὁμοίως. Οὐάλπερτ☉ τῆς ἁγίας Πέτρου Ἐκκλησίας, ὁμοίως. Συμεὼν Ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας Φουνδάρων, ὁμοίως. Ἰωάννης Ἐπίσκοπ☉ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας Σινίνων, ὁμοίως. Βενέδικτ☉ Ἐπίσκοπος, ὁμοίως. Γρηγόρι☉ Ἐπίσκοπ☉ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας Σολβοκανδίδε, ὁμοίως, Βονιφάτι☉ Ἐπίσκοπ☉ τῆς ἁγίας τῶν Βλεραίων Ἐκκλησίας, ὁμοίως. Στέφαν☉ Ἐπίσκοπ☉ τῆς ἁγίας τῶν Νεπεσίνων Ἐκκλησίας, ὁμοίως. Γερμανὸς Πρεσβύτερ☉ τοῦ ἁγίου Παύλου, καὶ Ἰωάννου, ὁμοίως. Πέτρ☉ Πρεσβύτερ☉, τοῦ ἁγίου Χρυσογόνου, ὁμοίως. Βενέδικτ☉ Πρεσβύτερ☉ τῆς ἁγίας Βαλβίνης, ὁμοίως. Ἀδριανὸς Πρεσβύτερ☉ τοῦ ἁγίου Λαυρεντίου, ὁμοίως. Λέων Πρεσβύτερ☉, ὁμοίως. Ἰωάννης Πρεσβύτερ☉ τῆς ἁγίας Κικιλίας, ὁμοίως. Παῦλ☉ Διάκον☉, ὁμοίως ὑπέγραψεν. Λέων Διάκον☉, ὁμοίως. Μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ Κομμονιτορίου Πέτρ☉ ὁ θεοσεβέστατ☉ Πρεσβύτερ☉, καὶ Καρδινάλις εἶπεν. Ἀρέσκει τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιωσύνῃ; καὶ ἡ ἁγία Σύνοδ☉ ἀπεκρίθη. Ἀρέσκει. καὶ μάλιστα αἱ γενόμεναι ὑπογραφαὶ ὑπὲρ τῆς κοινῆς εἰρήνης, καὶ ὁμονοίας τῆς

ἁγίας

ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, καὶ ὑπὲρ τῆς ἀποδοχῆς Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου. Καὶ ταῦτα εἰπόντες, ἐπεφήμησαν. *Petrus pijssimus Presbyter, & Cardinalis dixit. Euangelicum comples eloquium, Ego gloriam meam non quæro: est qui quærit, & iudicat. sed ea, quæ circa hæc euenere, tempus probauit. Si autem placuerit sanctissimæ huic & perquam pacatissimæ Synodo, legatur traditum nobis Commonitorium, siue Præceptio a sanctissimo, & Oecumenico Papa Ioanne, quod omnes nostri Præsules, & Episcopi subscripsere. Sancta Synodus dixit; Legatur. Et assurgens Petrus pijssimus Presbyter, & Cardinalis per Leonem Protospatharium, & interpretem legit. Commonitorium fratribus Paulo, & Eugenio Episcopis, similiter & Petro Presbytero, & Cardinali nostris Constantinopolim missis. I. Diuino auxilio, & precibus sanctorum Apostolorum Constantinopolim ingressi, quocunque iusserit Imperator, vos conferte, & antequam Imperatorem inuisatis, Apostolicas literas nemini tradatis. Cum vero præsentes astiteritis Imperatori, literas consignate, his verbis Imperatorem alloquentes; Vestram ex Deo maiestatem veneratur spiritualis vester Pater Dominus Ioannes Apostolicus Papa, vestrum ex Deo Imperium singulis diebus inter orandum sancto Deo committens, vt qui vestrum desiderium*

excitauit ad pacem Ecclesiæ conciliandam, retribuat vobis suam gratiam, & consoletur vos prosperis rerum euentibus, & vestram voluntatem in bonis perficiat. II. Si voluerit Imperator, antequam legat Epistolas, vestræ missionis capita addiscere, hisce verbis illi respondebitis; Si iubet vestra maiestas, percurrat Epistolas. Et si quæsiuerit, quid illæ contineant, respondete, Erga vestram pietatem, reuerentiam, & sermones vnionis Ecclesiasticæ vinculum approbantes, & modis omnibus bene perficientes. III. Altero die inuisentes sanctissimum Photium porrigite Epistolam, salutantes ipsum, vti addecet, in hunc modum; Veneratur te Dominus noster Ioannes Apostolicus Papa, & vult te habere fratrem, & comministrum. IV. Modo quo misit ad nos Imperator pro reconcilianda Ecclesiæ pace, vt recipiamus sanctissimum Patriarcham Photium fratrem, & comministrum nostrum, supplicationem vestram exaudiuimus, & iubemus, vt coram vobis in Synodum progrediatur, & recipiat ipsum vniuersa Ecclesia secundum ordinem nostrarum literarum: recipiatis vos quoque eum in vestra communione, & ministerio, vt Eucharistiam, & misericordiam Ecclesiæ Græcorum offerat. V. Assurgentes ipsi dicite. Mandat Dominus noster sanctissimus Papa, vt omnes, qui varijs in locis extorres a solo patrio exulant, siue Episco-

sco-

ſcopi, ſiue Sacerdotes, ſiue alterius ordinis, qui ad hunc diem vna cum vobis communicare noluerunt, veſtro ſtudio ac labore vniantur Chriſti Eccleſiæ, fiantq; vnum cum vobis, quos aduenientes ſuſcipiet vti parens natos, ſæpiuſque ipſos commonebit, vt cauſa pacis Eccleſiæ Dei conueniant cum Apoſtolico, habeantque cum eo vnam voluntatem, excipientes Photium ſanctiſſimum Patriarcham, & communicantes cum ipſo. Accedentes vero quotquot antea ordinati ſunt, reſtituantur ſuis ſedibus, qui deinceps habeant ex iiſdem Epiſcopis alimenta, & indumenta neceſſaria. VI. Cum ſederitis in Synodo cum prædicto ſanctiſſimo Patriarcha, & Orientalium locumtenentibus, & reliquis Archiepiſcopis, ac Metropolitis, & vniuerſis Sacerdotibus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ante omnia legantur Epiſtolæ ad Imperatorem, & interrogetur Synodus, An eas recipiat, & an obſeruet teſtimonia in ea contenta. Cum reſponderit, ſubnectite; Dominus noſter ſanctiſſimus Papa, omnium Eccleſiarum curam habens, & veſtram ſalutem, & vnionem, & pacem procurans, miſit nos ſeruos ſuos, vt diſperſos congregemus, & alienatos animis reconciliemus, & Eccleſiæ miſericordiæ opem feramus, & acciſos erigamus, vt omnes vno ore glorificemus Patrem cum Filio, & Spiritu ſancto. Eſt ne hoc bonum, an malum? Sancta Synodus reſpondit;

Quæcunque ad pacem & concordiam Ecclesiæ faciunt, & bona sunt, & recipienda esse existimamus. VII. Perseuerantes vero in propria pertinacia, & inquiete, & in vnitatem Ecclesiæ & fratrum conuenire, & vnitatis vinculum conseruare renuentes post secundam, & tertiam admonitionem vestram, & sanctæ Synodi, eijcite e vestra communione, & separate eos ab omni Ecclesiastico ordine, quousque vniantur proprio Patriarchæ, & illius Ecclesiæ. VIII. Vestigijs insistentes sanctorum Patrum, & decretis dicimus, post obitum sanctissimi Patriarchæ Photij nullus ex seculari dignitate ad sedem Constantinopolitanam ascendat vti nostræ Epistolæ testantur. IX. Volumus coram Synodo moneri prædictum Photium sanctissimum Patriarcham, vt neque Omophorum in Bulgariam mittat, neque in illa Diœcesi ordinationem teneat. Si aliter fecerit Canonum præscriptis pœnis subiacebit. X. Volumus coram Synodo congregata denunciari, Synodum coactam contra prædictum Patriarcham Photium sub Adriano sanctissimo Papa Romæ, & in vrbe Constantinopolitana, ex nunc esse expunctam, irritam, & infirmam, eamque cum alijs sanctis Synodis non collocari. XI. Sancta Synodus respondit. Nos opere ipso expunximus, & eiecimus, & anathemati subiecimus, quam vos vocatis Synodum, communicantes Photio nostro san-

ſanctiſſimo Patriarchæ, & non eijcientes, quæ contra ipſum ſcripta, aut dicta ſunt in ipſa commemorata a vobis Synodo, anathematizamus. Elias Metropolita Martyropolitanus, & Elias Hieroſolymitani locumtenens, dixerunt. Et quanam ratione Synodus vocabitur, quæ innumeris diſſidijs Eccleſiam repleuit. Quis Synodum illam nuncupabit, quæ ſibi Saracenorum Apocriſiarios iudices, & legum latores conſtituit? Quibus cum Synodis annumerabitur, quæ omnibus ſanctis contraria auſa eſt? quæ innoxios abſque vllo examine condemnauit? Quæ leges omnes Eccleſiaſticas confudit, & peſſum dedit? Etenim propter hæc Orientis ſanctiſſimi throni facta illius expunxerunt, atque infirmarunt, & anathemati tradiderunt. XII. Cauete vt ſecundum hoc noſtrum Commonitorium inambuletis, neq; donis, aut illecebris, aut minis ſeducti dextrorſum, aut ſiniſtrorſum deflectatis; ſed regia via incedite, vti qui locum noſtrum & auctoritatem, quam vobis cauſa Eccleſiaſticæ pacis exhibuimus, poſſidetis, vt veſtro labore, ac ſtudio in rem collatis noſtram gratiam, & Apoſtolicæ ſedis conſequi, & noſtræ communionis participes fieri poſſitis. Sancta Synodus dixit, En iam videmus vos ſanctiſſimi Papæ veſtigijs inſiſtere: reipſa ſiquidem talis magnique Præſulis Legatos tales eſſe addecebat. Nicetas Dei amantiſſimus Metro-

poli-

polita Smyrnensis dixit; Deus effecit, vt vos ita dispositas res inueniretis, adeo vt si quis voluerit extra praeceptionem Dei, & sanctissimi Papae praecepta incedere, illi nullus praetextus relinquatur, & res ipsae cogunt, praeter viam Dei aberrare, neque qui male sentiunt, contraria rebus pertentare. Multo itaque minus qui bonam mentem virtutum omni genere collustratam possident, & nullo modo dextrorsum, aut sinistrorsum extra Dei voluntatem, & praecepta Romani Pontificis declinabunt. Sanctissimi locumtenentes senioris Romae dixerunt. Propheta dixit, in omnia, ad quae mitto vos, procedite. Huc accessimus tantummodo, vt voluntatem Dei, & Domini nostri sanctissimi Papae compleremus. Sancta Synodus dixit. Plane conspicimus, vos Dei, & cuius vos misit Pontificis voluntatem complere. Photius sanctissimus Patriarcha dixit. Diuina voluntas est illius, qui de Coelo descendit, & nostram naturam assumpsit, & genus humanum abalienatum a Deo multos ante annos cum Patre reconciliaret. Et nunc videt cum nobis vestra sanctitas secundum voluntatem, & praeceptionem sanctissimi Papae omnia conuenisse, & nihil fuisse quod contra veniat, sed naturam etiam rerum cum ipsius sententia vna pariter confluxisse. Sanctissimi locumtenentes dixerunt. Hoc fuit opus nostrum, vt cum contentione atque labore

ve-

vestræ vniremur Ecclesiæ. Propterea & multos labores in agendo itinere sustinuimus. Sancti quoque viri laborando Christo complaciti sunt. Photius Patriarcha dixit. Deus mercedis dator dat mercedes ingentes, quæ nunquam exinaniuntur, vobis in regno Cœlorum recondens. Petrus pijssimus Presbyter, & Cardinalis dixit; En & subscriptiones Episcoporum, quibus se vnis animis recepisse Photium sanctissimum Patriarcham significatur, cum vniuersa sancta Romana Ecclesia. Zacharias Episcopus Ecclesiæ Anagninæ, & Apostolicæ sedis Bibliothecarius in hoc Commonitorio pro receptione sanctissimi Patriarchæ Photij propria manu subscripsit. Martinus Episcopus Ecclesiæ Narconsi similiter subscripsi. Dominicus Episcopus Ecclesiæ Triuensi similiter. Florus Episcopus Ecclesiæ Manduresis similiter propria manu subscripsi. Gauderichus Episcopus Veliterni similiter. Stephanus Episcopus S. Ecclesiæ Ferentinæ similiter. Leo Episcopus Gabensis missus, & Apocrisiarius Apostolicæ sedis similiter manupropria subscripsi. Petrus Episcopus Forosempronienfis similiter. Valpertus sancti Petri Ecclesiæ similiter. Simeon Episcopus S. Ecclesiæ Fundanæ. Ioannes Episcopus S. Ecclesiæ Sininæ similiter. Benedictus Episcopus similiter. Gregorius Episcopus S. Ecclesiæ Siluæ Candidæ similiter. Bonifacius Episcopus S. Ecclesiæ Blerenæ similiter.

Ste-

Stephanus Episcopus S. Nepesinorum Ecclesiæ similiter. Germanus Presbyter S. Pauli & Ioannis similiter. Petrus Presbyter S. Chrysogoni similiter. Benedictus Presbyter sanctæ Balbinæ similiter. Adrianus Presbyter sancti Laurentij similiter. Leo Presbyter similiter. Ioannes Presbyter sanctæ Ceciliæ similiter. Paulus Diaconus similiter subscripsi. Leo Diaconus similiter. Commonitorio completo Petrus pijssimus Presbyter, & Cardinalis dixit; Placet ne vestræ Sanctitati? Sancta Synodus respondit, Placet, & potissimum subscriptiones factæ pro communi pace, & concordia sanctæ Dei Ecclesiæ, & de receptione Photij sanctissimi, & Oecumenici Patriarchæ. Et his dicta laudantes, fausta precati sunt.

Hic vt vides contenta voce profitentur, ſubſcriptum fuiſſe hoc Commonitorium, ſiue a Synodo Romana dictatum, ſiue Photianis artibus conceptum, ſiue a Romano ſermone alijs additis, vel detractis malitioſe in Græcum transfuſum, pro pace, & vnione Eccleſijs concilianda, & reſtitutione Photij, nulla facta mentione de dogmate. Ergo poſtremæ iſtæ Actiones, inquibus agitur de dogmate, a Photianis confictæ ſunt & additæ, quod eſt præter mentem, & præceptionem Pontificis Romani, qui mandat, extra contenta in Commonitorio nihil

hil aliud audendum, & poſtulata etiam ab Imperatore, qui nihil aliud rogat, quam reſtitutionem Photij ob pacem Eccleſiarum; clamante quoque Synodo; Ὅσα πρὸς εἰρήνην, καὶ ὁμόνοιαν τῆς Ἐκκλησίας εἰσὶ, καὶ καλὰ καὶ ἀποδεκτὰ ἡγούμεθα. *Quæcunque ad pacem, & concordiam Eccleſiæ faciunt, & bona ſunt, & recipienda eſſe exiſtimamus.* Ergo vel iſta Synodus, vel hæ poſtremæ Actiones Synodus non ſunt, ſed Photianorum commenta. Et nullam tum fuiſſe quæſtionem de dogmate, ex ipſo Photio manifeſte elicitur. Latinos Proceſſionem Spiritus etiam ex Filio profiteri non neſciebat Photius. pellitur Ignatius. Photius ſubſtituitur, & petit confirmari a Nicolao, multa eloquentiſſime in ſui defenſionem congerens, vt conſtat ex Epiſtola ipſius ad Nicolaum. nullum ibi eſt verbum de dogmate. Nicolaus cauſæ momenta examinat, tum inuaſorem declarans Photium condemnat. Sic Photius exauctoratus in rabiem verſus inter alia, dogma quoque Latinorum de Proceſſione Spiritus criminatur. Si dogma Latinorum error, aut hæreſis eſt, quare petit ſuam confirmationem ab Hæretico, qua vel ſola ſtabilitatem in throno ſibi promittit? Si hæreſis non eſt, improbum ſe gerit cum Romanis, dum illis opponit crimen, quod crimen

non eſt. Et modo in hac Synodo reſtitutus a Ioanne, Ioanni crimen obijceret. quod ſi crimen eſſe pro certo in Eccleſia haberetur, iam ipſa ſua reſtitutio per Ioannem hæreticum facta, in diſcrimen veniret, & prorſus rueret. Eſt ergo Ioannes Catholicus proceſſionem Spiritus etiam ex Filio clamitans, & Photium reſtituens, & ab eodem Photio laudibus in hac eadem Synodo exornatus. Quare Actiones iſtæ addititiæ ſunt, ne reconciliatio Photij vertatur in dubium.

Sed neglectis in Commonitorio minutioribus, conſideremus, an Synodus præcepta ſibi a Ioanne compleuerit, quibus non completis Ioannes ipſe Acta confringens, reddit irrita, licet nonnulla de his ſupra adnotauerimus. Primum eſt, ne inpoſterum Conſtantinopolitanus in Bulgariam ordinationes teneat, neque Sacerdotes mittat; ſi contrauenerit, non abibit inultus, ſed Canonum præſcripto caſtigabitur. Non obediunt Photiani, alia atq; alia cauſantes, & negotium ad Imperatorem remittunt. Act. 4. Ἡ ἁγία Σύνοδος εἶπεν ἡμεῖς καὶ προείπομεν τῇ ἡμῶν ἁγιότητι, καὶ πάλιν λέγομεν, ὅτι ὁ περὶ ἐνορίας λόγος τῆς παρούσης διέστηκεν ὑποθέσεως, καὶ καιρὸν ἴδιον ἐπιζητεῖ. ὅμως οὖν μεθ' ὑμῶν συμπαρακαλοῦμεν τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα περὶ τούτου, καὶ ὡς ἂν ὁδηγή-

σῃ

σῃ αὐτὸν ὁ Θεὸς καὶ ποιήσῃ, τῶν θείων, καὶ ἱερῶν κανόνων συμπνεόντων, καὶ διασωζομένων ἡμῖν, στεργομένων καὶ συνδοκουμένων καὶ ἡμᾶς. *Sancta Synodus dixit. Nos ante etiam vestræ Sanctitati diximus, rursusque dicimus, longe esse ab hoc argumento de Diœcesibus quæstionem, & tempus proprium, & opportunum exquirere. Nihilominus vobiscum vna piissimum nostrum Imperatorem precamur, vt decernat de hoc, vti ipsum Deus direxerit, & ordinauerit, dummodo sacrosanctorum Canonum consensum, atque vnitatem nobis seruauerit: tum etenim illius decreta excipiemus, illisque calculum addemus.* Secundum, ne quis in posterum ex laico in sacros ordines promoueatur, quod & in Epistolis id inculcauerat, contra leges Ecclesiasticas esse. Respondent Photiani, id non esse contra legem Ecclesiasticam, ideoque morem vniuscuiusque Ecclesiæ seruandum; Βασίλειος ὁ θεοφιλέστατος Μητροπολίτης Μαρτυρουπόλεως καὶ τοποτηρητὴς, καὶ Ἠλίας ὁ θεοσεβέστατος Πρεσβύτερος καὶ τοποτηρητὴς, ἔτι δὲ καὶ Κοσμᾶς ἀποκρισιάριος Ἀλεξανδρείας εἶπον. τοῦτο κατ' οὐδὲν ἐναντιοῦται τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς θεσμοῖς. Καὶ γὰρ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια, καὶ ὁ Πατριαρχικὸς τῆς Ἀντιοχείας θρόνος, ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ τῆς ἁγίας πόλεως, ἐν οἵῳ δ' ἂν τάγματι εἴτε λαϊκῶν, εἴτε κληρικῶν διέχοντι ἀρετῇ τοὺς λοιποὺς πλεονεκτοῦντα, ἐπὶ τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀναβιβάζειν οὐ παραι-

τοῦται. οὐ γὰρ διὰ μόνους κληρικοὺς κατῆλθεν ἐπὶ γῆς ὁ Χριστὸς, οὐδὲ τούτοις μόνοις ἀπέκλεισε τὰ τῆς ἀρετῆς ἆθλα, ἀλλὰ παντὶ τῷ χριστιανικῷ πληρώματι. τοῦτο οὖν εἰ δοκιμασθείη παραδεχθῆναι, πάντες οἱ ἀρχιερατικοὶ θρόνοι εἰς ἐρήμωσιν, καὶ ἀπώλειαν ἔχουσι καταστῆναι. οἱ γὰρ πλείους τῶν διαλαμψάντων ἐν ἡμῖν ἀπὸ λαϊκοῦ τάγματος τοὺς ἀρχιερατικοὺς κατεπιστεύθησαν θρόνους. ἡμεῖς ἐπὶ τούτῳ συναινέσαι οὐ δυνάμεθα, ἵνα μὴ κατὰ τῶν ἀρχιερέων ἡμῶν φωραθῶμεν ψῆφον ἐξάγοντες. ἡ ἁγία Σύνοδος εἶπεν. ἕκαστος θρόνος ἔχει ἀρχαῖα τινὰ παραδεδομένα ἔθη. Καὶ οὐ χρὴ πρὸς ἀλλήλους περὶ τούτων φιλονεικεῖν, καὶ ἐρίζειν. Φυλάττει μὲν γὰρ ἡ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία τὰ ἔθη αὐτῆς, καὶ προσῆκόν ἐστι. Φυλάττει δὲ, καὶ ἡ Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησία ἴδιά τινα ἔθη ἄνωθεν παραλαβοῦσα. ὡσαύτως καὶ οἱ τῆς ἀνατολῆς θρόνοι. Εἰ μὲν οὖν ἡ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία οὐδέποτε ἀπὸ Λαϊκῶν παρεδέξατο εἰς ἀρχιερέα, φυλαττέτω τοῦτο. προσῆκον γάρ ἐστιν ὅρια πατέρων μὴ παραβαίνειν. ἐπεὶ δὲ οὔτε οἱ ἀνατολικοὶ τοῦτο παρεφυλάξαντο, οὔτε ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησία, δεχόμεθα μὲν ἀεὶ ἀπὸ τῶν κληρικῶν, καὶ λαϊκῶν τοιούτους ἀναδείκνυσθαι, ὥστε τὴν ψῆφον τῆς ἀρχιερωσύνης ὑπ' αὐτοὺς, ἔρχεσθαι. Ἂν δὲ ἐν αὐτοῖς μὴ ὦσι τοιοῦτοι, ἐν δὲ τῷ λαϊκῷ τάγματι ἐπιτηδειότεροι φανῶσιν. οὐδεὶς τοὺς ἐπιτηδειοτέρους καταλιμπάνων, οὐδὲ τοὺς ἀξιωτέρους, εἰς τοὺς ἀνεπιτηδείους, καὶ ἐλάττους κατὰ τὴν ἀξίαν τὴν αὐτοῦ παρελκύσει ψῆφον. *Basilius Dei amantissimus Mar-*

ty-

tyropolitanus Metropolita & Locumtenens, & Elias pijssimus Presbyter & Locumtenens, Cosmas item Apocrisiarius Alexandrini dixere; Hoc Ecclesiasticis Canonibus non aduersatur; Nanque Alexandrinus, & Patriarchalis thronus Antiochenus, & similiter sancta Ciuitatis, in quocunque ordine siue seculari, siue clericali inuenerint virtute reliquis alijs præstantiorem, ad archieraticam sedem promouere non dedignantur: neque enim ob solos Clericos Christus in terram descendit, neque illis solis virtutis præmia circumduxit, sed vniuerso Christianorum complemento. Hoc itaque si approbatum fuerit receptumque, omnes Archieraticæ sedes in desolationem atque interitum abibunt. Potior enim eorum pars, quæ apud nostros inclaruit, ex laicali ordine ad Archieraticas sedes euecti sunt. Nos huic assensum præbere non possumus, ne contra nostros Præsules sententiam tulisse deprehendamur: Sancta Synodus dixit; Singulæ sedes habent singulares suas proprias consuetudines, neque pro ijs cum alijs in controuersiam veniendum est, & decertandum. Obseruat siquidem Romana Ecclesia suas consuetudines, quod & conuenit. Obseruat itidem & Constantinopolitana Ecclesia quasdam suas consuetudines ab antiquo tempore sibi traditas, similiter & throni Orientales. Quare si Romana Ecclesia nunquam ex laico in Præsulem

admisit, id obseruet: nanque conuenit terminos maiorum non praeuertere. Veruntamen cum id neque Orientales throni, neque nostra sancta Constantinopolitana Ecclesia simile quid acceptauerit, supplices Deo continuo vota reddimus, vt ex Clericis, & Laicis tales proueniant, qui digne calculum Praesulatus in sese admittant: quod si inter Clericos tales non fuerint, & ex Laico ordine aptiores inuenti fuerint, nemo aptiores respuens, neque extraneos in ineptos & dignitate inferiores calculum suum proyciet.

Quod erat tertium, non absimili ratione eludunt. Ὥστε μὴ ἐξ ἄλλης Ἐκκλησίας προάγεσθαι εἰς ἀρχιερέα τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίας, ἀλλ' ἐκ τῶν Καρδηναλίων, Πρεσβυτέρων, καὶ Διακόνων. ἡ ἁγία Σύνοδος εἶπε. τοῦτο τὸ κεφάλαιον συμπεριλαμβάνεται τῷ προτέρῳ, ἐπειδὴ δὲ νῦν μὲν ὁ Θεὸς τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἁγίαν Ἐκκλησίαν οὕτως ἐξαγλαϊσθῆναι, καὶ περιφανῆ γενέσθαι, ὥστε τοὺς ἐν αὐτῇ Πρεσβυτέρους, καὶ Διακόνους προλάμπειν ἁπάντων τῶν ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχήν, καὶ ἐξουσίαν Ἱερέων, καὶ Διακόνων. ἵνα καὶ ἐξ αὐτῶν μόνων ἐπὶ τὸν μέγιστον θρόνον τῆς ἀρχιερωσύνης ἀναβιβάζωνται. ἂν δὲ ὁ καιρὸς τοιούτους οὐ δείξῃ ἐξ ὧν ἔχει ἡ Ἐκκλησία, ὁ προλάμπων, καὶ προέχων κατ' ἀρετήν, ἐκεῖνος καὶ τῆς βασιλευούσης πόλεως τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα κοινῇ πάντων ψήφῳ ἀναδείξεται τῶν προκρίνειν εἰδότων τὸν ἐν ταῖς μείζοσι ἀρεταῖς ἐξεταζόμενον τοῦ ἐν ταῖς ἐλάττοσιν.

Non

Non esse ex alia Ecclesia in Præsulem Constantinopolitanum, sed ex ipsius Cardinalibus, Presbyteris, & Diaconis promouendum. Sancta Synodus dixit. Hoc caput continetur in priori. Et vtinam Deus concederet sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ sic nobilitari, & inclarescere, vt qui in ea sunt Diaconi, & Presbyteri, omnium, qui sub ditione Græcorum ac dominatu viuunt, omnibus Sacerdotibus, ac Diaconis præstantiores sint, vt ex ijs solis in maximum hunc thronum promoueri possint. Quod si tempus tales non ostenderit ex Ecclesiasticis, qui virtute, & alijs prærogatiuis alios antecellant, ille regiæ vrbis dignitatem archieraticam communi omnium calculo in se suscipiet, quem qui sibi iudicium assument, vti maioribus virtutibus præditum, si cum eo, qui inferior est, comparetur, elegerint. Et hac ratione Synodus ista Photiana, restitutionem Photij, & sui confirmationem a Ioanne Pontifice Romano expectans, mandatis Pontificijs obtemperat; & ad nutum Ioannis præsto est. Cum ergo Synodus legitima non est, quæ mandata sibi a Romano non obseruat, concludamus, Photianam hanc haud morigeram Pontifici Synodum non esse, & consequenter Synodica illius attendenda non esse, neque Photium restitutum, cui si restitutio placita erat, quæ exigebantur a Romano,

vti dignitate, & auctoritate antecedente, post delictorum confessionem, & peractam pœnitentiam, & absolutionem acceptam, mandatis obtemperandum erat. Idq; cum non fecerit, mirum non est, si post compertas fraudes, & Legatorum præuaricationem, quidquid erat gestum in ea Ioannes infregit, & infectum esse declarauit.

CAPVT XII.

Ioannis Henrici Hottingeri, Ioannis Henrici Boecleri, & Roberti Creyghtoni de Photio mendacia recluduntur, & redarguuntur.

EXpedirem exitum meæ dissertationis, ni Magistellus ex Zuingliana schola Tigurinus solemni suo more, vt in alijs omnibus immaniter insaniret, cum de dissidijs inter Pontifices Romanos Nicolaum & Adrianum, & Photium agit. Scribit; *Fuit illi*, Photio, *lucta cum Ignatio eiusque sectatoribus, qui eum accusabant, quod non recte successisset Ignatio contra ius, & Canones deposito. Deinde etiam cum Pontifice Romano ipsi ea de re certamen fuit ingens, quod is ex ambitione dominatum sibi super Ecclesias vindicaret, ac omnes controuersias ad suum so-*

ſolius arbitrium, & ſententiam definiri contenderet, & ſcripſit librum contra Nicolaum Pontificem, quem a pluribus Epiſcopis ſubſcribi curauerat, vt patet ex libro Pontificali in vita Adriani II. Tertio cum Baſilio Imperatore parricida, qui eum ab officio remouit, diſſimulans cauſam veram, & prætendens aliam, quod alienam ſedem nimirum Ignatij iniuſte obtineret: & iuſſit eum Romæ coram Adriano II. litigare: Miſit etiam librum illius contra Nicolaum, ſcriptum ad Adrianum, qui iſthic in Synodo damnatus, & exutus eſt, ac miſſi Legati Conſtantinopoli in Synodo Photium declararunt depoſitum, & excommunicatum, vt patet ex Actis eius Synodi. Poſtea tamen cum Baſilius fraudes Romanas agnouiſſet, & Ignatius e viuis ſublatus eſſet, Photium reſtituit in priſtiuam ſedem, vnde iterum expulit Leo Philoſophus Imperator, ac in Armeniorum Monaſterium relegauit, vbi videtur eſſe mortuus: Et hic nugipolyloquides, licet *aphoriſtice* ſcribat, vel legiſſe hiſtorias, vel lectas non intellexiſſe, vel rerum momenta nullo pacto examinaſſe dicetur. Credant ſcioli, credant feſtiui Saperdæ. Recte ergo tulerit Hottingerus, ſi poſt tot ſua mendacia, atque impoſturas de rebus Eccleſiaſticis Græcorum in duabus non magnis paginulis a nobis diſcuſſas, atque diffamatas, hic quoque no-

uis hisce apophoretis accumulari. Scripserat supra, *Basilius a Photio tanquam homicida excommunicatus sacris fuit prohibitus*. Sequitur Zonaram, qui ad hæc tempora inauditam eiectionis Photianæ causam ex Georgij Hamartoli Historia, vt puto, extraxit, vt videre potes, si huiusce historiam præ manibus habes, sin minus, beabo te, si verba exscripsero. Sunt vero. Τοῦ δὲ Βασιλέως ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰσελθόντος, καὶ τῆς ἀχράντου θυσίας μεταλαβεῖν βουληθέντος, ὁ Πατριάρχης Φώτιος τῆς θείας αὐτὸν ἀπεῖρξε μεταλήψεως, ἀνδροφόνον ἀποκαλῶν, καὶ λῃστήν, καὶ τῶν ἀχράντων μυστηρίων ἀνάξιον. ἐφ' οἷς θυμωθεὶς ὁ Βασιλεὺς ἐκ Ῥώμης Ἐπισκόπους ἐλθεῖν παρεσκεύασε, τόμον ἐπιφερομένους τοῦ Πάπα, καὶ τοῦ Πατριαρχικοῦ θρόνου τοῦτον ἐξώθησεν, Ἰγνάτιον δὲ τὸν ἐν ἁγίοις πατριάρχην προεχειρίσατο τὸ δεύτερον, *Cum vero in Ecclesiam ingressus esset Imperator, & immaculati Sacrificij particeps fieri vellet; Patriarcha Photius a diuina Communione exturbauit, homicidam vocitans, & prædonem, et immaculatorum Mysteriorum indignum. Quibus exasperatus Imperator, Roma Episcopos Byzantium aduocauit Tomum Pontificis ferentes, & sic eum e Patriarchali sede expulit; Sanctum vero Ignatium Patriarcham secundo promouit.* Basilium nempe a Photio vti homicidam a piorum societate, & communione fuisse

se-

feclufum, ideoque Photij abdicationem procuraffe: nec aduertit tot aliorum illius temporis fcriptorum, quibus res fimiles exploratiffimæ fuerunt, feclufionis fimilis nulla habita ratione, aliam atque aliam caufam in medium attuliffe, Nicolaum Papam, Acta Concilij octaui, Nicetam, Stylianum, Conftantinum Porphyrogennetam, Bafilium ipfum, & alios. Et tamen fi conferatur ad hos imi fubfellij vir, longe poft hæc tempora vixit. Si licuit Zonaræ fchifmatico auctorem fchifmatis Photium fingendo alia omnia commentitio præfidio tutari, liceat nunc quoque Hottingero Hæretico fabulofo mendacio innixum hiftoriam, quam ex vero proferre profitetur, præuertere, & Photij diuini cultus impetum debuccinare, qui intra vnius morulæ, vt ita dicam, fpatium, caufam examinauit, homicidij reum Imperatorem comperit, & in eum vti homicidam fententiam ferendo e facris exclufit. Michaël fiquidem vigefimo quarto die Septembris occiditur, Photius vigefimo feptimo eiufdem menfis procurante Bafilio eijcitur, & reftituitur Ignatius. Non eft hæc via iuris, & ratio, fed turbulenta rerum omnium concuffio. His adde, etiam fi male affectus in Bafilium Photius effet, id minus conficere, & addere

extremum actum fabulæ perexiguum tempus non concessisse. Nanque statim atque summam Imperij Basilius tenuit, & vt ita dicam, eodem ipso momento legatos a Photio ad Pontificem reuocauit, & absque vllo decreto Pontificio eijcit Photium, & audiens obediensque Nicolao presso tenore exauctoratum in Monasterium Scepem dictum relegat, & Ignatium etiam absentem restituit, quod mihi sanctissimus item & eloquentissimus illius æui scriptor Michaël Syncellus vno verbulo significauit, *παραυτὰ*, *continuo*, *subito*, *simul atque in potestate sua dominium fuit*. Audiatur, Ὁ δὲ ἀδίκως κατακριθεὶς μετ' εὐφημίας τοῦ ἱερατικοῦ θρόνῳ ἀποκαθίσταται, τοῦ ἐκ Μακεδόνων Βασιλείου τὸν θρόνον τῆς βασιλείας τηνικαῦτα παρειληφότος. Ὃς καὶ παραυτὰ τὸν μέγαν, καὶ νέον θεοφόρον Ἰγνάτιον ἐκ τῆς πολυετοῦς ἐξορίας ἀνακαλεῖται, καὶ τῇ τοῦ λαοῦ παντὸς αἰτήσει πεισθεὶς, λαμπρῶς, καὶ μεθ' ὅσης εἰπεῖν οὐκ ἔνι τιμῆς εἰς τὸν Πατριαρχικὸν ἀναβιβάζει θρόνον. *Iniqua vero sententia damnatus Ignatius ingenti cum gloria sacram sedem recuperauit, simul ac Basilius Macedo imperium accepit, qui continuo eximium, & nouum hunc Deiferum Ignatium, ex diuturno exilio reuocatum, permotus vniuersi populi postulatis summo cum honore, summaque veneratione in Patriarchium restituit.*

Et

Et tempora ad vnguem Niceta Paphlago subdistinxit; Καὶ ὁ Μιχαὴλ ἐνώπιον τῆς Ἐκκλησίας κυρίᾳ πεποιηκὼς τελευτᾷ, πρώτῃ μὲν ἰνδικτιῶνος εἶχεν ἀρχὴν εἰκάδα δὲ καὶ τετάρτην ὁ Σεπτέμβριος. καὶ ὁ Βασιλεὺς πρὸς τὰ βασίλεια κατευθυνόμενος, Αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύετο. παραυτὰ δὲ πέμψας εἰς καταδρομὴν αὐτοῦ περὶ τὸν Ζαχαρίαν Χαλκηδόνος ἐκ μέσου ἀπέστρεψε τῆς ὁδοῦ. Τῇ ἑξῆς δὲ μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν τοῦ Πατριαρχικοῦ θρόνου τὸν Φώτιον καταβιβάζει, καὶ ἐν Μοναστηρίῳ τινὶ καλουμένῳ Σκέπῃ τοῦτον εὐθὺς ὑπερορίζει, καὶ τῇ ἐπαύριον Ἡλίαν τὸν περιφανέστατον τοῦ βασιλικοῦ στόλου δρουγγάριον σὺν τῷ βασιλικῷ δρόμωνι πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἀποστέλλει Πατριάρχην, ὅπως αὐτὸν ἐκ τῆς νήσου πρὸς τὴν βασιλεύουσαν μετὰ τῆς πρεπούσης ἀνενέγκῃ τιμῆς. *Cumque malum fecisset Michaël in conspectu Ecclesiæ Dei, perijt initio indictionis primæ, IX. Kal. Octobris, Basilius regia occupata Imperator est consalutatus; qui missis ad reuocandum ex itinere Zachariam, illum e media via retraxit. Posteroque die quam renunciatus erat Imperator, Photium de throno deturbatum in Monasterium Scepen appellatum eijcit. Postridieque Eliam splendidissimum regiæ classis Drungarium cum Dromone regio, seu celoce ad sanctissimum Patriarcham ex Insula Constantinopolim ea, qua par est, honoris pompa reducendum, mittit.* Idemmet Imperator Basilius in suo Epanagnostico de-

declarat, ante communes Reipublicæ curas dedisse operam, vt Ecclesiasticæ controuersiæ componerentur; Τῆς θείας καὶ φιλανθρώπου προνοίας τὰ πηδάλια τῆς οἰκουμενικῆς ὁλκάδος ἡμῖν ἐγχειρισάσης, πᾶσαν ἐθέμεθα σπουδὴν, καὶ πρὸ τῶν δημοσίων φροντίδων τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἔριδας διαλῦσαι. *Cum diuina, & benignissima Dei prouidentia nobis orbis terræ gubernacula commiserit, omnem dedimus operam, vt etiam ante communes Reipublicæ curas Ecclesiasticæ controuersiæ componantur.* Quod etiam fassus est Ignatius in acclamatione ad Synodum. Οὗτος ὁ Βασιλεὺς τὸν μὲν Φώτιον καθεῖλεν, ὃν ἡ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία τὸν ἀσυνείδητον, καὶ ἀκατάστατον προσαγορεύει ταβελλάριον, τὴν δὲ ταπείνωσιν ἡμῶν πολλὰ δεινὰ παθοῦσαν ἀνεκαλέσατο εἰς τὸν ἴδιον θρόνον. ταῦτα δὲ πεποίηκε τοῖς ὅροις ἐξακολουθήσας τοῦ μακαριωτάτου Πάπα Νικολάου, οὓς ἐκεῖνος συνοδικῶς ἐξεφώνησε, καὶ δι' ἐπιστολῶν ἐνταῦθα ἀπέστειλε. *Hic Imperator Photium expulit, quem Romana Ecclesia vtpote virum conscientiæ expertem, & inordinatum appellat Tabellarium, nostram vero humilitatem multa perpessam in thronum proprium reuocauit. Quæ ille Basilius ex beatissimi Papæ Nicolai decretis, quæ Papa in Synodo ediderat, & per litteras hæc miserat, fecit.* Tum subdit; Ἐπεὶ δὲ μετὰ τοῦτο πολλὴν εἶχε φροντίδα συναγαγεῖν τοποτηρητὰς ἐκ τῶν ἄλλων πατριαρχικῶν θρόνων,

καὶ

καὶ Σύνοδον συστήσασθαι οἰκουμενικὴν, εἰς πέρας ἤγαγε τοῦτο. *Deinde omnem operam dedit, vt ex alijs Patriarchijs legatos euocaret, Conciliumque generale cogeret, eamque rem perfecit.* Primum itaque decretum Nicolai sequens Imperator Photium expulit, Ignatium restituit. Deinde aduentum Legatorum ex alijs Patriarchijs procurauit, & Synodum cogit. Statim itaque atque consalutatus est Basilius Imperator deiectionem Photij, & restitutionem Ignatij meditatus, tribus diebus, vt videre est, absoluit. Non potuit ergo Photius Basilium, quem eo tempore nec viderat plane, vti homicidam a communione repellere: nec potuit Basilius, cum in occupando, atq; stabiliendo Imperio totus inuigilaret, sacris mysterijs adesse; nec potuit illo trium dierum spatio a tribunali Pontificio in fauorem Ignatij placitum obtinere, quo innixus depositionem Photij, & restitutionem Ignatij obfirmaret: nisi missi Basilij ad Romanum, rursusque Legati Pontificij ad Basilium ad abrogandum Photio magistratum sphærulæ fuere plumbeæ pyrio puluere ex tormento æneo violenter expulsæ, vel vortex igneus ab Oriente in Occidentem recurrens, retortusque per partes omnes perleui momento, qui perexiguo trium dierum tempore, certe cursu præuer-

tere ventos non potuere, Romam auolarent, & ante Pontifices Nicolaum, & Adrianum discussa causa Photij, Byzantium condemnationis Photianæ sententiam reportarent. Basilium fortunatum, qui eiusmodi nuncios habeat! Certum est tamen, de abdicato Photio, & restituto Ignatio Basilium ad Pontificem literas dedisse. Sed extendamus tempora, & dies producamus in annos, neque tum Photius tanto ausu fuisset. His ijsdem Hamartoli, quo duce forte similia de Photio narrat Zonaras, in hoc negotio non leuis oscitantia deprehenditur. Nam Basilius, etiamsi dolore repulsæ imaginatione, tantummodo agitatæ exasperatus, non statim a Pontifice Episcopos, Tomumque pro depellendo Photio procurauit, sed iam latæ in Photium e Pontifice insistens, eam veluti minister cum fide, & cura executus, Photium magistratu spoliauit, Ignatium immisit. Quod ipse palam edicit Adhortatione ad Synodum; Τῇ δὲ τὸν ἱερώτατον Πατριάρχην ἐπὶ τὸν ἴδιον ἀνακάμψαι θρόνον, οὐ τῆς ἐμῆς βασιλείας ἔργον τότε, ἢ ἐπινόημα γέγονεν. ἀλλ' ὁ ἁγιώτατος Πάπας Νικόλαος τὰ περὶ αὐτοῦ μαθὼν ἀκριβῶς τὴν ἀποκατάστασιν ἐποιήσατο, καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλε μετὰ πάσης τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας τοὺς ἀνθισταμένους τῇ τοιαύτῃ ψήφῳ. *Patriarcham vero sacratissimum* Ignatium *ad*

suam

suam regredi sedem, non mei opus Imperij, nec consilium fuit, sed sanctissimus Papa Nicolaus causa Ignatij diligenter excussa, vt ille restitueretur, sanxit, atque ex totius Ecclesiæ Romanæ, decreto omnes, qui resisterent anathemate percussit. Postmodum ne videretur in sacra temerarie manus apposuisse, Pontificem certiorem de functione operis fecit, & Episcopos rogauit, qui ad nutum Pontificis caussam examinarent, & definirent. Sic Adrianus, quando iam Nicolaus e viuis excesserat, in Pontificatum promotus Legatis missis in Concilio generali Byzantij coacto, Anno Adriani secundo, Basilij tertio, & Christi octingentesimo sexagesimo sexto, causa Photij, atque Ignatij discussa, Photius damnatur, Ignatius reponitur. Quare imaginaria ista Basilij e sacris repulsa a Zonara putide quæsita, & fortasse etiam a nebulonibus historiæ Hamartoli appensa expungenda est. Et quis crederet Photium in dignitate nutantem, nec certum pro sua confirmatione, quid ageret, versutum, & ad omnia factum, rebus publicis extra mensuram aberrantibus, in id tantum non animum intendisse, vt noui beneuolentiam Principis non odia in se converteret? neque enim is erat, vt suis commodis sacra præponeret, quod ex actis ab ipso sub Michaële,

&

& Barda suis promotoribus satis compertum est: nanq; cum Michaël irrisor pessimus sacra insultabat, Photium ab eiusmodi impietatibus non auocasse Imperatorem, sed eas obmutescendo per summam adulationem comprobasse, intentum in confingendis aduersus Ignatium criminibus, vt eo vita priuato, sedem sibi firmius stabiliret, enarrant pluribus Nicetas in vita Ignatij, & alij, quos supra laudauimus. Et in Actis Octauæ Oecumenicæ Synodi sæpius conclamatur, *Mimorum res sacras eludentium Patriarcha*. Et ne desint Pappomastiges, audiatur Georgius Scholarius, qui & Gennadius Monachus Syntagm. 1. cap. 3. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ Φωτίου τελευταῖον συνέβη. ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ διελεῖν τὰς Ἐκκλησίας προήχθη χρώματι τῇ διαφορᾷ τῆς δόξης χρησάμενος, καὶ πάλιν τὰς τῶν Ἐκκλησιῶν συμβάσεις. μισθὸν ἀπέδωκε τῶν ἰδίᾳ συμφερόντων αὐτῷ, ἵνα κακοῦ τὸ κακὸν μείζονος ὠνήσηται τοὔλαττον. οὕτω γὰρ δεῖ μᾶλλον λέγειν, ἢ ὡς εἴωθε λέγεσθαι. *Hæc eadem & de Photio tandem contigerunt. Hic enim & diuidere Ecclesias aggressus, prætextu vsus differentiæ dogmatis, rursum Ecclesiarum confederationes ob propria sua commoda pretio nundinatus est, vt maiori malo minus sibi mercaretur. Ita enim potius enunciandum est, quam pro more enunciatur*. Et Basilio Imperatori prudenti, serio, sobrio, re-

rebus agendis, & moribus corrigendis, & iuſtitia reſtituenda intento, Photius multorum criminum reus homicidium obieciſſet, eumque ſacris interdixiſſet? ſubdebat, *ad quem paulo poſt rediјt*. Minimum tempus ſunt Hottingero decem anni. Decimo ſiquidem anno a tempore, quo ab Oecumenica Synodo reſtitutus eſt, Ignatius diem ſuum obijt.

Fuit ei lucta cum Ignatio. Sed non ex æquo. Photius tyrannide Bardæ, & ſtupore Michaëlis, & ſceleratorum hominum artibus potens, & audax; Ignatius ſoli diuino auxilio fidens. Photius inuaſor, & aliena per oppreſſionem eripiens; Ignatius ſuis, vi ſubigente, ſpoliatus iniuſtiſſime. *Deinde etiam cum Pontifice Romano*. Qui iudex vtriuſque ſedebat, ius dicens, & iniuſte occupata pœnis occupatori indictis reſtituens. Cum Domino ſiquidem, legemque ferente, ſtulte certamen ſuſcipitur a ſubdito, cum capite a membro, cum vniuerſali Eccleſiarum rectore a particulari Patriarcha, cum antiquiſſimo a iuniori, cum diuino iure conſtituto ab humano fauore, & gratia ſecundo denunciato. *Quod is ex ambitione dominatum ſibi ſuper Eccleſias vindicaret, & omnes controuerſias ad ſuum ſolius arbitrium, & ſententiam definiri contendat*. Solemne

hoc

hoc eſt Hæreticorum effatum, qui vt imminuant Romani Pontificis auctoritatem ſimilia nugantur. Pontifex dignitatem quam poſſidet, non ambit, neque ex ambitione ſibi vendicat, ſed traditam ſibi a Chriſto poteſtatem tuetur, in diſponendis nempe rebus Eccleſiaſticis, & decernendis, fidei infallibilitatem, quam fere omnes tum Græci, tum Latini ab ipſis Eccleſiæ Chriſtianæ incunabulis agnouerunt, & faſſi ſunt, & nos teſtimonijs ex eorum libris deductis, ſed ſchiſmaticorum, & præcipue Photij quæ inſimili materia non ſunt parui momenti, Interpres Canonum Coſmæ Melodi; Αἱ γὰρ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξιοπιστότεραί εἰσιν. *Aduerſariorum enim teſtimonia fide digniora ſunt*. in Diatriba contra Hottingerum fuſe probauimus: Et modo etiam, vt quantum Hottingerus, alijque illi ſimiles inſipiant, deprehendant Lectores, quænam eorum temporum fuerit Græcorum ſententia de primatu Romani Pontificis, inſpiciamus. Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus Tractatu de inculpata Chriſtianorum fide, Synodum ſecundam Nicænam, requiſita neceſſaria omnia ad Synodum, vt Oecumenica ſit, habuiſſe probans, inter alia ſubdit cap. 25. Συνκεκρότηται γὰρ τοῦτο μάλιστα ἐνδίκως, καὶ ἐννομώτατα, ἐπείπερ ἤδη κατὰ τὸν

ἀρ-

ἀρχῆθεν τετυπωμένους θείους θεσμοὺς προῆγε κατ' αὐτὴν, καὶ προήδρευεν ὅσον τε ἐκ τῆς ἑσπερίας λήξεως ἤτοι τῆς Πρεσβυτίδος Ῥώμης μέρος οὐκ ἄσημον, ὧν ἄνευ δόγμα κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν κινούμενον, θεσμοῖς κανονικοῖς καὶ ἱερατικοῖς ἔθεσι νενομισμένον ἄνωθεν, τὴν δοκιμασίαν οὐ σχοίη, ἢ δέξαιτ' ἄν ποτε τὴν περαίωσιν. ὡς δὴ λαχόντες κατὰ τὴν ἱερωσύνην ἐξάρχειν, καὶ τῶν κορυφαίων ἐν Ἀποστόλοις ἐγκεχειρισμένοι τὸ ἀξίωμα. *Celebrata etenim est illa Synodus iuste admodum, & quammaxime ad Canonum praescripta. Quandoque enim, secundum ab initio constitutas diuinas regulas praeeminebant, & praesidebant in ipsa, quotquot erant ex occiduis oris, vel senioris Romae pars haud contemptibilis, absq; quibus dogma in Ecclesia motum, quod & Canonum praescripto, & Ecclesiasticis consuetudinibus comprobatum est, probationem non consequatur, neque vnquam accipiat finem. cum illi sortiti sint primas partes in rebus sacris tenere, & traditam possideant Principum Apostolorum dignitatem.* Theodorus Studita Dogmatica de honore, & veneratione Sacrarum Imaginum; Μανθάνω δ' ὅτι ἐν Ῥώμῃ, καὶ τὰς κλεῖς τοῦ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων Πέτρου διὰ τιμῆς ἄγουσιν. Καί τοίγε ὁ κύριος οὐ κλεῖς αὐτῷ δέδωσιν αἰσθητὰς, ἀλλὰ τὰς διὰ λόγου εἰς τὸ δεσμεῖν, καὶ λύειν. Οἱ δὲ ἀργυρᾶς πεποιηκότες ταύτας προσπθέασιν εἰς προσκύνησιν. Τοσαύτη οὖν αὐτῶν ἡ πίστις. κἀκεῖ ἡ ἀρραγὴς πέτρα τῆς πίστεως τεθεμελιωμένη

μηδὲν κατὰ τὸν λόγον τοῦ κυρίου. ἐνταῦθα δὲ ὡς ἔοικε πλεονάζουσα ἡ ἀπιστία, καὶ ἡ ἀνομία. *Audio etiam Romæ claues Principis Apostolorum Petri in honore haberi; licet Dominus non claues illi tradiderit materiatas, sed per sermonem ad ligandum, & soluendum. illi vero argenteas factas proponunt in venerationem. Tanta igitur est eorum fides. Ibiq; infrangibilis petra fidei fundata est secundũ verbum Domini: hic vero, vt apparet, infidelitas atq; improbitas redundant.* Et vt exactius rem intelligat Hottingerus, rursus denuo tanti Patris verba retexam. *Quandoquidem secundum ab initio constitutas diuinas regulas præeminebant, & præsidebant in ipsa quotquot erant ex occiduis oris, vel senioris Romæ pars haud contemptibilis, absq; quibus dogma in Ecclesia motum, quod & Canonum præscripto, & Ecclesiasticis consuetudinibus comprobatum est, probationem non consequatur, neque vnquam accipiat finem, cum illi sortiti sint primas partes in rebus sacris tenere, & traditam possideant Principum Apostolorum dignitatem.* O lingua iure aurea! o veritas inuincibilis, quæ oppressa etiam Hæreticorum machinis ac calumnijs, tandem emergis; & falsum insimulantes deuincis. Explica tu si potes præeminentiam Romanorum Pontificum elegantius, expressius, neruosius, & palmarium habe. Et tum vniuersus Oriens paulo

an-

ante tempora Photij ita ſentiebat. Neque ab his diſſentit Theodorus Studita. Vide etiam Stephanum iuniorem, & Martyrem, Taraſium Patriarcham in Synodo Nicæna Secunda, Stylianum Neocæſarienſem Epiſcopum, & alios, quos alio, atq; alio loco adduximus, quibus patebit clariſſime, quænam apud Græcos tum temporis fuerit de auctoritate Romani Pontificis ſententia. Sed vt magis pateat, eam nos ex hiſtoriæ ſerie eruamus. In Concilio Conſtantinopolitano ab Ignatio coacto deponitur Gregorius Syracuſanus Epiſcopus, ita tamen, vt aſſenſus Romani Pontificis requiratur. Petitur a Leone Papa per Legatos. Leo differt, donec partem alteram audiat, & decretum examinet, & interea Leone decedente, res ad ſucceſſorem defertur. Narrat Nicolaus Papa Epiſtola ad Michaëlem Imperatorem. Inſtat denuo Ignatius, & Benedicti anno ſecundo mittit Romam Acta Synodalia, petens confirmari. Benedictus diligentius diſcuſſa cauſa præſente eodem Gregorio ſententiam Ignatij confirmat. Deponitur rurſus Ignatius, intruditur Photius, ſi deſit aſſenſus Pontificis, infecta ſunt omnia; quare Legatis miſſis quæritur aſſenſus, negatur, donec partes audiantur, illis auditis Nicolaus, & Adrianus pronunciant

contra Photium. Deiecto postmodum Photio, & restituto Ignatio mittitur ad Pontificem; petiturque ab eo, vt insinuet, quid agendum sit de Sacerdotibus, qui Photio adhæserant. Pontifex mittit Legatos suos, vt cuncta rite disponerent, & causa Photij, atque Ignatij a Romano Pontifice discutitur, & internoscitur, & mortuo tandem Ignatio, & restituto Photio, petitur rursus a Romano, vt illum in communionem suscipiat, eiusque ad Patriarchatum reditum sua auctoritate firmet. Eijcitur iterum Photius, & iterum ad Romanum Legationes, & literæ, vt Acta confirmet, & cum Stephano Patriarcha dispenset, & cum Episcopis deceptis a Photio, qui mandat vtriusque partis Episcopis mitti, quibus auditis sententiam pronunciet. Vides hic Romanorum Pontificum dominatum ab ipso Christo illis exhibitum super Ecclesias non ex ambitione vindicatum? Photianis temporibus, & anteactis, & postmodum subsecutis Pontifices Romani mandant, imperant, pœnis etiam indictis Imperatoribus, Patriarchis, Episcopis, vniuersis Christi fidelibus; lites inter eos exortas examinant, ponderant, & solo suo arbitrio discernunt, & sententia definiunt, in iudicio de rerum veritate inda-

da-

dagant, sontes condemnant, innoxios subleuant, & ius suum vnicuique tribuunt. Si ipsi sua auctoritate decreta ab alijs non confirment, decreta infecta habentur; & hanc esse consuetudinem antiquam Ecclesiæ Scriptores illius temporis fatentur; & Hottingerus ex ambitione id facere, & dominatum in res Ecclesiasticas, quasi non suum ad se trahere fatebitur? Sed fassus est. verum; at nulla fide. Dicit Hottingerus, tum primum, & ætate Photij Romanos Pontifices conatos ad se trahere dominatum, quem antehac nunquam obtinebant. Consideret ergo, an Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus, Tarasius item Patriarcha, Theodorus Studita, & alij antiquiores Photio fuerint. Frustra itaque de ambitione Pontificum Romanorum ætate Photij nugatur. Sed vetustiora homo ingeniosus rimatur. Plus satis alijs tractatibus dedimus, nunc vnum vel alterum si addidero, Quæstioni finem imponam. Excommunicatur, eijcitur ab Ecclesia, quod Nestorij partes fouisset, & oppugnasset Cyrilli capita, Synodo plena Theodoretus: pœnitentia dehinc ductus, & reconciliatus Leoni, in communionem admittitur, & aliorum Catholicorum consortio dignatur, comparat in Synodo Chalcedo-

nensi, petit admitti. Synodus reclamitat & ab ipso damnationem Nestorij quæritat. Vbi id actum est, Synodus acquiescit vniuersa, mandataque Leonis Pontificis effectu adimplenda esse constituit; Λείπεται τοίνυν ψῆφον ἐξενεχθῆναι παρὰ τῆς θεοφιλίας τῆς ὑμετέρας, ὥστε καὶ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτὸν ἀπολαβεῖν, καθὼς καὶ ὁ ὁσιώτατος Ἀρχιεπίσκοπος Λέων ἐδικαίωσεν. *Reliquum est igitur, vt sententia proferatur a reuerentia vestra, vt Ecclesiam suam recipiat, sicut & sanctissimus Leo Archiepiscopus iudicauit.* Relegetur hinc ambitio. amandetur contentio, & disputatio, Quæstio anceps, & perobscura iam declarata est. Recipiendus Theodoretus est. restituendus Throno. Ita Leo Romanus ἐδικαίωσε, *iudicauit, censuit æquum esse, immunem fecit a crimine, extra culpam esse statuit*. Statimque omnes clamauerunt; Θεοδώρητος ἄξιος τοῦ θρόνου. Ἡ Ἐκκλησία τὸν ὀρθόδοξον. ἡ Ἐκκλησία τὸν ποιμένα ἀπολαβῃ. τὸν ὀρθόδοξον διδάσκαλον ἡ Ἐκκλησία ἀπολάβῃ. τοῦ θρόνου Θεοδώρητος ἄξιος. τοῦ Ἀρχιεπισκόπου Λέοντος πολλὰ τὰ ἔτη. Μετὰ τοῦ Θεοῦ Λέων ἐδίκασεν. ὁ λαὸς τὸν ὀρθόδοξον ἀπολάβῃ. ἄξιε τοῦ θρόνου. Θεοδωρήτῳ τῷ Ἐπισκόπῳ ἡ Ἐκκλησία ἀποδοθῇ. *Theodoretus dignus est sede. Ecclesia Orthodoxum. Ecclesia pastorem recipiat. Orthodoxum Doctorem Ecclesia recipiat. Theodoretus dignus est sede. Archiepisco-*

ſcopo Leoni multos annos. Cum Deo Leo iudicauit. Populus Orthodoxum recipiat, dignum ſua ſede. Theodoreto Epiſcopo reddatur Eccleſia. Quæ quo pondo ſint, acutiſſime expendit Gregorius Patriarcha Conſtantinopolitanus Reſponſione contra Marci Epheſij fidei profeſſionem. Ὁ δὲ Κύριος Θεοδώρητος μέχρι καὶ τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς τετάρτης Συνόδου ἀκοινώνητος, ὑπῆρχε, καὶ ἀπρόσδεκτος παρὰ πάσης τῆς Ἐκκλησίας. καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ τετάρτῃ Συνόδῳ παραγενόμενος, καὶ αἰτῶν συνελθεῖν τοῖς λοιποῖς πατράσιν, οὐ πρότερον προσεδέχθη, εἰ μὴ ἐκ τῆς Ῥώμης τοῦ μακαρίου Λέοντος ἐπιστολὰς ἐπεφέρετο. οἱ γὰρ τῆς συγκλήτου ἄρχοντες ἔλεγον, ὅτι ὁ Βασιλεὺς κελεύει, μὴ συνελθεῖν Θεοδώρητον. οἱ δὲ τοποτηρηταὶ τῆς Ῥώμης ἔφησαν, ὡς ὁ Ῥώμης κελεύει συνεισελθεῖν, καὶ οὕτως εἰσεδέχθη. *Theodoretus Cyri Epiſcopus vſq; ad tempora quartæ Oecumenicæ ſanctæ Synodi, extra communionem, & Catholicæ Eccleſiæ conſortium agebat. Et cum ad quartam S. Synodum proceſſiſſet, poſtulaſſetque, vt cum reliquis Patribus locum haberet, non prius exceptus eſt, ni Romani Pontificis beati Leonis literis inſtructus. Nanque Principes Senatus dicebant. Imperator iubet, ne vna cum alijs ingrediatur. Locumtenentes vero Romani dixerunt, Romanum iubere, vt vna ingrediatur. & ſic cum alijs exceptus eſt.* Bone Deus! Quis eſt hic dominatus, qui Impe-

ratori, & vniuersæ Synodo contra penditur. Imperator, & Synodus iubet non recipi. Leo iubet recipi. mandata Imperatoris, & Synodi negliguntur, Leonis excipiuntur, atq; exhauriuntur. Iudicat Imperator, iudicat Synodus, sed quod curiosa hominum indagine de causa cognoscunt, iudicium infirmum eorum est, exauctorari & repudiari potest, Leo diuino afflatus numine cum Deo iudex in omnibus sedet, & iudicium pronunciat. Non fallitur Deus nec fallit, neq; Leo cum quo Deus iudicat; ideoque illi tutissime ab vniuersa Ecclesia fiditur. Et temere deplorat Creyghtonus ius Patriarcharum per omnes occasiones seu oblatas, seu arreptas ab Imperatoribus accisum, ac labefactatum, ne Romanis Pontificibus obsisterent, & eorum prærogatiuas interrumperent. Ius enim in vniuersas Ecclesias Pontificum, cum a Deo sit, & a Deo regatur, & pendeat, ad extrema vsque Orbis terrarum tempora illibatum, atque innocuum conseruabitur. Manet siquidem promissis Deus, & seruat fidem, & rogante Filio per Patrem nulla interponitur mora. Non expleo te: exemplum vnicum est. non acquiescis, & tamen septingenti & amplius Patres & Principes seculares satis habuere. Sed per quam verum est Ignatij Diaconi & Sceuo-

phy-

phylacis magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ in vita S. Nicephori Patriarchæ eiusdem Vrbis dictum; Ἄπιστον γὰρ, καὶ ἀνένδοτον αἱρετικὴ μοχθηρία, κἂν μυρίοις τοῖς ἐλέγχοις καταπατηθῇ, τοσαυτάκις ἀναισχυντεῖ. Sit hoc apud te tanquam mysterium. Quare ad antiquiora etiam confugimus, quorum testis est non vnus e triuio, vel vili plebecula, sed inter Patres, & Doctores sine vlla exceptione supremus. Is fuerit Basilius Magnus Epist. ad Occidentales Episcopos, quam & septima Synodus generalis suo calculo comprobatam verbis ipsis persecuta est. Audi, etsi tædeat te similia audire. Eustathius ex Sebastia minoris Armeniæ cum studijs operam daret Alexandriæ ab Ario edoctus, Arij a pedibus seruus contra vnigenitum eiusque diuinitatem blasphemus, alios in eandem hæresim compellebat. Ad sua reuersus eiurata hæresi, & professione rectæ fidei facta ab Hermogene Cæsariensi Episcopo sacris astringitur. Vita functo Hermogene, confestim recta ad Eusebium Episcopum Constantinopolitanum Arianæ hæresis promotorem confugit. Hinc nescio quas ob causas extrusus, reuersus in patriam hæreseos culpa se liberans, & impio sensu damnato, Episcopatum obtinet, quo obtento protinus anathematismum dicit in Homou-

sion

ſion in Ancyrana Synodo, & Seleuciam perueniens hæreſim propugnat voluminibus editis, Homouſion condemnat, rurſuſque Conſtantinopoli cum Hæreticis conſentit, ideo Epiſcopatu pellitur. Sic ſui reſtitutionem procurans Occidentem petit, & a Liberio tum Pontifice reſtituitur, cuius exinde literis munitus in Synodo apud Tyana congregata ſuo Epiſcopatui reſtituitur. Ὁδὸν ἑαυτῷ τῆς ἀποκαταστάσεως ἐπινόησε τὴν ὡς ἡμᾶς ἄφιξιν. καὶ τίνα μέν ἐστιν ἃ προετάθη αὐτῷ παρὰ τοῦ μακαριωτάτου Ἐπισκόπου Λιβερίου, καὶ τίνα ἃ αὐτὸς συνέθετο, ἀγνοοῦμεν, πλὴν ὅτι ἐπιστολὴν ἐκόμισεν ἀποκαθιστῶσαν αὐτὸν, ἣν ἐπιδείξας τῇ κατὰ Τύανα Συνόδῳ ἀπεκατέστη τῷ τόπῳ. *Sibi modum reſtitutionis excogitauit ad vos proficiſcens, & quæ ſunt, quæ illi a beatiſſimo Epiſcopo Liberio propoſita ſunt, & quæ ea quæ ipſe ſpopondit, ignoramus; niſi quia Epiſtolam detulit reſtituentem ſe, quam oſtendens Synodo apud Tyana congregatæ, ſuo reſtitutus eſt loco.* Euſtathius hic Sebaſtenus Arianorum aduerſus Catholicam Eccleſiam dogmatum ſeminator ac magiſter, ſæpius eandem hæreſim abnegans, ſæpius amplectens, & hæreſeos tot vicibus reus comprehenſus, ſolio tandem deiectus, vt ſuis rebus prouideat, Romam deuenit, & iudicio ſiſtitur, & impetratis literis Pontificijs domum regreſſus ſe-

dem

dem recuperat in Tyanensi Synodo. Orientales nesciunt, quid egerit Liberius, an bene causa Eustathij cognita sit, an damnauerit Arium, an dogma Catholicum professus sit, an delictorum egerit poenitentiam, & tamen solo decreto Pontificio inspecto restitutionis, locum restituunt. Adest hic Pontifex ad imperandum, reliqui omnes tanquam luminibus orbi ducem suum Pontificem Romanum, cui rerum Ecclesiasticarum regimen commissum est, sequuntur. Et excellentiorem præeminentiam in Romano quæris? Istiusne dominatus ambitio tum primum cum Photius obstabat, an ab antiquo, & immemorabili, vt ita dicam, inuasit, an ante Photium, & multum ante tempus in Ecclesias illum obtinebat, sibique integrum conseruabat?

Non est quod clamoribus contendas Hottingere, & tragædias excites. Audio. Liberium cum Arianis subscripsisse, hinc illum plerosque inter Pontifices non adnumerare. Modo ipse non ago Liberij causam neque eum ab Ariana labe vindicare contendo. Satis commode id alij peregerunt. Verum vt iurisdictio Pontificia in alias Ecclesias magis magisque pateat, fingamus ita esse, & subscripserit cum Arianis Liberius. Annon vides dominatum Pontificum

etiam

etiam de hæresi suspectorum quanti æstimandus veniat. Pontifici Romano probo atque Catholico in omnibus obsequi, illiusque legibus parere, magnum; incerto atque dubio, & fidei ambiguæ maius, suspecto de hæresi, vel hæretico obtemperare, tum demum maximum est. Pie, sanctéque vitam agentes homines vti antiquæ religionis exemplaria veneramur, & eorum dicta, vti diuina eloquia accipimus. Sic enim par pari reddimus: Arianæ fidei dogmata, amphibios, atq; ancipites execramur. Liberij tamen, quia Romanus Pontifex, licet cum Arianis subscripserit, ideoque ob hæresim diffamatus, tanta erat præeminentia, vt reliquos alios in dignitate Ecclesiastica constitutos ad arbitrium suum traheret, cogeretque nauigare.

Neque absimile est, quod de Apiario Presbytero narrat Synodus contra Photium, quem ab Episcopo, & Synodo Africana penitus depositum, Zosimus Romanus Pontifex absoluit, & cum literis ad Synodum remissum recipiendum curauit: & Synodus Africana Zosimi iudicio, licet ipsi aduerso obtemperauit. Ὡσαύτως γε μὴν καὶ τὸν Ἀπιάριον τὸν Πρεσβύτερον τῆς Ἐκκλησίας Σικένσις τῆς ἐν ἐπαρχίᾳ τῆς Ἀφρικῆς διά τινα αἰτίαν ἀφώρισεν ὁ ἴδιος Ἐπίσκοπος. εἶτα καθῄρησε τοῦτον

παν-

παντελῶς ἡ ἐκεῖ συγκροτηθεῖσα Σύνοδος. Ζώσιμος δὲ ὁ Πάπας Ῥώμης ἀναδραμόντα πρὸς αὐτὸν, καὶ συστήσαντα ἑαυτὸν ἐδικαίωσε, καὶ κατὰ τὴν ἐν Ἀφρικῇ Σύνοδον ἀποστείλας μετὰ γραμμάτων δεχθῆναι πάλιν αὐτὸν παρεσκεύασεν, ἀπολογησαμένης τῆς Συνόδου δι᾽ ἀντιγράφων Βονιφατίῳ τῷ μετὰ Ζώσιμον Πάπᾳ Ῥώμης περὶ τῆς κατὰ Ἀπιάριον καθαιρέσεως, καὶ τῆς αὖθις δικαιώσεως. Καὶ ἕως νῦν δεδικαιωμένον αὐτὸν ἡγούμεθα. Κεκωλύμεθα δὲ μὴ ἐνεργεῖν αὐτὸν τὰ τοῦ Πρεσβυτέρου ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ Σικένσῃ διὰ τὰ παρακολουθήσαντα σκάνδαλα, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις Ἐκκλησίαις ἱερουργεῖν. Εἴρηται τοίνυν ἡ ἐν Ἀφρικῇ Σύνοδος πειθαρχήσασα μᾶλλον τῇ κρίσει Ζωσίμου. *Eadem ratione Apiarium Sicensis Ecclesiæ, quæ in Africana prouincia est, Presbyterum, loci illius Episcopus quandam ob causam a cœtu fidelium exclusit, eundemque postea Synodus ibi coacta penitus deposuit, quem Zosimus Papa Romanus ad se confugientem, suamque causam illi probantem absoluit, & cum literis ad Synodum remissum recipiendum curauit. Rationem vero reddens per apologeticum scriptum Synodus Africana Apiarij depositi, & rursus iustificati causa apud Bonifacium Papam Romanum, Zosimi successorem. Apiarium, inquit, etiam hodie absolutum iudicamus. Censuimus tamen ei propter scandala consecuta in Ecclesia Sicensi Presbyteri officium non esse obeundum, at in alijs Ec-*

Ecclesijs rem ei diuinam facere licere. *Synodum ergo Africanam Zosimi iudicio potius obtemperasse compertum est*. Hæc Metrophanes Smyrnensis Metropolita ad Zachariam a Photio creatum Chalcedonensem Metropolitam falso afferentem, dictum Apiarium a Præsulibus Romanis absolutum Synodum Africanam non iustificasse. Synodus siquidem mandato Pontificio potius quam suo iudicio nixa Apiarium absoluit, & munus sui Presbyteratus obire permisit in alijs Ecclesijs; licet in Sicensi ob scandala ibi exorta obire negauerit, & huiusce suæ negationis per scriptum Apologeticum causam Bonifacio reddidit, quod solent facere secundi, & inferioris conditionis homines, & subiecti, vti ita dicam, seruitio apud præstantissimos & nemini mancipatos Dominos. Nanque ἀπατᾶται ὁ νομίζων μαθητὴς εἶναι ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, καὶ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. Et Hottingerus sub Photio affectati honoris crimen Pontificibus Romanis appingit. At fides mihi vel nuncianti sit. Leuia sunt hæc in Romanam maiestatem Hæreticorum vulnera, quæ veræ historiæ limpidis limphis facillime abluuntur. Pergit Hottingerus. *Postea tamen cum Basilius fraudes Romanas agnouisset, & Ignatius e viuis sublatus esset, Photium restituit*. E viuis sublato Igna-

Ignatio Basilius Photij fraudibus, & Santabareni præstigijs de statu mentis deturbatus, Photium restituit, non ita tamen, vt restitutionis confirmationem a Romano Pontifice non petierit, cui cum indulsisset Pontifex, & certis conditionibus consensisset, si vera sunt quæ in Photiana hac Synodo digeruntur, cum illas non obseruasset Photius, assensum quoque suum retraxit, & auocauit, & Photium eadem ipsa anathematis sententia, qua eum Præcessores sui innodauerant, acta contra eum omnia confirmando alligatum declarauit, quam Græci ipsi vti a vero proprioq; rerum Ecclesiasticarum iudice latam, exceptis nonnullis, approbarunt, quidquid ineptiat Hottingerus.

Neque in his cordatior dignoscitur Ioannes Henricus Bœclerus Commentario de rebus seculi a Christo nato &c. pag. 152. in qua notat; *Notari autem debet, historiam huius Tragediæ varijs dubitationibus, partim ex serie rei gestæ, partim studio eorum, quibus nihil liquet in historia, nisi quod ad curiæ Romanæ scenam compositum accomodatumque est, hodieque implicari, specimen eius rei possis capere ex Leonis Allatij disputatione, quam artificioso suo Commentario de Ecclesiæ Occidentalis, atque Orientalis perpetua consensione inseruit, lib. 2. cap. 4, 5, 6. vbi multa & scripta,*

&

& facta circa hanc rem, eo quo dixi proposito, in dubium vocat, ad qua accuratius consideranda non patitur instituti ratio, vt digrediamur. Fiet forte opportuniore loco, & tempore. Et quando opportunior hic locus & tempus? Vtinam ante quam ipse hinc demigrem. Iterum vtinam & quam ocissime. Rei gestæ seriem in turbulentissimis Photij agitationibus serio examine, partium studio neglecto, exploraui, & quod rem ipsam loquebatur, in medium protuli testimonijs Scriptorum, & vero proximioribus stabilitum. Quare hoc sibi ex Allatio habeat Bœclerus, quod & Hottingero antea indixerat, non versari illum in comprobando dogmate vel consuetudinibus Ecclesiasticis a calumnijs Hæreticorum eruendis. Esto sit falsum dogma. sint prauæ consuetudines. Liceat per me Bœclero, quidquid in mentem venerit etiam inconsiderate effutire. Propositum Allatij est, Ecclesiæ Romanæ Græcæque consensionem demonstrare, eamq; perpetuam. Id sane aptissime probabitur, si & Romanos & Græcos eadem dicere, eadem probare, eadem profiteri, quod ex libris eorum ritualibus, illiusque gentis Scriptoribus, & potissimum si Schismaticorum consensus accedat, ni cæcutire velimus, in rebus clarissimis, ostenditur.

Qua-

Quare cum ipſe ante & poſt tempora Photij teſtimonia Græcorum eo æuo præclariſſimorum profert, eadem ipſa, quæ & Pontificij dicunt, enunciantium, nemo niſi perfatuus conſenſionem, etiam ſi praua a nonnullis reputetur, in dubio ponet. Hinc concludo; Taraſius, Nicephorus Patriarchæ Conſtantinopolitani, Theodorus Studita, Simeon Metaphraſtes, Maximus Homologeta, Baſilius, Leo Imperatores Græcorum, Pontifices ipſi Romani ad eoſdem Græcos ſcribentes, a quibus nullo negotio de mendacio, atque de vſurpata indebite auctoritate argui poterant, ipſe Photius Eccleſiæ Romanæ hoſtis infenſiſſimus: hi omnes non ex trunco, aut ſtipite, ſed cum primis illuſtres ſcientijs, virtutibus, & dignitatibus clari, & ab ipſis Græcis etiam ſchiſmaticis in maximo pretio habiti, & maxima veneratione culti, dictis factiſque fatentur, Romanum Pontificem primas partes in vniuerſa Eccleſia obtinere, illius eſſe & Eccleſias corrigere, & corripere, dogmata ſtabilire, minis etiam & pœnis inflictis Eccleſiaſticas perſonas, cuiuſcunque ſint gradus & dignitatis, ad ſua placita compellere, &, ſi mandatis non obtemperauerint, pœnam ab eis ob contumaciam expetere, &, quidquid ipſi egerint, irritum de-

clarare, ni ab illis postmodum confirmatum fuerit, & Concilia etiam ipsa generalia, & particularia nullam habere firmitatem, si ipsius assensus non accesserit, & similia. & hæc omnia non scriptis tantum, sed factis etiam comprobant. Ergo Pontificia dignitas, & auctoritas, quam sibi Romanus in vniuersam Ecclesiam exercet, debita est illi consensu Græcorum, & Latinorum vnanimi, non ex ambitione circa tempora Photij vindicata, nec artificioso Allatij commentario implicata, vt Græci cum Latinis coniuncti sententijs concinunt: & tu consensum pernegas, & criminis loco & artificij conatus Allatij obijcis? Dicta factaque præ oculis sunt; si audis & non comprehendis animo plane & dilucide loquentia, quare ipsa deuoras? quare illis offundis tenebras? quare certa incerta reddis? Si non capis, si non recipis, fatere inscitiam tuam: si tenes, & negas, nec acquiescis, iam malignus es, improbus es, plenus sceleris es, extra Ecclesiam es, & eiurato Christianismo extra aram & fidem es.

Hinc quoque assequimur immodicam Roberti Creyghtoni in historia infantiam, & immoderatam stultiloquentiam, ne dicam impietatem, & rerum sacrarum contemptum, qui præfatione ad Lectorem in Histo-

Historia Concilij Florentini, quasi de Romanis Pontificibus triumphasset Photius, nimbos Septentrionis profundit; *Et quid si mille Papæ Photium incursassent, seu Laicum, seu sacratum, seu viuum, seu mortuum? Photius non minus sui iuris securus sedebat in solio a Paparum contumelijs, dum vixit, quam post mortem supinus iacebat in sepulchro. Iam mundus ætate prouectior vindicias dedit secundum libertatem; & mortales plurimi a Photij exemplo didicere, istos Salmoneas contemnere, qui tonitrua excitant in maiorem strepitum, quam stragem. Fulgur discurrens multa territat animalia, sed rarum cadit bidental.* Et esse ne mentis integræ dicendus est hic vir? Ad incursandum Photium non fuere necessarij mille Papæ. Quatuor nec illi coniunctim, sed vnus post alium subsecutis temporibus in Romana cathedra considentes, Nicolaus, Adrianus, Ioannes, Marinus astum Photij, & immensam improbitatem, nec non Imperatorum, & Principum fauorem, & gratiam compresserunt, eumque de throno malis artibus occupato deiectum, in numerum sceleratorum, & impiorum hominum detrusum, & vti a Gregorio Syracusano ad sacros ordines promotum, laicum declaratum, a solo patrio extorrem, vagum, exulemque aberrare, dignitatibus

imminutum iterum, atque iterum perinuitum, ac repugnantem coëgere. Et hoc est renitentibus mille Papis throni occupati securum, & ad Pontificum ictus tutum esse? Securitas ista, si mentis inops non est Creyghtonus, mera calamitas, crux mala maxima est. sic eiectus, afflictus cum reliqua omnia ad solandum eum defecissent, & artes ipsius retunderentur, ad Romanum recurrit, a quo tantummodo securitatem attendit, qui ærumnas illius deplorandas commiseratus, speransque eum ad sanam frugem reducere, Imperatoris quoque supplicationibus flexus, seseque ad illius mediocritatem demittens, illius reconciliationem cum Ecclesia Romana ita disponit, vt in Synodo Libellum exhibeat, indoleat de commissis, & misericordiam poscat, pœnas etiam pro sceleribus promeritas, imponendas sibi persoluat. Quod cum ipse postmodum non perfecisset, pœnis nouis subactus, & extra thronum communione Catholica seclusus cum vita animum quoque inglorius amisit, profectus ad inferos. Sic triumphatur apud inconsideratissimos Hæreticos de Pontificibus Romanis, & Salmonei similes plorare iubentur. Sic tonitrua ista non sunt strepitus, sed terror, fulgur discurrens, strages, & per
den-

denſum cadens bidental. Bidental vides, fulminis veſtigia, & ob illa conſtructam a Sacerdotibus aram, & fulminis ictum denegas? tantum ad terrorem proiectum contendis? Quod non potuit Michaël Imperator, Bardas Imperij arbiter, Baſilius Macedo item Imperator neruis omnibus incumbentes, vnus Romanus Pontifex habuit in ſua poteſtate. Declarat reum Photium, pellit de throno, Sacris ſpoliat: ſi placuerit, modo quo vult, reſtituit, rurſuſque inobedientem pellit. Et Photius ſui iuris ſecurus ſedet in ſolio, etiam ſi mille Papæ eum incurſent? Sed eſto etiam ſediſſet inuitis Pontificibus. Vis, & tyrannis, & dementiſſima pro arbitratu ſuo imperitantium temeritas aliud poſcit, aliud æquum & iuſtum. Imperatores vim vi repellunt: Pontifices Romani Eccleſiaſticis armis ſua defendunt, & criminibus obnoxios oppugnant.

Iam vero, vt id quoque concedamus Schiſmaticis, ſit ſane ita. Synodus hæc Photiana Oecumenica ſit, Ioanni Pontifici probata, ab Eccleſia tum Græca, tum Latina agnita, & vti legitima excepta; iura, ac facultates alijs Synodis Oecumenicis indubitate conceſſas, & quod magis eſt, tantum ſibi vindicet, iuſteq; poſſideat, vt & fu-

turis Synodis Oecumenicis, & vniuersali Ecclesiæ legem, pœnis statutis, imponere valeat, quam si non seruauerint, ob delictum contra legem datam commissum plectendæ veniant: nunquid propterea Romana Ecclesia addens in Symbolo, *Filioque*, pœnas indictas persoluet? Nihil minus. Pendamus verba Synodi. Decretum est post Symbolum absq; additione pronunciatum; *Si quis aliam fidem in hoc sancto Symbolo addiderit, vel aliquid dempserit, vel immutauerit, si ex sacratis Deo hominibus est, omnimodæ depositioni, si ex laicorum ordine, anathemati subijciatur.* Εἰ μὲν τῶν ἱερωμένων εἴη τις, παντελεῖ καθαιρέσει τοῦτον καθυποβάλλομεν, εἰ δὲ τῶν λαϊκῶν, ἀναθέματι περιπέμπομεν. Prohibetur alia fides, contraria nempe, scriptæ aduersans, repugnans, aliena, externa, Sed fidei in Symbolo Nicæno, vel Constantinopolitano traditæ, nullo modo aduersatur, neque repugnat additio *Filioque*, cum id multo ante Photiana tempora tenuerint atq; deprædicauerint Ecclesiæ Orientalis, & Occidẽtalis, Patres, & Doctores Ecclesiæ Græcæ, & Latinæ, & illius vestigia satis perspicua, & manifesta in sacris literis habeantur, vt alibi sæpius fuse probauimus. Non afficit ergo Romanam Ecclesiam cohærentem, aptam, & cõsentaneam Symbolo veritatem

addentem Symbolo. quidquid in contrarium conentur Schismatici Photiani.

Tandemque hic adnectam verba Gregorij Hieromonachi ex Responsione in Professionem fidei Marci Ephesij, quæ toti dubitationi finem imponant; Ἡμεῖς δὲ καὶ τὰ πρακτικὰ τὰ παρὰ τοῦ Ἐφέσου προκομιζόμενα, ὡς τῆς ὀγδόης Συνόδου δεξόμεθα. ἔτι δὲ καὶ τὴν λέγει ἐπιστολὴν τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ἰωάννου, καί τοι γε πολὺ τὸ ὕποπτον ἔχουσαν, διὰ τὸ εἶναι ὅλην δι' ὅλου ἑλληνικὴν τὴν γραφὴν, καὶ μηδὲν ἔχειν ἐν ἑαυτῇ ἰδίωμά τι Λατινικόν. Ἄλλως τε ἐν ταύτῃ τῇ Συνόδῳ πρῶτον ὤφειλεν αὕτη ἀναγνωσθῆναι, εἶτα δέξασθαι τὸν Φώτιον τὰ ἐγχειρίζοντα τὴν καθέδραν τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἐγένετο. Ἀλλ' ἅμα τῷ παραγενέσθαι τοὺς τοποτηρητὰς τοῦ Πάπα, καὶ τῷ Φωτίῳ κομίσαι τὰ σταλέντα, τό τε ὠμοφόριον, καὶ τὸ στιχάριον, καὶ τὰ σανδάλια, μηδεμιᾶς προηγησαμένης ἐξετάσεως, εὐθὺς ὁ Φώτιος δέδεκται αὐτῶν, καὶ τὰ κομισθέντα αὐτῷ, ὡς τὰ πρακτικὰ τῆς Συνόδου ταύτης μαρτυροῦσι. Καὶ τὸ, Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰπεῖν ὁ νεφέλαις τὸν οὐρανὸν περιβάλλων, καὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀναχωνεῦσαι, καὶ καθαίρας στολισάμενος, αὐτὸς τὸν ἀδελφὸν, καὶ συλλειτουργὸν, καὶ πνευματικὸν πατέρα ἡμῶν, καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ φρουρὰν ἄσυλον, καὶ σωτηρίαν ἀσφαλῆ στολίσαι, καὶ τῷ μέλλοντι αἰῶνι τὸν νυμφικὸν περιβάλλοι χιτῶνα, ἄξιον τοῦ μακαρίου ἐκείνου νυμφῶνος ἀναδεῖξαι. ἴδε οὖν πρότερον ἐν κοινῷ

ἀναγνῶναι τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τὴν ὁμολογίαν τῶν πρέσβεων ἔγγραφον λαβεῖν, καὶ οὕτω τὰ τῆς τοῦ Θεόγνου, καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀνακήρυξιν δηλοῦντα δέξασθαι. Ὅμως γε μέν τοι ἡμεῖς, ὡς οἰκουμενικὴν αὐτὴν δεξόμεθα ἀσμενέστατα, ὡσαύτως καὶ τὴν ἐπιστολήν. Τί οὖν φησὶν αὕτη; οἰόμεθα δὲ μηδὲ τὴν σὴν ἱερότητα ἀγνοεῖν, ὡς οὖσαν νουνεχῆ τε, καὶ πλήρη σοφίας, ὅτι τε τοὺς λοιποὺς ἡμῶν Ἐπισκόπους καταπεῖσαι οὔπω φρονεῖν, εἰς δυσχέρειαν ἡμῖν οὐ μικρὰν ἐμπίπτει· ὅτι πρᾶγμά τι θειότερον οὕτω ταχέως μεταβαλεῖν οὐδεὶς ἂν εὐκόλως δυνηθείη, εἰ καὶ βραχεῖ χρόνῳ τὴν ἔναρξιν εἴληφε, καὶ οὐκ ἔστι παγιωθὲν ἐκ πολλῶν ἐνιαυτῶν καὶ διὰ ταῦτα καλῶς ἔδοξεν ἡμῖν, ἵνα μὴ μετὰ βίας ἀναγκασθῇ τις παρ' ἡμῶν ἐᾶσαι τὴν προσθήκην, ἣν ἔφθασεν ἐν τῷ Συμβόλῳ προσθεῖναι, ἀλλὰ μᾶλλον μετὰ οἰκονομίας παρασκευάσαι, κατὰ βραχὺ παραινοῦντας ἀποστῆναι τῆς βλασφημίας. Ποιμαίνετε γὰρ τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον οὐκ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἐπιεικῶς, οὐδ' ὡς κατακυριεύοντες τοῦ κλήρου, ἀλλ' ὡς τύποι γινόμενοι, ὁ ἄκρος τῶν Ἀποστόλων Πέτρος ἔφη. καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τῆς ἐπιστολῆς. τίς δὲ οὐκ ἀκήκοεν, ὡς Λατῖνοι τοὺς κακοδόξους διὰ πυρὸς μᾶλλον δοκιμάζουσι; πῶς δὲ οὐκ ἀνεθεμάτισεν οὔπω βλασφημοῦντας; ποῦ δὲ ἐν τῇ κακοδοξίᾳ μᾶλλον ἁρμόζει τὸ μὴ κατακυριεύειν τοῦ κλήρου; τοῦτο γὰρ Ἄρειος καὶ Μακεδόνιος, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς εἶπον ἄν, ὅτι γέγραπται, μὴ κατακυριεύετε τοῦ κλήρου, καὶ πάντες ὁμοίως οἱ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀλλότριοι. ποῦ δὲ

ὁ

ὁ καινῶν ὁ θεαπίζων, ὁ κοινωνῶν τῷ ἀκοινωνήτῳ, καὶ αὐτὸς ἀκοινώνητος ἔσω. δῆλον οὖν ὡς οὐχ αἵρεσις τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ προστεθὲν ἐν τῷ θείῳ Συμβόλῳ. εἰ γὰρ αἵρεσις ἦν τοῦτο, οἱ οὕτω ψάλλοντες τῷ ἀναθέματι καθυποβάλλοντο, εἰ καὶ τὴν τοῦ πυρὸς δίκην διέφυγον. Ἀλλ' ὁ μακαριώτατος Πάπας Ἰωάννης, καὶ ἡ περὶ αὐτὸν Σύνοδος τοῦτο οὐκ ἐποίησεν, καίτοιγε τοιαύτην ἀκρίβειαν ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς τηροῦντες, ὡς καὶ διὰ τὸ συντάξαι τὸ τοῦ Ἀνθήμου ὄνομα ἐν τοῖς διπτύχοις τὴν ἀνατολικὴν Ἐκκλησίαν ἀποσχισθῆναι ἀπὸ ταύτης τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν. *Nos porro & Acta, quæ ab Ephesio producuntur, ac si Octauæ Synodi essent, recipiemus. Præterea etiam & quam ait Epistolam sanctissimi Papæ Ioannis, licet suspectissima sit, quod scriptio illa per omnia dictionem Græcam referat, & nullam in se contineat proprietatem Latini sermonis. Et absque dubio in ea Synodo ante alia omnia primum legenda erat, postmodum recipiendus Photius, admittendaque ea, quæ ipsum in cathedram Constantinopolitanam promouerent. Hoc vero ita peractum non est. Sed statim atque conuenissent Papæ locumtenentes, & præsentassent munera Omophoriuin, Sticharium, & Sandalia, nullo præuio examine, statim Photius ipsos recepit, & munera sibi missa, vt Acta Synodi testantur; nec non & illud;* Christus Deus noster, qui cœlum nubibus circundat, & naturam nostram

ſtram, vt eam reconflaret & repurgaret, amiciri voluit, ipſe fratri, & comminiſtro, & ſpirituali Patri noſtro, & in vita præſenti cuſtodiam tutam, & ſalutem ſacroſanctam tribuat, & eum in futuro ſeculo ſponſali tunica circumdet, dignum beati illius thalami oſtendens. *Addecebat itaque primum Epiſtolam in omnium audientiam legere, & Legatorum confeſſionem ſcriptam accipere, tum demum ea, quæ reſtitutionem throni, & Pontificatus indicabant, admittere. Nihilominus nos illam perquam libentiſſime vti Oecumenicam ſuſcipiemus, & eam ipſam Epiſtolam. Quæ porro in ea continentur?* Exiſtimamus vero tuam ſanctitatem non ignorare, cum prudens ſit, & ſapientia abundet, reliquis noſtris Epiſcopis, vt ita teneant, perſuadere, maximis difficultatibus eſſe inuolutum, quod rem ſimilem in aliud atque aliud immutare, nullus ita facile poterit, licet non ante multum tempus principium ſuum habuerit, neque ſuam firmitatem multorum annorum curriculo poſſederit. Propterea ita viſum eſt nobis, ne quis per nos violenter cogatur additionem deſerere, quam iam in Symbolo adſcriptam recitat: ſed potius cum prudentia paulatim præparare, adhortantes, vt blaſphemiam eiurent, Paſcite enim gregem, qui

in

in vobis eſt, non coacte, ſed ſuauiter, neque vt prædominatores in clero, ſed veluti exemplaria facti, Princeps Apoſtolorum Petrus dixit. *& quæ ſequuntur. Et hac quidem ex ea Epiſtola ſunt. Quis vero adeo ieiunus eſt in rebus Latinorum, vt neſciat, eos igne potius, quam rebus alijs caſtigare non recte ſentientes? Quare non anathemate feriji ſimili ratione blaſphemantes? & quanam in re potius quam in deprauatis dogmatibus locum habet, non prædominari in clero. Hoc ſiquidem Arius, & Macedonius, & eorum aſſeclæ dixiſſent, ſcriptum eſſe, ne prædominemini clero, & omnes alij, qui recta dogmata aſpernantur. Et vbi nam fuerit canon, qui decernit; Communicans ſeparato & ipſe ſit ſeparatus. Hinc manifeſtum eſt hæreſim non eſſe appoſitum in diuino Symbolo. Nanque ſi hæreſis eſſet, qui id concinunt, anathemati ſubijcerentur, licet ignis condemnationem effugiſſent. Sed beatiſſimus Papa Ioannes, cum ſua ipſius Synodo hoc non fecit, licet in rebus Eccleſiaſticis enodandis etiam atque etiam conſideratiſſimus eſſet, & ita exactus, vt Orientalem Eccleſiam, quod Anthimi nomen in diptychis appoſuerit, a ſemetipſa Romana Eccleſia ſeparauerit.*

Et vt verius, ac planius loquar, ex verbis Photianæ Synodi hoc vnum elicitur, non alium fuiſſe illius ſcopum, nec aliud

con-

consilium, quam priuatis, & singularibus personis non licere Symbolum a Nicæno, & Constantinopolitano diuersum, illique, vt ita dicam, disparile, ac dissociabile, & ex male prognata hæresi confictum Catholicis, vel ex hæresi conuersis publice recitandum proponere, qua ratione Theodorum Mopsuestanum, vel etiam Nestorium fecisse cum conuersis Tessarescædecatitis, quibus erroribus scatens Symbolum tradiderant, in Ephesina Synodo euincitur, cuius verba hæc Photiana vsurpat. Plena siquidem sunt Conciliorum acta, & extra Concilia Patrum, piorumque hominum scripta Professionum fidei, in quibus fere omnia, & singula inter se longissime diuersa continentur, a nullo tamen in crimen vocata, quinimo in laude omnium posita: quæ vero de errore suspecta, vel male sana mente hæreticorum prolata fuere, & reiecta, & condemnata. Decretis vero, & fidei professionibus in Concilijs generalibus nomine omnium expositis, ac pronunciatis nunquam vel Synodus alia, vel quispiam cui cor saperet, sese opposuit, probri, vel criminis ea insimulando, sed veneratione prosequutus coluit, & obseruauit. Hinc machinæ technæque Photianorum omnes aduersus Romanam Ecclesiam ruunt, Pho-

tia-

tianæ huiusce Synodi fauor exolescit, & ementitæ inaniæ ac fraudes deprehenduntur.

CAPVT XIII.

Hottingeranæ Disputationis Apologeticæ contra Allatium de consensu Græcæ, Romanaque Ecclesiæ sordes, atque mendacia eluuntur.

DVm hæc Exercitationi extrema lineamenta adderem, & ad metam properaret oratio, en ecce ad me literæ Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini Ferdinandi Furstembergij Episcopi Paderbornensis, & Sacri Romani Imperij Principis, cum humanitatis sparsæ suauitate, tum in insignes amoris notis perferuntur, vnaque cum ijs *Disputatio Apologetica* Hottingeri contra Leonem Allatium de consensu Orientalis, & Occidentalis Ecclesiarum perpetuo. Non est quod amplius dicam. actutum attento animo lectioni me dedi, neque intermisi, donec ad exitum Disputatio illa adducta est. Quid tum? Magnopere admiratus sum hominis infantiam putidam, audaciam inconsultam, temeritatem inuerecundam, & vt verbo exple-

pleam, in rebus omnibus πανεργίαν nequissimam. Licet enim in alijs quicquam Hottingerum nosse, vel intelligere, & quod ipse non nosset, ab alijs traditum gratias agendo excipere, exceptum palam defendere, nec alia atque alia commiscendo insulse peruertere, nonnemo deputarit; attamen post huiusce Disputationis lectionem, & accuratum examen perhilum illius fortis commiserebitur. Ille siquidem argumenta, rationesque Allatij, & allata ab eodem ex vniuersæ Ecclesiæ Orientalis Doctoribus testimonia putat iam elusisse, si dicat, se *obseruare Orientales vel reformatis per omnia accedere, vel in circumstantijs tantum variare, vel vbi Pontificijs videntur fauere partibus, illud aut ex principijs fluere Pontificiorum etiam opinione erroneis, aut φαινομένως potius quam ὄντως, verbis, quam rebus assensum testari maiorem, atque sic non negamus Orientales Ecclesias cum Romana aliquod habere simile (difficulter obtinebunt, plura tamen nobiscum.)* Et non videt Hottingerus, dum similia pronunciat, nullum se stolidius esse saxum. Homines in rebus eruditionis volutati, vel solum dictorum eiuscemodi auditione nonne percutientur animo, & tantam subtilitatem ingenij, ne dicam stupiditatem deplorabunt? Nunc etiam ipse comprehendo

men-

mente memori diuinum illud eloquium, *non contradices veritati, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere*. Ipse tamen tua non omnia spectabo: neque enim mihi tantum otij est vniuersas tuas ineptias, ac deliramenta pellere, & αὐτοφλυαρῶν, quod æque atque anguem auersor. Veruntamen tuo etiam arbitratu Hottingere, quoniam ita concessum est, licet non sit tui stomachi, de nonnullis responsionem ineam. Sed antequam aggrediar, ad ea, quæ disputanda sunt, ex te ipse sciscitor.

Quæ vis, aut necessitas, aut amentia, quæ festinatio, quæ immaturitas tanta te compulit, vt mora remota inconsideratissime responsionem ad obiecta Allatij præcipitares? Næ tu inconsulte procedere visus es; & famæ tuæ parum consuluisse; Poteras in aliud tempus rem differendo dexterius vti fortuna tua, & per decennium, & si in animo erat, etiam longiori tempore cogitationes percoquendo solidius aliquid comminisci, tum denique in Allatium vti iam fecisti, maledicentiæ, & malignitatis tela, & si quid his est acerbius, retorquere. Sed effrænis malæ mentis impetus in rabiem versus in longiora tempora extrahere non permisit. Hinc factum est, vt subuersis cogitationibus non quæ debebas, sed quæ celeri-

ritas ipsa, & mixta cum rabie inconsiderantia suggerebant, sed ἀπεροδιόνυζα omnia effudisti, & canis properans cœcos genuisti catulos. Sicque, vt video, maiorem dissertationis tuæ partem ad astruendum inter Græcos, & Latinos dissidium, hinc inde ex varijs auctoribus Latinis, Græcis, Orientalibus, etiam Pontificijs, recentioribus quoque Romanensibus, Allatio συγχρόνοις, & alijs vndique cogis, & auxilia comparas, in quibus magnum quid tibi polliceris, cum posthinc ad obiecta tibi ab Allatio deuolas, vel non respondens, vel in alia atque alia intempestiue subsultans, & nihil ad rem afferens, ita vt vbi ratio, & verba opus sunt, mutus atque elinguis deprehendaris. Quamuis modice me similia tangant, attamen vt tua nunc recens dicta priori congressu omnes noscant, habeto tibi quas infra scripsi notulas, cogor siquidem respondere stulto iuxta stultitiam suam, sed non stulte.

Leo Allatius Roma a Pontifice Romano huc ablegatus eam Bibliothecam diripuit. Bibliothecam Palatinam, & multitudine manuscriptorum Codicum tum Græcorum, tum Latinorum, aliarumque etiam linguarum, & singularium Codicum copia fuisse celeberrimam, non nego. Eam tamen a milite Bauaro spolium factam, Maximilianus

tum

tum Bauariæ Dux trophæum misit Gregorio XV. Pontifici Maximo, qui ad eam auehendam Leonem transmisit, & Leo bona fide iussis obtemperans per hyemem, & per medios hostes, Vrbem Heidelbergam non sine discrimine, & vitæ alea penetrans conseruatam a milite Tillio, & Henrico de Metternich, sibique traditam, impensis Pontificijs integram, ne minima quidem illius chartula deperdita, Romam inuexit in Vaticanam, in qua nunc perhonorifice custoditur vniuscuiusque commoditati, sicuti & Vaticana ipsa. Et hoc est Bibliothecam diripuisse Allatium? Nonne vides Lector, Hottingerum innata sibi vecordia maligni improbique viri officio fungi?

Plane vt Herostratus ex incendio Ephesino. Ne pacatam quidem nequitiam Hottingeri quis ferre posset? quid Leoni cum Herostrato? Ille volens, & gloriæ cupidus infami scelere se commaculauit: Leo datam a vero possessore, & a Domino sibi rem traditam ad deportandam conuexit. Herostratus in Maiestatem diuinam iniurius templum exussit, Allatius ex hostium manibus illa abutentium, ereptum thesaurum ad piorum manus detulit, qui commodis Ecclesiæ deseruiunt. Sed esto, *Diripui*. Annon item Allatij ea maxima laus est, qui collegatus

T con-

consociatusque cum Duce Bauaro Heidelbergam diripuit, Bibliothecam expiliauit, & vna secum Romam induxit? Sed hæc minima laus Bauaro est, qui Leonis ad diripiendam Bibliothecam ope indiguit, illiusque auxilio tantum opus perpetrauit; & tum non vt Herostratus ex incendio Ephesino infamiam, sed laudem Leo captasset.

Sed eandem in perniciem causæ reformatæ Religionis conuertere cœpit. Quomodo ipse Bibliothecam illam in perniciem Reformatæ Religionis conuerterim, non dum capio. Si intelligit, me illius Codicibus vsum, & eorum dictis, ac testimonijs Reformatorum causam confutasse, & illius patronos, & præcipue Hottingeri fastum, & fraudes libris meis editis fregisse, mihi gratulor, iam assecutus, quod tamdiu desideraueram; & cum in eodem proposito sim, continuo illos euoluam, vt Reformatæ causæ perniciesatq; alastor sim. Sed, ne sis nescius Hottingere, Codices omnes Palatinos, quemadmodum & Vaticanos Allatius singulis fere diebus, omnibus omnium generum hominibus, æque ac si expositi essent, a mane vsque ad meridiem foribus apertis eorundem Custos primarius a Summo Pontifice Alexandro VII., quo nomine nemo sanctior, neq; probior, neque in omnibus officijs retinen-
dis

dis diligentior esse potest, constitutus promptos tenet, voluntati locum interuisentium obsecuturus, & desiderio, curiositatique responsurus. Nullus hinc excluditur, nulli prohibetur aditus, nullius conatus interrumpitur. Tanta est in adiuuandis literatorum studijs summi Pontificis munificentia. Non credis? Rogita tuos omnes, etiam ex Reformata religione, qui Romam venere, a quibus plane disces & humanitatem, qua excepti sunt, & promptitudinem in porrigendis voluminibus, & obsequia in ministrando, & solicitudinem, vt eis ex sententia satis sint. Longum tibi catalogum texerem, si eorum nomina animus esset referre. Improbe igitur perniciem causæ Deformatæ, Reformatæ volui dicere, Religionis deploras. Porro illud quoque velim animaduertas, ex Palatinis illis Codicibus *multa orbi literato obtrusisse*, quæ tua sunt, illorum Codicum nullum vnquam vsum Allatio fuisse. Nihil enim in illis est alicuius momenti, quod non in Vaticana melius, & speciosius eniteat. Et vt securius posthac verba profundas, & cesses dare sonum sine mente: si Heidelbergensis cum Romana comparetur, Heidelbergensis nulla prorsus iudicabitur: Romana siquidem ad illam collata, & quantitate, & qualitate multo Heidelber-

gensi superior est. Romana numerat solum Græca volumina supra duo millia, Heidelbergensis quadringentorum numerum non explet, vt nihil dicam de Codicibus Orientalium Linguarum. Sed quidquid sit de hoc, age Hottingere, si quid est, quod tibi dubitationem moueat, vel suspectam fidem diuelberet, quare vel præteritum aliquod verbum, vel ambigue positum, vel sententiam immutatam suspicaris, signato locum Auctoris, conceptis a te verbis iusiurandum do, & sincera fide polliceor, me ex autographo, etiam si Vaticanum est, verba, & sententiam, vt in illo concepta sunt, integra, & incorrupta daturum, vt in illa inquirere possis; ne exemplarium absentia peiorem Reformatorum causam efficias.

Quod postmodum addis, *multa obtrusisse maiori astu, quam successu*, hoc vero ex tua nequitia est, qui damnas quod non intelligis, & de fraude arguis quod non vidisti, & sola tui asseueratione vis ita rem se habere, vt tu oscitanter consomnias. *Nihil enim de veritate inde decedit, sed speciosum tantum mendacio schema inducitur*. De Catholica veritate verum est: de Deformata falsum; donec rationibus, & auctoritatibus ab Allatio productis respondendo non satisfeceris, & verbis solummodo aërem diuerberandi inter-

tercapedinem posueris. Sed agnosco vulpeculæ ingenium. Testimonia ab Allatio ex Græcæ Ecclesiæ Doctoribus, Patribus, Ritualibus, & Schismaticorum contra Ecclesiam Romanam scriptis prolata, quæ Græci ipsi non negabunt, adeo clara, & manifesta sunt, vt Hottingerus, etiam si medius dirumpatur, ea infirmare, & eorum fidem præcidere nequeat, & cum rationes, quibus contrarium stabiliat, in promptu non habeat, satius duxit ignorantiam suam absentia librorum, & Bibliothecæ direptione obtegere, quam culpam fateri. Hoc persæpe facis Hottingere, vt cum in aliquod Leonis incideris, quod diluere non valeas, vel reprehensionem effugere potis non es, aliquod afferas, quod omnino ne fieri quidem possit; vt satius fuerit id ipsum, de quo ambigebatur, concedere, quam tam impudenter resistere.

Tale eius scriptum est de perpetua consensione Occidentalis, & Orientalis Ecclesiæ, Βιβλίον μέγα, ἤτοι κακόν. Non dum Disputationem exorsus es, & quam decreuisti viam ingredi non persequeris, & dum a mente consilioque deductus conaris scribere, imprudens villam præterijsti: nil mirum itaque, si tibi magnus liber in κακὸν μέγα euaserit, qui, quis sit magnus liber, vel par-

uus, in comperto non habes; sed tantum ex chartis quantitatem illius pendis. Rei grauitas passa non est, vt liber coarctioribus terminis restringeretur, hinc molimine suo ingens euasit. Annon ista tua Disputatio quatuor tantum foliorum quaternionibus expansa, cum nihil boni in se contineat, perniciosius malum est?

Ambabus manibus ceu Apollinis Oraculum exceperunt. Quomodo liber meus de perpetua consensione exceptus sit, clarum testatumque est in libris clarissimorum hominum post illum passim peruulgatis, interque eos literis datis receptisque, in quibus perhonorifica cum Scriptoris, tum argumenti laus conspicitur, quam Auctor facit vel maximi, sicuti contra Hottingeri nihilum æstimat, cum semper magni fecerit, a magnis laudatisque viris laudari, non a sciolis, & impudentibus.

Vtque illis potius sit succensendum librorum censoribus, qui etiam Romæ talia edi, atque ipsi Papæ Alexandro offerri patiuntur, & approbant, cum tamen sint coniuncta cum Pontificiæ sedis, & vniuersæ Romanæ Ecclesiæ summo dedecore. Succensendum potius tibi fuerit, qui non vereris quasi superior Iudex, legem censoribus Romanis ponere, qua ratione debeant libros examinare, quæ proba-

bare, quæ reprobare, hominibus in doctrinis versatissimis, omnium scientiarum genere spectatissimis, in hoc negotio multum & in alijs etiam causis exercitatissimis. Voluptati interim mihi est, si tamen mente constans loqueris, Alexandrum Papam agnoscere, & eum nunquam passurum, vt improba sibi offerantur. Cum ergo ille bona atque probatissima excipiat, mala & quæ coniuncta sunt cum Pontificiæ sedis, & vniuersæ Romanæ Ecclesiæ summo dedecore reijciat, & oblatus illi *Hottingerus fraudis, & manifestæ imposturæ conuictus*, approbantibus Romanis Censoribus, nec ab Alexandro Papa reiectus, sed humanissime exceptus fuerit, argumentare, Allatij Hottingerus celebrandus venit, & ea, quæ in ipso continentur, non sunt coniuncta cum Pontificiæ sedis, & vniuersæ Romanæ Ecclesiæ summo dedecore. Infans es Hottingere, si credis, Ecclesiam Romanam dedecus sibi procurasse, & semel, atque iterum, & sæpius, & anxie quod sibi inhonorum esset, quæsiuisse. Studia Ecclesiæ Romanæ ad deuincendos sibi Græcorum animos, & ad vnionem conuellendos, quæ vel pueri sciunt, tu solus ignoras. Recentioris, & antiquioris historiæ monumenta similis curæ, & solicitudinis Romanorum Pontifi-

cum plena sunt. Quare cum Censorum Romanæ Curiæ tam sanctam, atque sollemnem dignitatem comminuere tentas, eam in summo loco ponis, & Allatium repugnante natura celebras, & temetipsum incaute, vt alias sæpe facis, sine iudicio & modo vituperas.

Propterea quod repugnante Oriente, & Occidente reclamante experientia, dissentientibus primis, medijs, & postremis Ecclesiæ Romanæ Doctoribus perpetuum sustineret Ecclesiarum Occidentalis, & Orientalis consensum. Hoc probandum erat, non temere effutiendum. Quos tu hic adducis ad peruincendum dissidium inter Ecclesiam Græcam, & Pontificios, eos multo ante Allatius in libris de consensione, & alibi sæpius laudauit: neq; enim illum fugit, & Orientales, & Occidentales multa de dissidio, & studio in partes diducto in eorum monumentis decertasse. Sed hoc extra consilium Allatij est, qui non ex corrupti iudicij falsis rumoribus, sed ex ijs, qui legem sibimetipsis indixerunt, innocentiæ, integritatis, & ab alijs eandem rationem vitæ reposcunt, nec non ex libris ipsis Græcorum Ecclesiasticis, qui non mentiuntur, quia causa cur mentiantur non est, sed rem vti est, ex oraculo denarrant; & quando iam Sectarijs ita com-

pla-

placitum est, Pontificiorum testimonia vti suspecta reijcientibus ex Papomastigũ scriptis, qui tempore schismatis ab eisdem schismati patronis clarissimi, atq; eloquentissimi habiti sunt, ne asperior atq; inhumanior in te tuosque videretur, verba eorum referens, atque examinans dissidium conuellere nixus est, quod conspicere poteras in Hottingero fraudis, & imposturæ manifesto, qui ex aduersarijs Pontificiorum regimen ipsum Pontificiorum probari contendit, & ad hoc stabiliendum tum ipse, tum illi similes Patres Græcos, & Latinos reijciunt. nouum, ac vetus fœdus, & verbum ipsum diuinum repudiant, cum testes ipsi, quos exoptant, non loquantur, sed verba ineptissime funditent, vt aliquid dicere possint argutius, tamen eorum vti Ecclesiæ Romanæ perditissimorum hostium testimonia reiectamus. Tuum erat Hottingere tuorum testium dictorum factorumque constantiam tueri ad hoc, vt producti in iudicium fidem facerent, quando meos iam respuis. Non enim hic vi, non scelere, non latrocinio, non denique omnibus potius, quam iure, quam officio, quam pudore res discutitur. & quando de rebus Græcis, & potissimum Ecclesiasticis agendum erat, & laudatos ab Allatio non excipiebas hilaris, quare non

no-

nominatim proſecutus es tuos? Si meliori mente audiſſes hæc mea, multis plane incommodis a te tuiſque debilitata veritas tandem aliqua ratione recreata fuiſſet. Sed hic teneo te : noluiſti immaniſſima, ac fœdiſſima monſtra conclamare. Sed antequam vlterius progrediar, quando iam hic ſumus, & de teſtibus conſtitutum eſt, quædam alia ſtatuenda ſunt, in quibus conueniendum eſt inter nos, quæ ipſe ſi fateris, conatum iracundiæ tuæ, vti decet virum bonum, ſedaſti; ſi negas, ſtulto ſtultior es, & inſignite improbus. Primum erit, Græcos Conciliorum, Græcorum ſanctorum dicta, eaque quæ in Ritualibus libris ſuis legunt, dummodo non ſint recentiorum nebulonum aſſumenta, poſt diuina eloquia venerari, eorumque auctoritati firmam fidem tribuere πατροπαραδότως edocti ſunt; eorumque inſiſtentes inſtitutis, prout illis ſuggeritur, proni atque morigeri multa diſcunt, atque dediſcunt. Secundum tum veram vnionem, atque conſenſum inter duos intercedere dici, cum vno ore conſentiunt, & vna mente vnum, idemque comprobant, improbantque, nec inter eos voluntatum altercatio eſt. Temere enim vniri ſententijs dicentur, qui rem eandem iiſdem, vel alijs idem tamen valentibus ver-

bis

bis non exprimit. Quare vbi Ecclesiæ Orientalis, atque Occidentalis eadem verba deprehendimus, eandem quoque sententiam concinere dicemus. Tertium, ritum, & cæremoniarum diuersitatem, siue quæ ex hominum arbitrio pendent, nullum inferre dissidium, neq; vtentes illis alio, atq; alio modo, in partes deduci: quod aliter fit de dogmate, quod cum non innitatur institutis humanis, sed decreto diuino, semper firmum, atque immutabile est; ideo scindit in factiones, & pietatem atque religionem in Deum dissoluit, & quæ antea vnum erant, in diuersa studia concisa, diuersam quoque religionem ingenerant. Hinc fit, vt in Pontificio dominatu, licet vnum regimen sit, vnaque Ecclesia, attamen in ea recitandi officij diuersus ordo non vnus apud omnes est. & quod magis est, in eadem ciuitate a diuersis religiosorum communibus diuersis, atque interstinctis tenoribus variatur. Imo in eodem ipso Ecclesiæ Romanæ foro, ne extra cancellos, quos mihi ipse circumdedi, egredi videar, Breuiarium Romanum ex decreto sacrosancti Concilij restitutum, & Pij V. summi Pontificis iussu publicatum, multis additis vel detractis correctisque a subsequentibus Pontificibus semel atq; iterum luci datum,

nun-

nunquam ex Ecclesiasticorum manibus deponitur. Quod idem in Græcorum Ecclesia locum habuit, postquam ab antiquissimis Patribus omnibus suis numeris, & partibus absoluta officia in communionem Christianorum venere, & potissimum post Theodori Studitæ tempora non tantum in Hierosolymitana Ecclesia, a qua videtur prima commutatio facta, vt ex Dissertatione mea de Libris Ecclesiasticis Græcorum plene potest intelligi, sed in alijs etiam Patriarchijs immutata sunt adeo, vt aliud atq; aliud officium scioli non vereantur asserere: & vt compressione rerum breuis sim, percurre, si tibi commodum fuit Librum, quem Græci vocant Typicon, in quo singulis diebus recitandi officij modus præscribitur. In eo siquidem longissime inter se diuersum recitandi officij ordinem deprehendes, & illius ope ex his turbis te expedies.

Et vt plenius hoc quoque pateat. In Legibus ab Imperatoribus præscriptis hanc quoque immutationem præualuisse ex dictis doctorum hominum, & Nouellis nouis antiquum vsum obliterantibus percipi potest. Cum enim leges ad commodum Reipublicæ referantur, & ad vtilitatem ciuium, ex eiusdem commodo, atq; vtilitate ponderantur. & cum quod hodie commo-

mo-

modum cadit, & plurimum prodest vrbibus, varijs rerum obortis euentibus in perniciem vertitur & contra, factum est, vt lex quæ modo Reipublicæ seruiebat, vti noxia repudietur, & in aliam nouo exemplo factam infundatur. eandem subiere fortunam ritus, & consuetudines Ecclesiasticæ. Cum enim illæ sint de iure, quod dicitur positiuum, nec dogma respiciant, qua ratione nec eædem apud omnes, sed pro qualitate gentium, & Ecclesiarum distinguantur, & varient, ita nouis semper emergentibus causis pro nutu Pontificum alias, atque alias formas induunt, neque propterea qui illis seruiunt, licet dispares sint, dicuntur animis, atque voluntatibus dissociari, sed in vna Ecclesia coniungi. & tum dissidium nullum est, aut si quando fuerit, non apparet, illud dedita opera esse quæsitum. Quod aliter de dogmate, vel de ijs, quæ ad dogmata pertinent, vsu venit. tum siquidem vel minima sententiarum variatio maximam voluntatum atque animorum dissimilitudinem infert, & vnus alium vti sibi refragantem condemnat, fugat, tandemque perdere nititur. Hinc concluditur, sicuti qui variant in dogmate, & pugnant sententijs, vnionem non astruunt, ita cum eadem dicunt, & sentiunt vnionem in-

co-

columem & integram firmant.

His positis Hottingere, quæ indubitata apud omnes sunt, Allatius, vt probaret vnionem, dicta Græcorum, & Latinorum vna inter se contulit in libris de Consensione, & in illis continuatam constantiam a principio Ecclesiasticæ Hierarchiæ eorundem testimonijs fultam ad hæc tempora demonstrauit. Id tibi, tuisque indoluit, neque enim abalienati animo ab Ecclesia Romana ad Græcam, quasi illi repugnantem, effugere valetis. Ideoque temeritatis Allatium detulisti, & ne absque ratione id facere videreris, Capita illa tua ad probandum dissidium concinnasti, & magis probans fidem tuam *aphoristice*. Sed quo fructu? Iam qui lumine mentis destituti non sunt, vident, & iudicant, te certe quid sit dissidium, & quid vnio, plane incompertum habere. Illis numeratis Allatius, & meditate discussis, quam in eo temeritatem arguebas, in te detorsit, & adductis ex ritualibus libris Græcorum testimonijs, quæ illi non negant, si sapiunt, & quod magis est, ex Schismaticis ipsis Capita illa tua non dissensionem cum Ecclesia Romana, sed vnionem per singula luce clarius, & causam suam te iudice superiorem esse probauit, cum Hottingerus fraudis, atque im-

imposturæ manifestæ conuictus prodijt, proptereaque vt videreris aliquid egisse, rursus versus in rabiem, non considerans quid in Allatium dicere poteras, præcipitando dicta sententiasque tuas, quas furor propinabat, præproperanter, turbulenteq; istam tuam Disputationem Apologeticam proiecisti. Non ergo mirum est, si non respondes ad argumenta Allatij, sed ea aliorum dictis confertis densatisque frustra tentas eludere, quod infra examinabitur, cum ad argumenta Allatij reuertemur.

Fateor me forte modestiori, quam merebatur, indicio, Allatij conatum nimis appellasse temerarium. Mirum te non negare id etiam dixisse, sed agnosco modestiam Hottingeri, qui aphoristice loquens, & nihil probans, nimiam temeritatem Allatij criminatus est. Sed Allatius tractat de vnione, ergo nimis temerarius est. En Aristophanis, & Cleanthis lucernam? Disceptationes, contentiones, & certamina literaria quis vnquam prohibuit? Quis litibus scholasticis silentium imposuit? Quis ista iura tam æqua decernit? Quis id statuit, quod æquum est in Hottingero, & alijs illi similibus, id temerarium esse in Allatio? Vidit Allatius, examinauitque Heterodoxorum conatus, qui vt se non absque ratione ab

Ec-

Ecclesia Romana desciuisse ostenderent, vt socios criminis haberent, & sic culpam prætextu aliquo non inhonesto euitarent, ad Græcorum Ecclesiam confugisse, vt quam ipsi defectionem ab Ecclesia Romana perpetrarunt, non sibi appingerent, causam prætexentes, ob violatum dogma, & rectas consuetudines, quæ Græca scilicet non violauerat, ab illa se separasse. Quod probatu illis erat difficile, nisi dissidium inter Romanam, & Græcam constabiliuissent. Et hoc iniquum, falsumque reputans Allatius, libros de consensione conscripsit. Qua ergo causa Allatius vrgens vnionem nimis temerarius fuerit, Hottingerus vrgens dissidium non item? Modestissimum fuit Hottingeri iudicium, qui nec nominatus vnquam, nec notus Allatio, nullis impulsus inimicitijs, nulla priuatim læsus iniuria Allatium, vti *temerarium nimis*, quia de vnione scriptum ediderat, *& magnum alastorem*, & *fumos vendere magnos magno libro de consensione Occidentalis, & Orientalis Ecclesiæ*, hominem innocuum, & *quem albus anater fuerit, non nouerat*, vt ipse scribit L. B. S. eiusmodi titulis insignire, minus quam nihil existimas, emunctæ naris homo; & tantilla trium syllabarum vocula absque causa in Allatium omnia malignæ tuæ lin-

guæ

guæ venena coniecisti, quæ parata sunt in eos, qui permulta scelera male agendo fraudandoq; fecerunt. Si hoc modestius ingenium est, quid expectandum de immodestiori? Et nunc crimen maledicentiæ dissoluere conaris, temeritatem Allatij sæpiuscule in medium producens, merito in Allatium iactatam contendis, de *Alastore* semel enuncias; quasi temerarium esse minus quid sit, quam Alastorem, vt hinc quoque singulare genus fraudis, & nouam rationem insidiarum Lector cognoscat.

Sed lixarum, & calonum hæc dicendi methodus est. Concludamus itaque cum primus Hottingerus nulla antea ab Allatio exulceratus iniuria, in ipsum Allatium sæuierit, & immanissime debacchatus sit, erit proculdubio & lixa, & calo, & quidquid aliud in Allatium rependit in hac sua Disputatione; nec illi iniucundum sit, si vapulauerit ab Allatio, & quæ voluit locutus, audiuerit quæ noluit.

Nihil equidem viro graui indignius est, quam turpi diuortio Musas a charitibus separare. En Hottingerum factum de repente de Momo Philosophum, & ex cathedra boni summique viri officia deprædicantem, & Zoilum agentem, & ita sese gerentem in alios, vt in eo & humanitas desideretur, & bonorum

virorum instituta requirantur. Eodem ipso momento qui humanitatem insinuat, humanitate exuit, & dum candorem in alijs exoptat improbissima ipse conuicia excreat, vt ex hac sua Disputatione addiscitur. Reprehensit in Allatio, in quo ipse reprehensibilior deprehenditur. Bonorum orationem, frustra tamen, cum imitatur, vultq; eorum documentis viuere, innatam sibi obiurgandi mentiendique conditionem non dediscit. Quare sua ipse, quæ in alios aggerat maledicta, & conuicia habeat: nos enim ea non grauate, sed summa cum voluptate illi, quæ sua sunt, concedimus. & Leo ipse fuerit, & insulso latratu, & horrido rictu canem prodat.

Qui nullo Ecclesiarum Græcæ, & Latinæ authentico munitus priuilegio densæ testium nubi se audet opponere. Rides scilicet Leonis amentiam, qui in te vel sal, vel lumen mentis, vel micam prudentiæ inesse negat. Ecce fateor me nullo priuilegio munitum de vnione tractasse, ostende tu tuum, quo munitus de dissidio tractas. Ergo nonnisi priuilegio muniti in hoc tam erudito seculo literis mandare aliquid possunt? Quis ingenia mancipat, ne se in disciplinis exerceant? Quis manus deligat, ne calamis chartam illiniant? Quis linguam remoratur,

ne

ne in disputationibus sensa animi exprimat? Quis iudicio tam diro de fortunis omnibus literatorum, atque eruditorum decernit? Potuit igitur Allatius, sicuti & nunc potest, licet ringatur Hottingerus, etiam absque priuilegio communis Ecclesiæ de vnione, & de alijs, vti libuerit, scribere. Mirum est, hanc facultatem in se non subtraxisse Hottingerum, qui stultissime opponit Allatio asserens, *Ostendendum ergo Allatio, ne Andabatarum more pugnetur, quo Synodi decreto huius de Dogmatibus, & Ritibus constanter hactenus negatæ contentionis probandi onus ita sibi esse impositum euincat, vt iudicio eius & cadere velit & stare*. Sed hæc ἀπροσδιόνυσα, & præter rem argutula Hottingero, vt aliquid dicere videatur, relinquamus, & ad rem, vnde digressi sumus, reuertamur.

Qui quod totus affirmat Orbis, vnus conatur in dubium vocare, Thomas, Antoninus, Nauclerus, & alij antiquiores, *& non ita pridem Casalius, Honoratus Fabri, Scriptores Romani*. Dissensum inter Græcos, & Romanam Ecclesiam firmissime asseuerant. Nunquam id inficias iuerit Allatius. Is primus tentat dissensum in assensum conuertere. Id vero absonum fidei est? Nunquam Allatius verum, & falsum vnum fe-

cit. Dicit Romanus, Spiritum ex Filio quoque procedere, Græcus ex ſolo Patre. alterum veritas Catholica eſt, alterum hæreſis. Quare inter hæc aſſerentes apertum diſſidium fuerit: & plane ſtultus eſt, qui dixerit, hæc duo vnum eſſe, dum vnum cum altero pugnat. Et fatetur plane Allatius, nec ſe, nec alios, licet operam inſumant ſuam, hæc duo diſtracta, aduerſaque inter ſe in concordiam adducere poſſe, & quæ inter ipſa eſt diſcordiam, & ex diſſenſu aſſenſum conſtituere. Veruntamen cum Latina dicat, *Spiritum etiam ex Filio procedere*, Græca vero, *procedere ex Patre* non exprimendo Filium, imo etiam ſæpius in ſuis Ritualibus libris *procedere ex Patre per Filium*, quod & approbatum eſt in Synodo ſeptima, quam Græci omnes, etiam Schiſmatici inter vniuerſales collocant, & apud Patres Græcos Baſilium, & Cyrillum potiſſimum, cum in creatis, tum in diuinis præpoſitiones *Ex*, & *Per* eandem vim habere certum eſt: tibi ne tamen temerarium, & perabſurdum, ſi duorum ſimilium dictorum conſenſum, in quibus diſſidium, licet omnia experiaris, nunquam deprehendes, Allatius conſenſum procurat? Annon ſatius eſſet tibi, Aſino dare oſſa, & cani paleam, quam de rebus Eccleſiaſticis

ſer-

ſermocinari ? Ita philoſophandum eſt de Purgatorio, & de viſione beatifica, & alijs. Male ergo & temerarie vrget concordiam. Hoc eſt non comprehendere animo, quid dicat Allatius, vel verba illius deuorare inconſiderate, atque abſumere Quid ergo agit? Dicit, Romanos Spiritum ſanctum aſſerere ex Filio procedere, hoc item fateri Græcos. Purgatorium etiam per ignem Romanos, Græcos hoc quoque affirmare: viſione beatifica iuſtos demortuos ante iudicium vniuerſale perfrui, hoc idem Græcos inſtare. Ergo Græci, & Latini cum eadem dicunt, & eadem omni aſſeueratione affirmant, concordes animis ſunt. Qui enim diſſentiunt, dictis inter ſe non congruunt. Quid igitur ludis operam in tot conſarcinandis teſtibus, vt diſſenſum aſtruas? Teſtes enarrant, quæ Græci extra Romanam Eccleſiam viuentes dictitant, & ea in capita plura, vel pauciora reducunt. Allatius quid illi dicant, haud in magno ponens diſcrimine, illud probare curat, Græcam Eccleſiam, & Romanam eadem dicere, & dixiſſe perpetuo. Hinc naſcitur perpetua conſenſio. Quare ad demonſtrandum diſſidium, male a te opera luditur, ſi quid dixerint alij de diſſidijs Græcorum, & Latinorum, & potiſſimum Schiſmatici, in me-

dium afferas . Proba, illos non dicere eadem, & tum duc in triumphum Allatium. Tu porro vt huius ratiocinationis vim effugias de dictorum congruentia, nihil de Capitibus dissidij, de auctoribus vero illud asserentibus multa in vnum exageras. Hic Rhodus. hic salta. Hinc exemptus est tibi scrupulus, postquam ad monomachiam Allatium prouocasti.

Generaliter primum, & in thesi recte Allatium temeritatis accusari, quod imprudenter argumenti suscipiat patrocinium, & toti orbi contradicat vehementer, & Ecclesiæ Romanæ vehementissime, ad oculum demonstrabo. Sed iam tandem ad thesim probandam accessisti. Examinemus conatus, quibus redarguatur Allatius, & imprudentiæ, ac temeritatis, cum argumenti susceperit patrocinium, quo toti orbi, & Romanæ Ecclesiæ contradicat. & primum praxis: Photius auctor Schismatis, Michaël Cerularius, alijque Patriarchæ Constantinopolitani excommunicati sunt a Romanis Pontificibus. Hoc ante te signauit Allatius. Hinc excomnunicatorum in Romanam Ecclesiam reposita iurgia, & Græci in factiones diuisi vnus aduersus alium scriptis inuehitur. Hinc natus Nilus, Niceta Choniata, Niceta Stethatus, alij, qui inter se & Romanam Eccle-

clesiam productis dissensionis capitibus schisma disseminarunt. An non & ante dictos Patriarchas alij cum Romanis varijs exortis contentionibus delitigarunt, & concertatorijs artibus compugnarunt? Sed semper a Romana vti a superiore pœnis indictis, & contra pertinaces etiam publicatis, repressi, & peracta pœnitentia in antiquam concordiam etiam nolentes redacti sunt. Non est quod hic agam exemplis. Inde est quod Latinis multa Græci obijcerent, & contra Latini Græcis reponerent, & progressu temporis crescente pertinacia in immensum, vt ita dicam, crimina quoque creuerint, quæ licet inter particulares homines vage dispergerentur, non inde tamen factum est, vt vniuersa Ecclesia Græca a Romana, profitendo capita dissidij, separaretur; & in sua professione, vel libris Ritualibus, & officijs in Ecclesia recitandis aliquid adderet, quod Ecclesiæ Romanæ probrum obijceret. Quod si etiam obiecisset, & permansisset per aliquod tempus in Schismate, subsecuti alij Patriarchæ in frugem redacti, erroribus dimissis conciliatis animis ad beneuolentiam Romani sese adiunxerunt. & ea dissensio non adeo in ea Ecclesia sæuijt, vt vel Symbolo adderetur *Ex solo Filio*, vel de Purgatorio con-

tra Romanam Ecclesiam in suis Professionibus fidei aliquid affirmaret, & sic de alijs. Et qui dicit Spiritum ex Patre procedere non negat eum etiam ex Filio procedere, & qui rogat pro mortuis, vt liberentur ab poenis & igne, non negat in Purgatorio poenas, & ignem. Et hoc eodem modo de alijs edisserendum est. An non vides te profanæ mentis esse, qui cum sequi Græcam Ecclesiam debeas, quid sequendum sit illi, ipse constituis? & temeritatis notam, quam appingis Allatio, putas te effugere? O caput l.

Dogma Græcorum de Processione Spiritus sancti, expresse vocat hæresim. Nonne hoc est dissentire? Hæresim esse quis negat? *Et hoc non est dissentire?* ergo inter Ecclesiam Græcam, & Latinam dissidium intercedit; hoc vero probandum. Ecclesia Græca non negat, sequitur suos Patres, & Concilia, a quorum auctoritate pendet, & suis etiam ritualibus Libris confitetur, *Spiritum sanctum esse ex Filio, esse per Filium*, Profluere *exilire, profundi ex Filio, Procedere per Filium*, quod idem est, id asserentibus Basilio, Cyrillo, alijs, *esse ex essentia Filij*, quod notat productionem ad intra, id Schismaticis Synodali decreto decernentibus. Et tu Hottingere audes dicere, Dogma Græ-

co-

eorum, Ecclesiæ Græcæ scilicet esse hæresim, & hoc esse dissentire?

Recentissimi etiam Leone posteriores. Scriptorum similium dicta quomodo intelligenda sunt, iam diximus. Sed quidam ex his dicunt, *Ecclesiam Græcam, non conflugem, aut colluuiem Schismaticorum, quæ perpetua, & sola Allatij exceptio est.* Addendum erat, & vere. *Sed* καθάρματα *hæc Leoni sunt, & capita sacra, quæ Ecclesiam Græcam non faciunt.* Hoc quoque sunt ex tuis, & ad Allatium non pertinent. Si Hæresis est dicere, Spiritum sanctum ex Filio non procedere, Ecclesia Græca id asserens Hæretica est; sed quæ Ecclesia Hæretica Ecclesia est? Ergo quisquis id dicit, Ecclesiam Græcam id credere, non loquitur de Ecclesia Græca, quæ nulla est; sed intelligit conflugem, & colluuiem Schismaticorum, quæ vera Ecclesia non est. Vt si quis diceret Ecclesiam Lutheranam, & Caluinisticam, næ illi de Ecclesia vera sermo non esset, sed de vulgo Hæreticorum, & purgamentorum receptaculo.

Solus est Allatius, qui contra testimonium sensus, & consensus pene omnium. An Allatius solus est alij dicant. Quod ipse exposuit, id certum est. Sin minus, ostendat Hottingerus, quodnam ex Capitibus, quæ ille

ille pro vrgendo dissidio attulit, Ecclesia Græca in suis Ritualibus libris, vel in Professionibus fidei firmiter teneat, & fateatur.

Pag. 9. & sequentibus, totus est in astruendo dissidio ex Historia Siluestri Syropuli: sed frustra labor consumitur: de Syropuli hac historia, Notis in eam, & versione Creyghtoni nostris in eundem exercitationibus, quas iam paramus, fuse dicemus. Et pudendum est Hottingere, te speculatorem venatoremque sagacem historiæ, quam scriptis etiam editis profiteris, ab animis consuetudine Schismaticis, & Latinos capitali odio aspernantibus, atque abhorrentibus petere testimonium veritatis, & defendere ista tua absurda, & quod magis mirum est, hominem in primis acutum, quæ per se sunt falsa, & inter sese repugnantia non perspicere.

Et primo quidem illi, qui ἄσπονδον Romæ indixerunt bellum, magno referuntur numero. Non negauit vnquam Allatius magnum eorum numerum extitisse, quos ipse ex scriptis eorum in Pontificios commemoratis Commentarijs de nomine, tum in libris de Consensione, tum alibi sæpius ingenue in medio posuit, & quod magis, ac magis indolet, singulis diebus de nouo aliquis emer-

git

git e tenebris, qui ne lateant, & facilius cum eduntur in publicum, fucum simplicioribus faciant, Allatius, cum sese occasio tulerit, nomen, & Commentarium indicat. *Sed καθάρματα hæc Leoni sunt, & capita sacra, quæ Ecclesiam Græcam non faciunt, Schismatici, & pacis perturbatores.* Et in dubio ponis, Allatium simile genus hominum vti καθάρματα abijcere, qui auita Patrum & Conciliorum religione neglecta, & fide promissa in Baptismo eiurata, in innocentissimam matrem linguam exacuunt, & ab illius decretis summo scelere filios distrahunt, vnde postmodum oritur in Ecclesia perturbatio vitæ, & magna confusio? Sed Reformatis fauent, & Pontificios vulnerant: & propterea sunt καθάρματα putida, & vt verbo expediam, odium terræ. Non nunc primum mos inualuit, sed ab antiquo tempore in Ecclesia Græca, iuxta atque in Latina, similes pestes, & mala auspicia, execrandi, detestandi, fugandique pœnis etiam inflictis, e solo patrio exterminandi, & relapsos & pugnaces in hæresi perdendi, & comburendi.

Quis iudicem Leonem constituit, vt de Ecclesia Græca vel vera, vel falsa iudicaret? Non satis est te semel insanisse, Hottingere. De auctoritate Allatij in dijudicandis rebus fi-

fidei supra etiam eundem rogasti. Præter ea, quæ dicta sunt, addo. Illi ijdem, qui tibi id onus imposuerunt, vt pietatis, sanctitatis, ac religionis hostes defenderes. Quasi vero non omnibus liberum sit pronunciandi, proferendique sententiam. Tu tu Hottingere tuis illis mendaciloquijs excitasti Allatium, non socordem ad veri inuestigandi cupiditatem. & cum verum inuenisset, quid obstat, ne illud in publicum edat? Sed id Hottingero non placet, id propter Allatius edidit. Verum dic Hottingere, quis te Allatio iudicem constituit, vt ex eo poscas, cur id potius quam illud ageret? Edit, quia ita illi complacet. Sed stulte egit. cum a stultissimo enunciatur, nihil moror. Dum nugas de me concilias, nihil interdico. Dicant te sapere.

Et qui sic de Ecclesia sunt meriti, in Diuorum Catalogum esse relatos, quod exemplo probatur Palamæ. Inter Græcos fuisse plurimos, qui Allatio καθάρματα sunt, non ambigitur. Qui tamen in Diuorum catalogum relati sint; hoc vero purum putum mendacium est. Numera vnum, si potes. Auctor Schismatis Photius, Sergius Photio sanguine coniunctus, Sisinnius, Michaël Cerularius, Michaël Anchiali, Patriarchæ Constantinopolitani, Nilus, Nicolaus Ca-

basilæ, Simeon Thessalonicensis, Iosephi Bryennius, & Philagrius, Marcus Ephesius, & alij schisma propugnarunt, in Romanam Ecclesiam inuecti sunt, magnæ apud Græcos schismaticos existimationis Viri. Nullus ex his in catalogum Sanctorum relatus est, licet relati sint, qui Pontificiam dignitatem agnouerunt, & vnionem cum illa conseruarunt ad vltimum vsque spiritum. Hoc certe magnum est, & forte id non considerauit, sicut & alia multa, Hottingerus. Inspice Græcorum Sanctorum catalogum, reuolue libros Rituales illius Ecclesiæ, interroga Critopulum illum tuum, cuius auctoritati tantum defers. Quare fatearis necesse est, dum hæc scriberes, te vel sopore solutum, vel in maxima veritatis ignoratione versatum fuisse. Probas id de Palama ex mea Græcia Orthodoxa pag. 809. Hic etiam schismaticos sequeris, quorum ductu necesse est, vt persæpe in mendacia decidas. Vellem in apertis, & manifestis non impegisses. Quare antequam protulisses sententiam, allata ibi ab Allatio oculis apertis non lectitasti? Ibi collocatæ sunt sententiæ in Palamam a nonnullis Græcorum in numerum Sanctorum ascitum. *Nonnulli* Græcorum non sunt vniuersi Græci, nec ipsa Ecclesia Græca. Titulum sequun-

quuntur Gregorij Acindyni Iambi, quibus Palamæ hæreſes quamplurimæ exponuntur. Excipiunt ex Diſſertatione mea de libris Eccleſiaſticis Græcorum, Ioannis Patriarchæ Conſtantinopolitani in Palamam ſententia Synodica, incerti diſceptatio de Hæreſibus Palamæ, alia alterius de ijſdem, & ex libris de conſenſione Tomus Synodicus contra Palamam, & illius hæreſes, de Barlaamo, Palama, & Iſidoro Hypopſephio Theſſalonicenſi Tomus alius Synodicus: quæ ſi recte conſideraſſes, Palamam inter Sanctos, ſecutus quorundam incognitorum hominum leuitatem, non collocaſſes, teſtimonium Allatij proferens, niſi etiam id conaris oſtendere, quales, quos ipſe veneraris, Sancti eſſe debeant. Vide etiam quæ in Hiſtoria non dum edita Nicephori Gregoræ, diſputationes aduerſus illius hæreſes, ſiue potius colluuiem hæreſum. Ego ne prolixior ſim, vt ſanctitas huius hominis qua in opinione habenda ſit, pateat, ad dictam Gregoræ hiſtoriam prouoco, quam concludo ex libro 29. eiuſdem. Ἐπεί γε μὴν καὶ ὁ λαχολὸς ἔτυχεν ἐκ τῆς τοῦ Θεσσαλονίκης λιμώσσων μεγαλούσης ἀνάγκης, φέρων καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς αὐτὴν ἐμβεβλήκει, καὶ μέχρι μὲν τῶν Ἑλλησποντίων πορθμῶν ἐξ ὑγείας ᾔγεν εὐσδῦ-πελάγιον κτ πρύμναν τὸ πνεῦμα φερόμενον. ἐνταῦθα

δ'

δ' αὐτοῦ λήξαντος, καὶ οἷον εἰπεῖν νεκρωθέντος ἐξαίφνης, νηνεμία μακρὰ κατεῖχε τὸ πέλαγος, καὶ ἀκίνητον εἶχε τὴν ὁλκάδα τέως ἐκείνην ἐπ' ἀγκύρας μιᾶς ἡμέραιν δυοῖν σαλεύουσαν. Τῇ δὲ τρίτῃ προσοχήσαντες ἐκ δυοῖν ποταμοῖν Σκαμάνδρου τε, καὶ Σιμόεντος, οἱ πόλεως Ἀσπάπιδος καταρρέουσιν ἐφ' ἑκάτερα πειρατικοῖς τισι λέμβοις, οἱ βάρβαροι ταύτην αἱροῦσιν αἰχμαλωτεί, καὶ πρὸς αἰγιαλοὺς καθορμίσαντες ἐκείνους, ἔνθα καὶ τὸν Ὀρχάνου τοῦ σατράπου υἱέων τὸν πρεσβύτερον ἐνταῦθα συνηνέχθη παρεῖναι, τὸν τῆς ὁλκάδος ἅπαντα φόρτον ἐκείνου βλέποντος ἐξετάζεσθαί τε, καὶ ἐκφορεῖσθαι. μεθ' ὧν ἤδη καὶ Παλαμᾶς ἀπήγετο, καὶ γνωσθεὶς ὅς τις εἴη τὸν τρόπον καὶ τὴν ἀξίαν, οὐ μόνον ἐκ τῆς δαψιλοῦς ἐκείνης ὑλαίας ἀποσκευῆς, ἀλλὰ κἀξ ὧν ἐν τοῖς κόλποις ἔκρυπτεν ἀργυρίου τε, καὶ χρυσοῦ νομισμάτων παμπόλλων, πολλοῖς εὐθὺς καὶ παρὰ τῶν βαρβάρων ἐβάλλετο τοῖς σκώμμασι, καὶ πολλοῖς τὰ ὦτα ἐμπέπλησται χλεύης, λεγόντων, ὡς διδάσκειν ὀφείλων ἑτέρους ἀνθρώπους κατὰ τὴν τῶν διδασκάλων νομοθεσίαν τὸν ἀσκευόν τε, καὶ ἄχαλκον βίον, ἔργοις αὐτοῖς αὐτὸς τήν τε τῆς σῆς ἀνακαλύπτεις ψυχῆς μοχθηρίαν, καὶ ἅμα τἀναντία πείθεις τῶν ἑπομένων σοι δρᾶν. ἀφ' ὅτου δὲ καὶ τῶν βίβλων αὐτοῦ προσκομιζομένων ἠρώτα καθ' ἕκαστον ὁ βάρβαρος, ὅ, τί τε εἴη, καὶ ὅτου τὸ ἔργον. Καὶ οὕτω μὲν μανθάνων, τὰ μὲν αὐτοῦ Παλαμᾶ συγγραφέντα κατὰ μέσης παραχρῆμα ἐκέλευε ῥιφθῆναι θαλάσσης, οἶμαι τῆς θείας ἀοράτως πρὸς τοῦτο κινούσης προνοίας, ἵνα μὴ σεσωσμένα, πολλῆς

τε, καὶ νεωτέρας τῆς ἀσωτίας ἐμπλήσωσι ταῖς γε τῶν ἀπλουστέρων ψυχὰς, καί αὐτά. Τό γε μὲν θεῖον τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον μετὰ τοῦ Δαυιτικοῦ Ψαλτῆρος αἰδοῖ πολλῇ ἐπὶ οἰκείας τηρεῖν ἐνετέλλετο. εἰώθεσαν γὰρ καὶ Ἰσμαηλῖται τιμᾶν Προφήτας τε ἅπαντας, καὶ ἅμα τὸν σωτῆρα Χριστὸν ὡς ἕνα τῶν Προφητῶν. τέλος δ' αὐτὸν γυμνωθῆναι μὲν τῶν οἰκείων περιστεταχὼς ἱματίων, ἕτερα δὲ διερρωγότα μετενδῦναι, κυνοτρόφοις τισὶν αὐτὸν εἰς πρᾶσιν ἐκδεδώκει τηρεῖν, ταῖς τε ἄλλαις εἰκῇ διζάμενος μάστιγας ἐπάγειν αὐτῷ τιμήματος ἕνεκα πλείονος πρὸς ὠνήν. καὶ ἅμα τὸ σοδομητικὸν, καὶ παρὰ φύσιν πάθος τῆς ἀρρενομανίας, οὐκ οἶδ' ὁπότερον, εἴτ' εἰωθὼς σφίσι ποιεῖν ὡς ἐμπαιγμὸν τῶν ἁλισκομένων Χριστιανῶν, εἴτ' ἐνδεδωκυίας τῆς θείας ἄνωθεν δίκης ἐνταῦθα, μακροθυμεῖν ὡς ἐπίπαν οὐ μάλα ἀνασχομένης, ἢ τὸν ἀλιτήριον ὡς ἀρχηγὸν τῆς νῦν ἐπιπολαζούσης ἀσεβείας, χερσὶ βαρβάρων παρέπεμψεν, ἵνα μὴ λάθῃ, μηδὲ τοῖς ἀμαθεστέροις, ἢ ἀμελεστέροις περὶ τὰ θεῖα διακειμένοις τὸ τῆς αὐτοῦ γε αἱρέσεως αἴσχιστον, ἀλλ' ὕβρεις ὕβρειν ἀμύνηται, καὶ τὸ τῆς αὐτοῦ κακίας κεκαλυμμένον αἰσχρὸν, τοῦ τοῦ σαρκικοῦ, καὶ φαινομένου πάθους αἰσχίστῳ, θεατρικώτερον τουτονὶ δημοσιευθῇ τρόπον, καὶ ὁ θέλων ἐκ τοῦ τυραννεῖν τὴν εὐσέβειαν δοξασθῆναι, ἤδη καὶ κατ' αὐτό γε τὸ τῆς πολυθεΐας ἀτόπημα (σαφῶς ἐξελέγχηταί τε, καὶ στηλιτεύηται).

Pudor meus me reuocat a ſimilium verſione, quam tibi libens relinquo, vt tuum hunc ingenuum virum a tua pietate inter

San-

Sanctos relatum, si aliquando opus fuerit, in cælum extollas.

Concordiam sæpe quæsitam fuisse. Non nego tam a Græcis, quam a Pontificijs. Sed de his, nostris ad Syropulum, & Creyghtonum exercitationibus diligentius dicemus.

Hoc vero non ne est fumos vendere, & sub insidiosis inuolucris θανάσιμον μελίκρατον propinare? Quis est qui fumos vendit? quis μελίκρατον propinat? Certe neque Veccus, neque Allatius id fecerit. Si veritas ipsa tibi tenebræ sunt, iam in vitio tuo es, & fumos vendis, eosque densissimos, & θανάσιμον μελίκρατον, vt tuis vtar verbis, propinas. Nam Præside Constantinopolitano Vecco, & Michaële Palæologo regnante, cum de pace ineunda inter Græcos, & Pontificios tractaretur, qui pacem, & vnionem auersabantur, tota vrbe clamitare non desistebant, scriptis etiam diuulgare, indignissime pacem futuram, tanquam quæ in perniciem consuetudinum, & dogmatum Græcæ Ecclesiæ tenderet; Veccus, qui pacem suadebat, vt similem opinionem ex animis Græcorum euelleret, scribit, pacem procurari, non ad refellendos ritus, & dogmata Græcorum, ideoque maledicta in eos conijcit, qui consuetudines & dogmata Græcæ Ecclesiæ contemnentes assererent, Roma-

nam Ecclesiam magis pie sentire, & credere, quam Ecclesiam Græcam, non verebantur. Illos cum Iuda, & Christi crucifixoribus connumerat. Veccus ergo, vt vides, cum pietatem Romanam, tum Græcam, & ambarum consuetudines easdem esse promulgat inter suos, neque patitur, vt vna altera integrior reputetur, & qui aliter tenet, maledictis subiaceat. Si non diuersæ secundum hunc auctorem tum Græcæ, tum Romanæ Ecclesiæ sunt consuetudines, & eadem dogmata, vnde nam tu, nisi fumos vendere vis, dissidium hariolaris? Sed non sunt eædem consuetudines, & dogmata. Dogmata vnum sunt, cum pietas illa & fides essentiam dogmati non mutat, neque alterat. Magis, & minus consuetudines admittunt, & licet de illis aliqua dissensione certetur, certamen illud Ecclesiarum dissidium non parit: sed in cultu diuino ritus tam varij, & consuetudines dissidentes, magis, ac magis Deo vniunt, redduntque Ecclesiam pulchriorem. Quare habeat sibi suos fumos, vendatque Hottingerus. Nos qui in meridiana luce veritatis versamur, similem fumorum nundinationem detestamur.

Quid inde a Reformatione factum fuerit, vbi ex Græcis alij ἰσότιμον πίστιν ἡμῖν, publicis eti-

etiam scriptis testati sunt; alij communem contra Pontificios nobiscum susceperunt causam. Cyrillus adhuc vel ex aduersariorum hypothesi γνήσιος ἄλλων, *Patriarcha Alexandrinus hoc saxum strenue, & feliciter voluit.* De vnione Græcorum cum Reformatis suo loco cumulate egi. De Cyrilli Professione fidei Reformatorum esto iudicium. Res ipsa, quid de eo Græci sentirent, plane demonstrauit. Depositus est a Græcis Synodali decreto, de throno petentibus id Græcis etiam erogata pecunia lictoribus traditus, fune strangulatus in mare proiectus est, & vsque in nostra tempora vti hæreticus ob hanc, vel solam fidei suæ professionem, vti Reformatis coniunctus, anathemate feritur. Ex Zygomala quid colligas, tute ipse videris. Ego video palpatorem pessimum, non re, factisque, sed lingua tantum, & verbo tenus Crusio gratificantem, tantum vt nummos emungat. An non vides eum non dum absoluta narratione de Fratribus, vel Monachis eodem loci, & temporis vestigio subiungere; *Indigentes autem nos subsidio pecuniario, & tua humanitate intercedentibus a munifica manu eorum, qui potentia isthic valent. Nam, vt Demosthenes ait, opus est pecunijs, nec absque his quicquam confici potest. Petimus autem propter magnas necessi-*

tates nostras, & tributa, quæ quotannis pendimus his, qui apud nos dominantur. Et de eo Crusius; *Hic siquidem cum D. Gerlachio aliquo iret, aut nauigaret, monstrato inani marsupio ἀδ[illegible]. tum ille pro ipso persoluebat*. Et nundinantibus adeo palam fidem suam Græcis credis, & in testes aduocas: illis, qui pro Pontificijs stant, fidem adimis, & offas opiparas, & lenocinium obijcis, & testimonium reijcis? Quod Zygomala tradit de Fratribus seu Monachis Papistis, nullum ipse reputo. etiam iurato non credam. Proba tu, si poteris.

Et tales quidem ex ipsis Pontificijs multi &c. Azorius Instit. Moral. lib. 5. cap. 11. Dubitari non potest. Non nego, Azorium, aliosque Pontificios multa dissidij capita inter Græcos, & Latinos recensere. Inter ea pleraq; esse, quæ illis falso attribuuntur, quemadmodum a Græcis Pontificijs, quæ cum re vera falsa sint, non sunt assumenda ad probandum discrimen: multa esse vera, quæ cum non contineant errorem, nec hæresim, in eodem gradu collocanda sunt. Alia etiam ex professo in Ecclesiam Latinam iactantur a schismati deditis Græcis, quæ cum in Ecclesia Græca, neque in professionibus fidei, neque in Ritualibus libris contineantur; quin imo inter officia solemnia

non

non alia, quam quæ Latina Ecclesia recitat, fit vt inter eas consensus sit, & non dissensus. maximeque errare eos, qui asserunt, Græcos, & Pontificios *re discrepare, verbis consentire*, ideoque eos non nomine, sed genere toto disiungunt. Sic enim erit non verborum parua, sed rerum quoque permagna dissensio.

An ad Liturgiam ritus spectant, quæ de Processione Spiritus sancti, de Purgatorio, Potestate Papæ hactenus fuerunt ἀκατάλλακτα; & quid si ritibus tantum differrent, differrent tamen. De processione Spiritus sancti, Purgatorio, & præeminentia Romani Pontificis in alias Ecclesias, quæ tu vocas ἀκατάλλακτα, sed non probas, plura dicta sunt a nobis in Hottingero, & alibi, ad quæ tu nec verbum quidem. Si quæ fuerunt mendacia, quare non euertisti rationes? Quare si probabiliora habebas, si certiora, si firmiora, non produxisti? Sed neutrum fecisti: vna tui insita negatione, & inuerecunda taciturnitate transilijsti omnia. quia sic es in antilogijs luctator emeritus. Quæ non potes refellere pro causa tua respondens, irrefutata hæc tanquam foueam prætergrediens relinquis. Sed Latini dicunt, ex Filio quoque procedere Spiritum, Græci negant, asseruntque non procedere ex Filio, sed ex

Patre ſolo. Paruum ne id diſcrimen eſt? De Latinis non dubito, nanque id expreſſis verbis recitant in Symbolo, ſed Græci non recitant. Sapienter. Ergo negant. obtundam aures tuas ſæpius de eadem re, vt melius intelligas. Quæ eſt iſta ratiocinatio? Poſſem aliquid in Hottingerum inclementius dicere; ſed reprimo me. Chriſtus non dixit in Euangelio, Spiritum ex ſe procedere, ergo negauit. Quare ergo tu cum tuis, qui tantum Verbum Dei obtenditis, cum illud in verbo Dei planum non ſit, vti verbum Dei alijs propinatis? Sed agam tecum liberaliter. Eſto negent Græci. Ne inuideas nobis tantum myſterium. Indica, vbi loci id negent. Ego Patriarcharum, Imperatorum, Epiſcoporum, aliorum profeſſiones fidei, Symbolum quod ſingulis diebus inter Miſſarum ſolemnia recitant, & attentius, ſæpiuſque libros Græcorum Rituales poſt ſchiſma, & ante ſchiſma concinnatos euolui, nunquam vſquam vllo in loco, ſedulo licet quærerem, inueſtigaui. Sed veniam dabis moroſo ſeni, qui oculorum acie non valet. Tu qui naſo plus vides, quam oculis, haud ſcio an videris in Synaxario Xanthopuli, quod habetur in Triodio, Spiritum eſſe ex ſolo Patre. Sed debuiſti ſcire etiam inter Schiſmaticos collocari Xantho-

pu-

pulum, quod ex principio ſuæ hiſtoriæ addiſcere poteras, non autem inter Patres illius Eccleſiæ haberi, Xanthopuli illa Synaxaria publice in Eccleſijs non legi. Incertum præterea eſſe, an illa additio Xanthopuli ſit, cum in nonnullis editionibus non contineatur, neſcirique, a quo facta ſit. Quid ſi dicam etiam ſi Chriſtus dixiſſet, *ex ſolo Patre*, non excludi Filium ab illa proceſſione. Dixit Chriſtus, de die illa neſcire ſe neque diem, neque horam, Patrem ſolum Deum vocauit, & ne alia referam Eccleſia Græca conuerſa ad Chriſtum enunciat; *σὺ εἶ μόνος ἅγιος, μόνος κύριος*. quibus reſpondent illa Latinæ. *Tu ſolus Sanctus, tu ſolus Dominus*. Ergo conclude tu cum alijs Hæreticis, Chriſtum neſciſſe horam, neque diem, non eſſe Deum Patrem, & Spiritum ſanctum, non eſſe neq; Sanctum, neq; Dominum. Id licet tu concludas, Græcorum tamen, & Pontificiorũ Eccleſia ſententijs non diſcrepant, cum vtraq; teneat & Chriſtum, & Spiritum ſanctũ, & diem, & horam compertam habuiſſe, & eſſe Deum; eſſe ſanctum & Dominum Patrem, & Spiritum ſanctum. Adde, apud Græcos vulgo, illud axioma certiſſimum eſſe, quod etiam Synodico decreto ſtabilitum eſt; aliud indicari, cum dicitur in diuinis, ex eſſentia alicuius eſſe, & aliud

cum dicitur, ex Deo esse: hoc enim ad creaturas referri, illud ad existentiam diuinam significandam, vt cum dicitur, Filius ex essentia Patris, notare genitam existentiam ex Patre; Spiritus ex essentia Patris productam existentiam ex Patre per processionem; secus autem cum ex Patre, vel Filio, vel Spiritu tacita essentia: tum enim vt plurimum indicare creaturas productas. Sed Spiritum sanctum esse ex essentia Filij persæpe habetur in Patribus, & in Ritualibus hodiernis Græcorum. Ergo cum publice ea recitent, & profiteantur similia, eodem tempore tenent, & profitentur, Spiritum sanctum ex Filio etiam procedere. Dicunt præterea Filium effluere, produci, emanare, exilire, & similia ex Patre, & generationem Filij ex Patre designant. Hæc eadem pronunciant de Spiritu sancto ex Patre, & Spiritus processionem ex Patre significant. Ergo cum pronunciant, & creberrime eadem de Spiritu sancto ex Filio, cum Spiritus productio generatio non sit, tum enim esset Spiritus Filius, & Filius Pater, processionem Spiritus etiam ex Filio notant. Sic etiam vbi Patres explicitis verbis decernunt, Spiritum sanctum esse ex Filio, & in Filio. Ergo si ex Filio est, habet suam existentiam, & si existentia essentialis est,

ergo

ergo procedit essentialiter ex Filio. Si enim non esset essentialis processio, Spiritus esset creatura, quod in Ecclesia Græca, atque Pontificia, quæ tenent Spiritum verum Deum, Patri Filioque consubstantialem, sacrilegium, ac impium verbum est. Lege attentius quæ de hoc argumento disseruimus contra te, Patrum testimonijs Græcæque Ecclesiæ auctoritate firmata, tum dijudica, & statue serio. Et in essentialibus, vt hic articulus esse videtur Græcam Ecclesiam cum Romana similia tenere, licet inficetus fateberis. Et hæc veritas profecta est a Christo, & ab Apostolis, repetita a sanctis Ecclesiæ Græcæ, & Latinæ Doctoribus, confirmata a Concilijs, & vsque ad hanc nostram ætatem, quidquid Schismatici Hæreticique oblatrent, viget. Quare si his refragaris, bona venia me audies, prius te quispiam de omni vitæ statu, quam de ista tua adeo dementi opinione deiecerit.

Sed tempus me vocat ad capita illa tua *Aphoristica*, de quibus inter nos ambigitur, ad quæ tu etiam tandem post tot diuerticula me vocas. & primo ad auctoritatem Papæ in explicatione sanctarum Scripturarum. Dicis, integris tractatibus non diffiteri a Græcis optime ostensum. Probas contra Allatium, cum nihil efferas ad rem, & nos

cum

cum de auctoritate Papæ tractabimus, de eadem in exponendis scripturis agemus.

Virtutem, & efficaciam ministerij a ministro non suspendunt. Non puto te latere, quæ de hac propositione Pontificij decernant. Nihilominus ne nescius sis. Apud Pontificios certum, atque indubitatum est, virtutem, & efficaciam non pendere a bonitate, vel malitia ministri; Namque siue summa bonitate præditus, siue perditi animi sit, qui ministrat, consecratum ab eo, eiusdem virtutis, & efficaciæ esse, & æque plane perfectum, cui nihil admodum desit, dummodo alia necessaria ad sui integritatem non desiderentur. Verba enim Christi sunt, quæ operantur, atque efficiunt. Et hæc Pontificij, quæ porro Græci non alia; & cum duo cõsiderentur, oblatum, & offerens, magis Deus intendit oblato, quam offerenti. ne repetam testimonia. Vide Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum, Theophylactum, Euthymium, Nicetam, Nicolaum Cabasilam, Simeonem Thessalonicensem, Hieremiam Patriarcham. Hi non alia dicunt, aperti hostes, si vnum excipias Nicetam, de quo non ausim affirmare, Romanæ Ecclesiæ: nec ab his diuersus est Bessario itidem Græcus Cardinalis. Sed negant Hæretici, & tu non agnoscens consensum,

vrges dissensum. Si paria paribus reddenda sunt, adde tu, qui tantum sapis, aliquid, quod non cohæreat. Noli tamen aquilam cum noctua, & cum cygno fulicam comparare. Sed cum addere non possis, recurris ad intentionem ministri, quæ necessario requiritur ad hoc, vt effectum consequatur, quod intendit minister. De intentione ministri eadem dicunt Græci, & Pontificij. Dicis tamen, negare Pontificios, Sacerdotem reum lethalis peccati digne consecrare. Sic amoliris consensum. Ignoras siquidem quantum distat inter se consecratio absoluta, & digna consecratio. Hoc quidem statum apud Græcos, & Latinos effatum est. Si Sacerdos lethalis peccati reus consecrauerit, tum nouo peccato constringi: nanque ante quam celebret, necesse est sua omnia perspecta habere, & si quod crimen commiserit, confessario edicendum animo contrito, vel minimum attrito; postquam indoluerit, & pœnitentiam egerit, tum demum ad celebrandum procedet; sin minus delictum nouum, & culpam admittet. *De Cœna Domini Liturgiarum Græcarum quænam mens sit, exactius suo tempore enucleabimus*. Ergo Græci tenent, Sacrificium non esse propitiatorium, expiatorium pro peccatis viuorum & mortuorum, sed tantum mysticum, recordatiuum, commemorati-

tiuum, eucharisticum. Ergo *Græcorum Ecclesia sua partibus Reformatorum fauet phraseologia*. Annon peracute respondes Allatio? Euge argutiam. In tam leues, ne dicam, in tam ineptas sententias Hottingerum incidisse. Græci Patres antiqui, recentiores, pappomastiges, demum vniuersa Græcorum Ecclesia in his ipsis Liturgijs vocant hoc Sacrificium propitiatorium, expiatorium pro peccatis viuorum, & mortuorũ, & Hottingerus inficere, ac stolide negat id Græcos asserere. Vt leuissime dicam Hottingerus exponere debuerat, quas *ecclipses* passa sit Ecclesia Græca in doctrina de Cœna. Græci communicant sub speciebus panis, & vini, & dicunt se verum, & reale Sacrificium propitiatorium offerre pro peccatis, idque tot inculcatis testimonijs demonstrat Allatius adeo, vt Hottingerus ipse *prolixam allegatorum pompam* agnoscat, & nihilominus negat ita esse. Cui fides tribuenda est, tot Græcorum testimonijs, an Hottingero? *Frustra enim ὁπικυρίαν in eo quærit, quod toties Græci cœnæ Dominicæ nomen προσφορᾶς, θυσίας imponunt*. Deplorandum hominis ingenium! & tamen permagno æstimabitur, licet in tam apertis, & manifestis deliret: & quod non est, Allatio, vt respondere videatur, apponit. Vnde id expiscatus est, Allatium ex nominibus προσφορᾶς, & θυσίας elicere,

Sa-

Sacrificium Dominicæ cœnæ dici propitiatorium, & expiatorium? id dicit expressis nominibus propitiatorium, & expiatorium prolixa allegatorum pompa. Si non erit ipsa cœcitate cœcior, & sequatur oculis allegata, aperte prospiciet, quæ attulerit Allatius, & assensum cum Latinis componet. Sed parcendum homini est. In tanta huius disputationis celeritate, atque incredibili festinatione non potuit homo fluxus, & animo vacillans non labi.

Communionem sub vtraque specie laicam Leo non controuertit. Negat tamen semper illud fieri. De communione Græcorum quid scripserit Allatius, ex eiusdem scriptis iam euulgatis, & vsu ipso, & experientia disces. Græci siquidem sub vtraque specie communicant, & hoc non controuertitur. Sed illud obseruaueris, diebus Quadragesimæ exceptis Sabbatis, & Dominicis, quibus rem sacram integre peragunt, alijs, cum Præsanctificatorum, vel Præconsecratorum Missam celebrant, si quis laicus communicare voluerit, sub specie vnica communicat, illis etenim diebus nulla fit consecratio vini, & per annum qui solitariam vitam agunt, & morti proximi cum communicant, sub vnica specie communicant, cum illi non deferant nisi vnicam, panem nempe,

pe, & vinum illis denegetur ob periculum. Morituris panis solus consecratus, & si opus est, vinum infunditur cochleari, quod consecratum non est ad panem emolliendum. *Negat tamen semper illud fieri. Quid inde? fiat aliquando. apud Pontificios Tridentinos nunquam fit. Manet ergo semper aliquod discrimen.* Ne mireris Lector adeo inconcinnam argumentationem. Fit aliquando apud Græcos, apud Pontificios nunquam fit, manet ergo semper aliquod discrimen. Fit & non fit apud Græcos. Ergo Græci, & fieri & non fieri, cum sit ἀδιάφορον, licet discrimen aliquod sit, non id tamen dissidium tanti ducunt, vt Ecclesias separet, & vnam ab alia seiungat. Nobis est quæstio de illis discriminibus, quæ Ecclesias discludant, & inimicitias aliquas, & contrarias hominum sententias, & dissimilitudines studiorum, & voluntatem inducunt. Neque Allatius in his, & alijs eiusmodi consensionem investigauit: tum enim Græca, & Latina Ecclesia per omnia vna eademque esset. De quibus permulta dici possunt, sed non est necesse omnia commemorare.

Negat tamen, Allatius, *semper illud fieri. Quid inde? Fiat aliquando. Apud Pontificios Tridentinos nunquam fit. Manet ergo aliquod discrimen.* Et pernegabis te, melius,

pe-

peius, profit, obfit nihil videre, nisi quod lubet? *Apud Pontificios Tridentinos nunquam fit*. Et tamen factum esse, fierique quotidie ipsa docet experientia. *Nullum Presbyterum sub pœna excommunicationis communicare populum sub vtraque specie panis, & vini*, decretum est in Concilio Constantiensi Seff. 13. & in Tridentino sess. 5. sub Pio, ab inchoata Synodo XXI. post consueta solemnia; *Potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispensatione, salua illarum substantia, ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientium vtilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret: ideoque licet ab initio Christianæ religionis non infrequens vtriusque speciei vsus fuisset, tamen progressu temporis grauibus, & iustis causis adductam, consuetudinem sub altera specie communicandi approbare, aut sine ipsius Ecclesiæ auctoritate pro libito mutare non liceat*. Hinc Legatorum industria ad vitandas prolixiores rixas, & quod Cæsari satisfactum vellent, factum est, vt articulus Calicis ad Pontificem remitteretur, apud quem facilius de eo tractare Cæsar posset, quam in Synodo, vbi qui eum concedendum negabant, numero longe potiores erant. Sic anno 1561. a Regina Galliæ Caterina peti-

tus

tus in fauorem Hugonotorum, licet Orator Regius apud Pontificem, & Cardinales vehementissime vrgeret, repulsam patitur. Et anno 1564. Ferdinandus Imperator, dum adhuc perduraret Concilium cum Pontifice per suos Oratores Romæ, & per se ipsum Oeniponti cum Morono, & Lotaringiæ Cardinalibus egerat, pro obtinenda facultate Calicis, & coniugij Sacerdotum, videns nihil eiusmodi concessum fuisse, rursus tam suo, quam Ducis Bauariæ generi sui nomine pro ijsdem rebus institit apud Pontificem Pium IV. scriptis literis decimo quarto Februarij, vna cum Commentariolo a nonnullis Doctoribus Catholicis confecto, in quo rationes exponebantur, propter quas considerato statu Germaniæ illæ res permittendæ existimabantur. Idque ipsum post Ferdinandi obitum Maximilianus eius successor prosecutus est, vterque tamen irrito conatu, ob summum periculum, quod ex eiusmodi incertæ vtilitatis concessionibus omni procul dubio vniuersæ Ecclesiæ œconomiæ, ac disciplinæ eminebat. Siculi & constabat concessionem Calicis a Paulo III. olim factam longeplus damni, quam commodi attulisse. Et cum alias quoque pro Germanis, Vngaris, alijsque earum regionum populis, non solum Protestanti-

bus

bus, sed etiam Catholicis, Calicis vbique sitibundis Principes Germaniæ, & Oratores Vngarici intercederent, concedendum esse ijsdem conditionibus, quas olim Paulus III. approbauerat, Pontifex Romanus cum Cardinalibus dedit facultatem nonnullis Germaniæ Episcopis, similem ritum non absolute tamen permittendi, sed vbi causas adductas veras inuenissent, additis quoque alijs conditionibus. Quod vbi Viennam peruenit, maxima cum lætitia festis clamoribus personatum est a populo. Scribitq; Cardinalis Delphinus tum Internuncius, vt narrat in doctissimo eruditissimoq; suo opere pro Con. Trident. Card. Pallauicinus, maiorem Hæreticorum partem eiurata hæresi redactam fuisse in antiquam Ecclesiæ Romanæ concordiam. Sed similem propensionem animi instar fulminis protinus euanuisse compertum est, & aperte agnitum in Calice negando Concilij, & Pontificis rigorem saluti animarum nullo modo impedimento fuisse. Sub Pontificatu postea Gregorij XIII., & Sixti V. cum ex Episcopis aliqui hinc ex vita demigrassent, quibus a Pio similis facultas delegata fuerat, dubitatum fuit, an facultas illa concessa esset dignitati, ideoque adhuc perduraret in successoribus, aut personis, & sic cum eorum morte ipsa quoque extingue-

retur, & huic secundo subscriptum est. Nec licere Sacerdotibus, nisi quibus gratia illa collata esset, a dictis Episcopis antequam diem obijssent, Calicem populo dispensare. & tu negas, Hottingere, parum pudenter, hoc apud Pontificios Tridentinos nunquam factum esse, vt elicias dissidium. Sed vti contra atque tu dicis apud Pontificios Tridentinos factum est, ita dissidium a te dolo malo tentatum euanescit. Sed quis ægre feret tantam inscitiam? Etiam post Tridentinos Pontificios Rex Gallorum in sui auguratione sub vtraque communicat, vti & ante Concilium, vt videre est in Ceremoniali rerum Galliæ edito de Ludouico XIII. Henrico IV. & alijs. Hinc Oratores Galli postularunt in Tridentino, vt si aliter statueretur, Calix nempe prohiberetur, id absque præiudicio fieret prærogatiuæ Regum suorum, qui in auguratione sua Calicem accipere consueuerunt, quod & assecuti sunt, & Catholici Reges, & cum Ecclesia Romana coniuncti a Sacerdote Catholico post Pontificios Tridentinos sub vtraque communicant. Et tu audes dicere *Apud Tridentinos Pontifices nunquam fieri?*

Etiamnum hæres, & Allatius tibi suspectus est? euolue aliorum scripta, quæ certe scio tibi iniucunda futura; Veruntamen cum Pontificiorum sint, plena fidei fuerint.

rint.

rint. Henricus Henriquesius lib. 8. de Eucharist. cap. 44. *Licet Papæ, aut Concilio Generali ex honesta causa concedere id alicui nationi. Clemens Papa VI. legitur concessisse Regi Galliæ, quoties vellet, ad cuius imitationem mos fluxit apud quosdam e Gallis non publice, sed in priuatis cancellis communicandi sub vtraque. Imperator dum coronatur, sumit vtramque speciem. Apud quosdam corpus sanguini mixtum, seu intinctum datur omnibus in cochleari.* Et supra dixerat; *Dum Papa solemniter celebrat, sumpto corpore Christi sedet, & Diaconus Cardinalis defert ei Calicem bibendum, deinde ministrat eum alijs Cardinalibus etiam Diaconis: quod etiam nunc seruatur Parisijs apud Monasterium Cluniacense, & Dionysianum;* Id tamen non de omnibus intelligendum est Cardinalibus, sed tantum cum Pontifice celebrantibus. Quod etiam apud Græcorum Collegij Alumnos, nunc ipsum sciente Romano Pontifice indulgenteque, dum solemniter celebratur cum ministrantibus singulis diebus festiuis in more est. Franciscus Suarez in 3. partem D. Thomæ Quæst. 8. sect. 3. *De Clemente VI. refertur, hoc concessisse Regi Galliæ Anno 1341. quia cum tota hæc res sit iuris Ecclesiastici, per supremam Ecclesiæ potestatem dispensationem recipit. Nunc autem pensatis omnibus, vix potest hoc*

expedire, & ad vitandum scandalum, & Hæreticis omnem occasionem pertinaciæ auferendam, & propter maiorem fidelium vnionem, & conformitatem. Quod tamen non obstat, quod si in aliquo casu consuetudo obtinuit, vt alicui detur vtraque species, talis consuetudo seruetur, vt Romæ est consuetudo, vt Diaconus, qui in Missa solemni ministrat Pontifici, sub vtraque specie communicet. Quam tamen interdum prætermissam esse a Paulo II. in odium Hussitarum, & Boëmorum refert Turrianus lib. 8. Constitut. Clem. cap. 31. & Augustinus Patritius in libello de aduentu Federici Imperatoris Romani. Et, *Vnde referunt Auctores citati Paulum III. dispensasse cum Boëmis sub conditione, vt ab errore discederent, ipsis autem semper sentientibus, vtramque speciem esse necessariam, dispensatio locum non habuit. Vnde fit, vt remoto errore, possit Ecclesia hoc concedere, vt de Paulo dictum est.* Et tandem, ne obruam te, Philippus Gamachæus Doctor Sorbonicus in eandem partem D. Thomæ Tract. de Sacrificio Missæ c. 13. agens de Communione sub vtraque specie: *Ecclesia non tam seuerè hanc legem obseruat, quin aliquando grauissimis de causis in ea dispenset, vt constat ex Tridentino sess. 21, can. 4. & præsertim sess. 22. cap. vltimo, vbi totum hoc dispensationis negotium remittitur ad summum Pontificem, & re*

ve-

vera summi Pontifices approbarunt, probantque hodie concessionem factam Regi Christianissimo per Clementem VI. vt bis in vita communicet sub vtraque specie, semel quando inauguratur Rex, & semel in morte, sicut notat Gaspar Cassalius: Alij etiam extendunt, vt Rex Christianissimus communicet sub vtraque specie, quoties libuerit; ita Henricesius lib. 8. cap. 44. Sed fides sit penes Auctorem: Nobis enim Bullam Clementis videre hactenus non licuit. Imperator quoque, dum coronatur, solet communionem accipere sub ambabus speciebus; & Concilium Basiliense voluit concedere calicem Boëmis, dummodo hæresim suam abnegarent, de necessitate vtriusque speciei, & quibusdam articulis subscriberent, qui habentur apud Taperium tract. de Commun. art. 5. Romæ etiam est consuetudo, vt Diaconus ministrans summo Pontifici in Missa solemni, accipiat communionem sub vtraq; specie, quam tamen consuetudinem Paulus II. in odium Bohemorum aliquando intermisit, vt refert Turrianus 8. Constitut. Apostolic. cap. 31. Denique & in Conuentu Cluniacensi, & sancto Dionysiano prope Lutetiam eadem fertur esse consuetudo, vt qui ministrant ad Altare in Missa solemni, vtramque speciem a celebrante accipiant, quemadmodum refert Sanctesius Episcopus de Euchar. Repet. 10. cap. 2. sub finem, vbi hoc

 Pri-

Priuilegium refert ad Innocentium IV. Addere etiam possumus casum singularem, quo laicus ambas species accipere queat, si nempe Sacerdos in Missa deficeret post consecrationem, nec posset alius Sacerdos inueniri, qui consecratas species acciperet, Missamque perficeret; tum enim potest laicus calicem bibere, ne species corrumperentur, & acescerent: Idemque iudicium, vbi forte Sacerdos ab Hæreticis ex altari per vim traheretur, deberet enim quiuis laicus statim accipere, ne venirent in potestatem Hæreticorum. Hinc notat Suarez dicto loco, quod non animaduertit Hottingerus. *Græci eundem vsum obseruant, quamuis Græci in hoc non videantur esse Schismatici, quia non ob eam consuetudinem ab Ecclesia Romana dissentiunt: neque de nostra consuetudine male sentiunt, quantum ego potui, vel audiendo, vel loquendo assequi.* Vbi est modo Critopulus ille tuus, vel Sguropulus, qui te ab infami mendacio, & inscitissima inscitia vindicet? Vin plura & recentiora? Vrbanus VIII. in Confirm. Constitut. Collegij Græcorum Anno 1624. eiusdem Collegij Alumnis vsum Calicis concedit. Audi verba; *Vetus Ecclesiæ consuetudo seruetur, vt octauo quoque die confiteantur, & quibus per ætatem licet decimo quoque die communicent. Præterea vero solemnibus diebus festis, ac Dominicis omni-*

omnibus Aduentus, & Quadragesimæ, idque ordinarie latino ritu, præterquam in Festo Paschatis, Pentecostes, & in festo Natiuitatis Domini, aut si quando præterea iustis de causis visum fuerit Protectori. Doceantur autem a Confessario, aut alio spiritualibus rebus Præfecto, quomodo hæc cum spirituali fructu peragant. Et ne verba tantum dedisse videretur, in Instructionibus pro dictis Constitutionibus viuæ vocis oraculo datis Cardinali S. Susannæ habetur; *Communio ritu Græco ter in anno permittitur, non iubetur. Et potest Protector iustis de causis, hac in re dispensare; si tamen nihil impediat, videtur omnino vsurpanda, vt intelligant Orientales, Romana Ecclesia non ritus, sed errores suos displicere. Esset enim hoc sine dubio incentiuum dilectionis.* Hoc indulto ter in anno dictis diebus festis ritu Græco Alumni publice communicant. Et Annis elapsis Augustissima Suecorum Regina die Diuo Athanasio sacro in eiusdem templo, cum in solemni Missæ celebratione maxima cum religione, pietateque interesset, & illi ego adhærens ritus, & ceremonias euulgarem prope finem Missæ vidit, ita in illius gratia mandante Protectore, eosdem Alumnos ad soleam procedentes a Metropolita Græco ritu Græco hoc est sub vtra-

que ſpecie Euchariſtiam accipere. Et Hottingerus non veretur detecta fronte dicere; *Hoc apud Pontificios Tridentinos nunquam fit*. I nunc, & ſimilibus fidem adhibe, qui ſomnia, ac figmenta ſua pro oraculis Delphicis venditant, & ſciolos decipiunt, falluntque omni fraude, & perfidia.

Vis dicam Hottingere? Miſeret me tui, qui Typographum nactus minus accuratiorem, illius incuria ſubtractione negatiuæ voculæ nugatoriæ ſententiæ in crimen vocaris. Puto ſiquidem te, ne vapules, *nonnunquam* ſcripſiſſe: ſicque dediſſe Typographo. *Hoc apud Pontificios Tridentinos nonnunquam fit*. Eſto, ſi tamen gratum acceſſerit. Sed quo decedet diſcrimen? inanes in auras. Argumentemur ergo. Allatius negat ſemper Euchariſtiam in Eccleſia Græca cõſumi ſub vtraque ſpecie, ſed id fieri aliquando: ſed aliquando etiam fit apud Pontifices Tridentinos, vt ſub vtraque ſpecie non ſacrificantes communicent. *Ergo eſt tamen aliquod diſcrimen*. Ergo Eccleſia Romana a Græca in communionis ritu diſſidet. Veruntamen cum ex errore Typographi conſenſus Eccleſiarum appareat, & ſcopus ſit Hottingero probare diſſenſum, remanet probatum, in ſumma omnium rerum, earum etiam, quas vel pueri norunt, ignoratione verſari, &

præ-

præter æquum, & bonum indolere, cum illi Allatius inſcitiæ maculam appingit. Non eſt quod id acceptum referas Allatio. In te culpa reſidet huius rei. Et tandem cum iam tibi ſaltandum eſt, decet audacem eſſe confidenter pro te, & Typographo proterua loquere, & rota figulari verſutior, da verba, falle etiam ſciens, vt præruptiorem ſaltum effugias. O ſi ex cœnoſo illo tuo, putidoque rerum Grammaticarum penu ad hæc *aliquando*, & *nunquam* concilianda, vt in hac tua diſputatione Apologetica *de vernacula Græcorum lingua* aliquod acutulum quærendo inueſtigaueris! Si memoria non ſuggerit. concinna illa *originaliter*, & *oppoſite*, ab integro Lectoribus gemina. Fac ſis, recoque. Non mouebunt ſtomacho faſtidium.

Quamquam ne hoc quidem largiantur Græci, quorum nomine Leo falſitatis manifeſtæ conuincitur. Critopulus Confeſ. Eccleſiæ Orientalis nuperrima. An non ridiculus eſt Hottingerus, qui ad conuellendam vniuerſam Græcorum multitudinem, vnum Critopulum in teſtem adducit? Ego palam edico, me hoc profiteri, & credere verbis expreſſis, & ſcripto etiam palam facio. Irrepit neſcio quis ex Orci faucibus, vt ita dicam, & ſcribit, me aliter, atq; pronuncio, vel ſcribo, ſentire. Cui magis adhibenda fides eſt;

mi-

mihi ne, qui in bono lumine meam sententiam effero; an dicenti contrarium? Si impudens non sum, credam absque dubio illi, qui de se sciens loquitur, quam externis, & aduenis. Inquirimus nunc de sententia Ecclesiæ Græcæ; ipsa in suis libris loquitur & exponit plurimum sententiam suam per se, non alieno interprete, & Hottingerus obgannit, & nodum in scyrpo quærit. Ne illi peropportune Terrentius responderet; *Dignus es cum tua religione odio*. Vnum Critopulum vniuersæ Græcorum Ecclesiæ, & consuetudini indubitanter receptæ præponit, quia pro eo esse videtur. Et dicemus, hunc hominem aut non falsum sentire, aut quod non satis explorate perceptum sit, & cognitum, cum aliqua deliberatione defendere non suscepisse? Ego Critopulum istum ad meam rationem vsumque nihil æstimo. Sed Hottingerus, vt falsitatis conuincat Allatium, ex non intellecto Critopuli dicto, reclamante ratione vera, ratiocinationem adulterat. Et vide; Allatius scribit, non semper Græcos communicare sub vtraque specie, Critopulus dicit; *omnes vtramque speciem communicant, panis inquam; & Calicis, tam Ecclesiastici, quam laici, tam viri, quam fœminæ, quia omnes vitæ indigeant*. Allatius vnus est, vnus est &

Cri-

Critopulus, cuius dictum potius est? Sed esto Critopulus sit fide dignior apud Hottingerum. Quid dicit Critopulus, quod repugnans Allatio sit? Vbi nam illud, *semper* in Critopulo sub vtraque specie, & *nunquam sub vna*, vt falsitatis Allatius conuincatur? Rudis hic, ne dicam falsarius, plane arguitur Hottingerus, sicuti etiam alibi sæpius in argumentis digerendis, quod aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidij delicatissimi, nisi mauis dicere, peruersi, & malignissimi capitis, improbitatis nequissimæ, qua conatur ille fallacias in parum cautos intendere. Sed vt prudẽtior videaris, adde tu de tuo dictis Critopuli; illud *semper*, vel quid simile.

Discrimen ἀζύμου καὶ ἐνζύμου *multorum ipse probat Allatius auctoritate, sed cui bono?* Iam video. Bonum parum, vel nullum est Hottingero, res sacras multorum auctoritate improbari. Et negabis solem meridianum tibi tenebras offudisse, qui in rebus adiaphoris discrimen, & dissidium agnoscis? Græci, quod primum est, vino aquam miscent, quod faciunt etiam Pontificij. Proba dissensum; & argue, si potes, falsitatis tantorum hominum testimonia. Azymum & fermentatum videntur differre, attamen panis sunt, & in vtroque fieri Sacramentum tum Græci tum Latini fatentur, & vsum il-

illius nullum inter Ecclesias afferre discrimen. Ergo quod ipse discrimen somniaris, nullũ est. Quod si Græci in Azymo conficerent iam cuiusmodi consensio est. Sed errorẽ typographi mihi ascripsit Allatius. Dicam quid primo intuitu senserim. Putaui, Græcos conficere in Azymo errorẽ esse Typographi. Veruntamen cum te in similibus infantem, & rerum Græcarum inscium in tot alijs offendissem, mutata sententia exclamaui. Hoc quoque mendum sane Hottingeri est. Sed quando vis ita esse, errati veniam Typographo tuo dabimus, non ideo tamen te negabimus in Ecclesiæ Græcæ, quemadmodum & Latinæ ritibus peregrinari. Quod si, vt tu ais, *vnum hoc ex adiaphoris est*, qua ratione inter dissidia insulse collocas. ideoque tibi non suffragatur, quod nonnulli ex Pontificijs dicunt, sententiam illam esse erroneam, vel hæreticam.

De igne Purgatorio, quid ruspatur Allatius? Hodierni Græci diserte testantur eos, qui ab ipso statim tempore ἀναλύσεως beata Dei fruuntur visione, nullam pœnam sustinere neque materialem, neque organicam, neque per ignem, neque per qualemcunque materiam aliam. Quid Græci antiqui, & recentiores testentur, mirum est, quod non legeris in Allatio. Sed quando illa obuia non fuere, audi. Græci

o-

omnes pro mortuis non tantum quotidie in Miſſa orant, & præſcriptis etiam diebus per annum, vt Sabbatis omnibus, & potiſſimum menſis Octobris, & peculiari commemoratione ante magnam Quadrageſimam, Deum orant, & defunctorum memoriam religioſiſſime recolunt: orant & Pontificij, vt illis remittantur peccata, expurgentur, collocentur, vbi iuſti quiete perfruuntur, eo conſilio, vt a moleſtijs, horrendiſque inferni tormentis, ſtridore dentium, denſa caligine, tenebris exterioribus, vigilante perpetuo verme, lacrymis infructuoſis, triſtitijs, ſuſpirijs, & quod magis eſt, igne, & reponantur in ſinum Abrahæ, in quietis tabernaculis, vbi feſtum agentium perpetuum eſt gaudium, in amœnitatis locis, vnde vitæ fluenta emanant, in loco luminoſo, in loco viridi, in loco relaxationis. &c. Eadem pro ſuis mortuis Latini comprecantur. Et tu Hottingere pœnas materiales, & organicas ex opinione Græcæ Eccleſiæ poſcis? Pœnæ ſunt, ignis eſt, quibus expurgantur a peccatis animæ καὶ καθαρίζονται. vt Græci inſinuant, & tu Purgatorium inueſtigas? Verbis ſententijſque in Purgatorio exponendo Græci, & Pontificij concordant, & tu diſſidium intermiſces? Aſſerentes iſta non ſunt errones,

&

& vagi, & stipem emendicantes, vt sunt tuus iste Critopulus, & Zygomala, sed eloquentia, grauitate, honore Ecclesiæ Græcæ florentissimi; & quod magis est, Ecclesia ipsa Græca in suis Ritualibus libris, & expressis verbis largiuntur, & tu audes, quasi legendi nescius sis, affirmare, eos Purgatorium Romanum ignorare, & ritum orandi retinere, vt ex viatoribus fiant spectatores? Opinione Græcorum, iusti ipsi, qui nondum absolute pœnitentiam egerunt, sed remanet illis aliquid expurgandum, plane viatores sunt. Adhuc enim in tormentis & igne peregrinabundi oberrant, & afflictionibus, & igne spurcitiem, & impietatem peccatorum sese spoliant, donec depurgati in peroptatam gloriam introducantur. Vide quæ Epistola ad D. Boineburgium digessi. Plura alia sunt, quæ prætereo, leuiter tamen vnum tangam. Methodius respondet Theodoræ Imperatrici, quæ rogauerat Patres, vt orarent Deum, vt dimitteret delicta Theophilo marito, quæ ille commiserat pro oppugnatione Imaginum, in vita Michaëlis filij Theophili. Ὅτι μὲν οὖν δίκαια ἡ ὀρθόδοξος Ἐκκλησία, καὶ ὁ ταύτης ἐξάρχων Μεθόδιος ἔφασκε δέσποινα ἐξαιτεῖ, οὐ δ' ἡμεῖς ἔχομεν ἀπαναίνεσθαι. Δίκαιον γὰρ τοῖς εὐεργέταις τοὺς ἄρχουσι, τὰς προσηκούσας χάριτας ἀντιπιπί-
θε-

θεοῖς δαψιλῶς, ὅταν μὴ τύραννος ἀρχὴ ᾖ, ἀλλ' ἐστι γνώμη θεοφιλής. ἀλλ' οὔπω Θεοῦ δίκην ἡμεῖς τὸν πρὸς ἄλλον βίον διαβεβηκότα δυνατοὶ ἐξαιρῆσαι τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς φανταζόμενοι. δυνατοὶ μὲν ἡμεῖς, καὶ κλεῖς οὐρανῶν πιστευθέντες παρὰ Θεοῦ τοῖς βουλομένοις πᾶσιν ἀνοιγνύντες αὐτὰς, ἀλλὰ τοῖς κατὰ τοῦτον τὸν βίον ἔτι οἰκονομουμένοις πρὶν ἀλλαχοῦ μεταστῶσιν. ἔστι δ' ὅ τε καὶ τοῖς μεθισταμένοις ὅταν τε μικρὰ τὰ σφάλματα ᾖ, καὶ μετάνοια τούτοις προσῇ. Τοῖς δ' ἤδη μετὰ πονηρῶν ἐλπίδων ἀπάρασι, καὶ πρόδηλον φέρουσι τὴν κατάγνωσιν, οὐχ' οἷοί τε ταῖς αἰτίαις διαλύειν τούτοις ἡμεῖς.

Iusta itaq; Ecclesia Orthodoxa, & illius Præses Methodius, Domina, dicit, expostulat, nec nos id possumus abnegare. Iustum enim est de nobis benemeritis, & Principibus condignas gratias affluenter dependere, quando non imperat violenta manus, sed est assensus Deo dilectus. Sed non dum Dei iustitiam nos ab eo, qui ad aliam vitam transmigrauit, possumus deflectere, quæ supra nos sunt, imaginatione complectentes. Possumus equidem nos, quibus concreditæ sunt claues Cœlorum a Deo volentibus omnibus reserare, sed illis, qui adhuc in hac vita degunt, antequam ad alia transmigrent. quandoque etiam illis, qui extremum diem morte conficiunt, cum errata parua sunt, & de illis pœnitentia transacta est. Qui vero ex hac vita cum spe non bona abierunt, & manifestam cum semetipsis damnationem asportantibus, illis cul-

pam

pam nos dissoluere non possumus.

Indulgentiarum mercatum defendere non audet Allatius. Hac tua disputatione Apologetica nihil aliud assequeris Hottingere, nisi vt ab omnibus mortalibus audacia tua atq; improbitas agnoscatur. Non defendit Allatius Indulgentiarum mercatum, quem nunquam defensurus est. Aliud est Indulgentias concedere, aliud est Indulgentias mercari: sicuti aliud est Sacramenta ministrare, aliud vendere. Indulgentias concedunt Pontificij, Sacramenta ministrant, ea nundinantes vti sacrilegos detestantur, & pœnis admonent, ijsque grauissimis. Quid in Germania factum sit, quamuis Græcus Allatius, ex ipsis Germanis, eorumque historijs abunde nouit, quos impostoribus, & falsarijs vniuersis præfert, quorum archiua non ea sunt, vt Pontificijs anteponenda veniant. Sed hoc ad rem meam non pertinet, qui consensionem stabilio. Vt tamen in his quoque appareat consensus, & tu falsus esse in hoc quoque depræhendaris, producam tibi ex ipsis Græcorum monumentis Indulgentiarum formulam, vnde argui potest contra atque tu dicis, Græcos ipsas non reijcere Indulgentias. Georgius siue Gregorius Cyprus Patriarcha Constantinopolitanus concessit Indulgentiam Christianis visitantibus partem columnæ, in qua al-

alligatus fuerat Christus, cuius tenor talis est; Ὁ πάντα ὑπομείνας ἑκὼν κύριος, καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν τὰ ἐπονείδιστα πάθη κατὰ τῆς θείας, καὶ ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς, καὶ τοῦτο κατεδέξατο δεθῆναι ἐν κίονι, καὶ μαστιχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνόμων. Ἐπεὶ δὲ οἱ φιλόθεοι Χριστιανοὶ ἐκ τοῦ κίονος διεῖλον εἰς μέρη, καὶ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων πρῶτον ποιεῖται μεταλαμβάνειν τοῦ ἁγιασμοῦ τῶν προσεγγισάντων τῷ παναγίῳ, καὶ ἀχράντῳ σώματι ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ, ἔστιν εὑρεῖν ἐν πολλοῖς τόποις, καὶ χώραις, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων μερῶν μέρος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κίονος. ὅθεν καὶ τὸ μέρος τοῦτο ἐξ ἐκείνου λαβόντες φιλόθεοι ἄνθρωποι κατέχον μέχρι τοῦ νῦν, τοῦ ἁγιασμοῦ ἀπολαμβάνοντες, καὶ τῆς βοηθείας αὐτοῦ. τὸ νῦν δὲ κοινὸν ἀγαθὸν ὂν, καὶ κοινῶς προσκυνεῖσθαι ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν ὡς εἰκὸς διεκρίθη. Ὅθεν καὶ προσετέθη, καὶ ἀφιερώθη τῷ ἱερῷ ναῷ τοῦ ἁγίου μου παμμάκαρος Νικολάου εἰς τὸ ὑπὸ πάντων προσκυνεῖσθαι, ὡς προσεγγίσαν τῷ παναχράντῳ, καὶ ἀμωμήτῳ σώματι τοῦ Χριστοῦ. Διὸ καὶ σὺν μετὰ ἐξομολογήσεως, καὶ μετὰ συντριβῆς καρδίας προσερχομένους, καὶ προσκυνοῦντας τὸ ὁρώμενον τοῦτο τμῆμα τοῦ ἱεροῦ κίονος, ἔχει ἡ μεγαλειότης ἡμῶν ἀπὸ τῆς δοθείσης αὐτῇ δωρεᾶς τε, καὶ χάριτος, καὶ ἐξουσίας τοῦ παναγίου, καὶ ζωαρχικοῦ πνεύματος συγκεχωρημένους κατὰ τὴν τῆς Ῥωμαϊκῆς, καὶ ἱερᾶς Ἐκκλησίας τάξιν ἡμέρας ἑκατόν. Ὀφείλουσιν οὖν ἅπαντες οἱ προσερχόμενοι μετὰ φόβου, καὶ ἐξομολογήσεως,

καὶ ἀγάπης Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ πάντα δεξαμένου, ἵνα ἀφαρπάσῃ ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας τοῦ ἐχθροῦ προσέρχεσθε, ὅπως καὶ εὐλογίας καὶ ἁγιασμοῦ ἐπιτύχῃ ἕκαστος αὐτῶν, καὶ τῶν πρατομένων αὐτοῖς βοήθειαν. Εἰ δέ τις καὶ προσενέγκοι τῆς προσκυνήσεως χάριν, ὁ τοιοῦτος πολλῆς ἀμοιβῆς ἀξιωθήσεται παρὰ τοῦ πλουσιοδώρου, καὶ δοτῆρος τῶν ἀγαθῶν Θεοῦ, οὗ ἡ χάρις, καὶ τὸ ἔλεος, καὶ ἡ βοήθεια εἴη μετὰ πάντων τῶν μετὰ πίστεως προσερχομένων, καθάπερ εἴρηται. ἀμήν. Γρηγόριος ἐλέῳ Θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἰκουμενικὸς Πατριάρχης. *Qui omnes sustinuit libens Dominus, & Deus noster Iesus Christus propter hominum salutem ignominiosas passiones aduersus diuinam, sanctamque suam carnem: & inter eas id quoque perpessus est, columnæ alligari, & flagellis cædi ab impijs. Quando vero Dei amantes Christiani columnam in partes diuiserunt, & vnusquisq; eorum nauat operam sedulam particeps fieri sanctificationis eorum, quæ sanctissimum, & immaculatum corpus tempore passionis tetigerunt, & inueniuntur in multis locis, & vrbibus particulæ, & ipsius etiam columnæ. Vnde & partes illius arripientes Dei amantes adhuc vsque tempora retinebant, & sanctificationis illius, & auxilij participes fiebant. Nunc vero commune bonum cum sit, & communiter adorari a Christianis, vti addecet, decretum est. Quapropter ap-*

apposita est, & consecrata in sacro templo sancti mei, & beatissimi Nicolai, vt ab omnibus adoretur, tanquam quæ tetigit immaculatissimum, & innocentissimum corpus Christi. Propterea qui confessi, & corde contrito accesserint, & adorauerint visibilem hanc partem sacrosanctæ columnæ, eos nostra mediocritas, & concessis sibi munere, gratia, & auctoritate sanctissimi & vitæ principis Spiritus secundum Romanæ, sacræque Ecclesiæ vsum, absolutionem centum dierum impertitur. Debent itaque omnes accessuri timore, & confessione, & amore Christi Dei nostri, qui omnia sustinuit, vt nos a seruitute inimici in libertatem vindicaret, accedere, vt vnusquisque & benedictionis, & sanctificationis particeps fiat, & rerum a se patrandarum consequatur adiutorium. Quod si quis obtulerit aliquid adorationis gratia, multa ille remuneratione a munificentissimo, & bonorum datore Deo rependetur cuius gratia & misericordia, & adiutorium sit cum omnibus, qui cum fide accesserint, vt dictum est. Amen. Gregorius miseratione diuina Archiepiscopus Constantinopolitanus, & Oecumenicus Patriarcha.

Non reijciunt ergo Græci Indulgentias, & hortantur, adhortanturque Christianos, vt aliquid de suo offerant, vt non sine fœnore eoque magno benefactum redeat. Quod affers ex Historia Syropuli, nihil est,

tanquam ab homine nihili prolato, vt videbis in Exercitationibus meis aduersus eundem.

Horum Imagines, inquit Critopulus, Ecclesia Orientalis non sculptiles faciebat, neque excisas, sed pictas tantum. quid euidentius? Apage tu cum isto tuo Critopulo, ne vna cum illo delirare videaris. Ego video vsum, & praxim vniuersalis Ecclesiæ Græcæ, & Critopulus vult me non videre, quod video; & quod tactu sensuq; percipio, non percipere, & ab ipsa antiqua, florenteque Ecclesia Græca ad nos traductam consuetudinem, & ad hæc tempora conseruatam inter omnes Orientales, & vt aliquid dicat Hottingerus, arculas, & repositoria Iconoclastarum comminiscitur, in quæ immittat. Hinc apparet, exiguas amicorum copias Hottingero esse, qui ad Critopulum solum prouocat.

Confessionem auricularem Ecclesiam Græcam pridem fecisse missam, ipsorum Pontificiorum querela est, καὶ διδόμενον. Quid alij dicant de Confessione Græcorum, quærat Hottingerus. Ego habeo testes antiquissimos, recentiores non paucos, qui de recte peragenda confessione auriculari in Ecclesia Græca præcepta dant, & animorum morbos, & peccata singula, nec non species-

cies distinguunt, & Confessario identidem explicant, vt Confessio dicatur esse valida, sic medico requisita ad morbum curandum exhibent. Et Hottingerus Critopulo fidens mendacissimo contrarium asserit. Nonne vidit huius rei testes a me productos Ioannem Ieiunatorem Patriarcham Constantinopolitanum, Ioannem Monachum, & Diaconum magni Basilij discipulum; Simeonem Thessalonicensem, qui Gregorium Nyssenum, & magnum Basilium pro sui dicti confirmatione testes adducit, Christophorum Angelum, Seuerum Philadelphiensem, ipsos etiam Græcorum Libros rituales, & quod non minimi momenti est, ipsos Vvittembergenses. Quod affers ex Græcia Orthodoxa, plane ridiculum est, cum eo in loco Trapezuntius de idiotis, hominibus sermonem habeat, qui eo amāthiæ deuenere, vt ignorent, quid peccatum sit, & longe cum sint a Canonum cognitione disiunctissimi; ideo propter inscitiam non discernunt vitium a virtute; sicque non possunt remedia opportuna afferre, quod equidem aliud est: & qui apud hos cōfitentur, non missam fecere Confessionem, neq; confitens, sed approbantes Confessionem, male eam ob ignorantiam peragunt, quod etiam apud Pontificios euenire aliquando

 ve-

verosimillimum est: neque enim omnes sciunt omnia.

Quæ *de Clerogamia* affers, plane sunt stultissima. Quid enim est pro Episcoporum matrimonio, si Reformati non paucos Episcopos suos appellant Pastores? Et discrimen, quod tu somnias de Presbyteris, & clericis, insulsissimum, atque inauspicatissimum est. Græci enim ante Photianum schisma matrimonium suis Sacerdotibus non interdicebant, Latini interdicebant & tamen vnio inter ambas Ecclesias continuabatur. Ergo dissidium extra controuersiæ aleam a te positum frustra est, alicuius esse momenti nonnisi a dementissimo, & tui simili reputabitur.

Scripsi, Sacra Ecclesiastica sua Græcos nonnisi lingua vernacula administrare. Scripsi, fateor. Etiam si negas, papyrus loquitur. Annon cœcus es more tuo, qui non vides, neque discernis linguam vernaculam Græcorum a pura illa, & antiqua? Vernaculum, quando cum Grammaticis de grammaticis agere cogor, est quod domi nostræ nascitur, vel in patria, a *Verna* quod seruum domi nostræ natum ex ancilla, aut seruo notat. Hinc dicitur lingua vernacula, vel seruilis, vel plebeia, qua tanquam communi & naturali omnes loquuntur, & tradunt lin-

linguam maternam hodie vocari. Tu qui omnia ſcis,& me Mercurio opus non habes, vocas *linguam vernaculam radicaliter , & oppoſite. illo modo linguam Græcorum veterum hodie in Sacris vſitata vernacula vocatur , quia in Græcia orta , & nata eſt , in Græcia vſurpata, legibus , conſuetudine a multis introducta ſeculis ; ſed iniuria temporis , & deſidia hominum, qui quod tueri maſcule debuiſſent , turpiter neglexerunt .* μακάρει τοῦ διαστρέμματος. Tu ita vocas linguam vernaculam contra atque alij . Eris ne ergo tu auctor linguæ pro arbitrio inuertens , atque immutans omnia ? Quare & Lexicon non conſcribis , vt omnibus pateat, iſta tua noua verborum ſignificatio ? Græca lingua in Græcia orta eſt . plane. in Græcia vſurpata ſaltem per multa tempora . Sed cum tempore omnia vertantur , & immutentur in peiorem partem , lingua quoque ab illa pura , & primigenia aliam , atque aliam faciem induit nunc elegantiorem , nunc deformiorem , donec deducta eſt , vt in communibus colloquijs , & familiaribus congreſſibus in vſu ſit . & vernæ etiam & homines nihili eam vſurpent , ita diſiunctam , & diuerſam ab illa prima , vt primam illam homines pauci , & linguarum ſtudioſi , nec non muſarum alumni intelligant , hanc ſine literis homines

nes. Et hæc eſt, quæ vernacula dicitur, in qua tu ſcripſiſti Græcos Sacra facere, quod falſum eſt, & ex tuo cerebro natum ad componendum diſſidium, cum Pontificij antiqua, & qua loquebantur cum Chriſtianum nomen innotuit, in ſacris agendis Chriſtiani, quod etiam de Græcis firmiſſimum eſt, cum non alia ſit, quam quæ cum inſtitutæ fuerunt cerimoniæ, ad libros componendos adhibebatur. Quod ſi *radicaliter* hoc tuum locum habet, etiam nunc per te Pontificij in Sacris faciendis, lingua vernacula vtuntur. Et vt magis rideas tuum hoc *radicaliter*, Hiſpani, Galliquc, qui linguæ ſuæ originem a Latina pura cognoſcunt *radicaliter lingua vernacula*, & Germani ipſi, qui ab Iaphetica lingua ſuam deducunt, te iudice lingua Iaphetica Dei laudes concinunt. O miſeram Grammattiſtarum conditionem! Illud *& oppoſite* tuum magis in admiratione venit, Græci vtuntur lingua vernacula, *quia nec Romanorum more Latinam, nec vllam aliam a vernacula remotiorem admittunt*. Si tuum illud *radicaliter* verum eſt, quare non & Græci linguam Latinam in Sacris eorum adhibent, cum Latina a Græca ortum ſuum agnoſcat, & radicaliter Græca ſic, & ſic etiam Latini Græca lingua vtuntur, imo Phœnicia, cum

Græ-

Græca opinione nonnullorum ex Phœnicia ſit? Quid tu tandem garrias de lingua Hebræa, & Chaldaica, alij iudicent. Quæ de tribus Græcæ linguæ ſpeciebus ad te tuamque inſcitiam excuſandam ſuperaddis, inconſultiſſima ſunt, ſicut & illa concluſio perridicula. *Satis eſt ad euincendum diſcrimen inter Orientales Græcas, & Occidentales Latinas, quod illæ Græcam in obeundis Sacris admittunt linguam, Græcis vtique vernaculam non Latinis, non Germanis, &c. Si non omnibus, certe quibuſdam, ſi non hodiernis, veteribus ſaltem, adeoque Græcam nuncupari vernaculam* 1. *originaliter* 2. *oppoſite ad Latinos*. Sed reliqua pudor eſt mihi dicere. Antequam finiam, illud mihi reſpondeas velim. Tu ad confirmanda tua de Græcis Sacra obeuntibus lingua vernacula in teſtem vocas Edoardum Brewerodum. Ille tamen tibi aduerſus eſt. Inſpicito verba. *His locis non obſtantibus certum eſt, tantam eſſe modernæ linguæ Græcæ a vetere differentiam, vt Liturgiæ, quæ adhuc hodie in Græcis Eccleſijs leguntur, Baſilij diebus Dominicis, & ſolemnibus, Chryſoſtomi profeſtis, a vulgo vel parum, vel plane nihil intelligantur, quod teſtimonio virorum, qui illis in partibus fuere, habeo; nec veteris linguæ Græcæ periti modernam vulgarem intelligunt*. Et alibi; *Verum lingua illa*

non

non est vulgaris, sed pura Græca, quam plebs non intelligit. Et post pauca; *Vt vt vero ista se habeant, non habere Græcos scripturas in vulgarem linguam versas, certo est.* Hinc etiam refellitur mendacium eorum, qui de ijsdem Græcis tradunt; *Ad orationes plane necessarium esse iudicant, vt quis intelligat preces, ideoque lingua ignota prolatas preces nihil æstimant.* Quod tu impudens Græcis ipsis, cum tua lingua vernacula ad probandum dissidium pro tua humanitate contradere nitebaris. Sed operam, & oleum perdidisti.

Papam denique auctoritate excidisse, eosdemque hierarchiam eius, & præeminentiam, ceu superioris omnium Ecclesiarum capitis in Spiritualibus auersari, & detestari, non nostra tantum, sed communis Pontificiorum querela est. De auctoritate Papæ, & præeminentia in omnes Ecclesias longe longeque plurima sunt a nobis dicta tum alibi, tum etiam in hac Dissertatione de Octaua Synodo Photiana. Cum vero tu nihil vltra addas, nos quoque iam dictis contenti, non aliud attexemus: Vnum nihilominus recentioris, sed libris editis in vtraque lingua præstantissimi, & a me primum publicatum apponam. Is est Georgius Trapezuntius, qui ad Cretenses Epistola scribit; Οὕτως Ἐκκλησία μία συνίσταται ἡ μικροτάτη, παροικία μὲν παρὰ

τῶν νῦν Λατίνων, παρ' ἡμῖν δὲ ἐνορία καλουμένη, ὡς ἐνὶ τῷ μικροτάτῳ ὅρῳ σεμνυνομένη. Ἐπειδὴ δὲ ἐνορίαι πολλαί εἰσι, καὶ πολλαὶ αἱ τοιαῦται Ἐκκλησίαι. δεῖν δὲ ἀποδείξαμεν ἀεὶ τὸ πλῆθος εἰς ἓν συνάγεσθαι τῷ ὁμοειδεῖ φυσικαῖς ἀνάγκαις κοινούμενοι, τὰς πολλὰς ἐνορίας μίαν ἐπισκοπικὴν Ἐκκλησίαν ποιοῦμεν, τῷ Ἐπισκόπῳ πάσας ἑνοῦντες. ὁμοίως καὶ τὰς πολλὰς Ἐπισκοπὰς Μητρόπολιν μίαν ποιήσαντες, τῷ ἑνὶ Μητροπολίτῃ πάσας εἰς ἓν συνάγομεν. πάλιν δὲ τὰς Μητροπόλεις μιᾷ πατριαρχικῇ Ἐκκλησίᾳ συναρμόσαντες, ἑνὶ Πατριάρχῃ εἰς μίαν μεγάλην Ἐκκλησίαν συνήψαμεν, ὡς εἶναι τὴν ἀρχιερατικὴν Ἐκκλησίαν Ἐκκλησιῶν πλῆθος εἰς μίαν Ἐκκλησίαν διὰ τοῦ ἀρχιερέως ἑνούμενον. ἐπειδὴ δὲ πέντε πᾶσαί εἰσι αἱ μεγάλαι Ἐκκλησίαι, Ῥώμης, Κωνσταντινουπόλεως, Ἀλεξανδρείας, Ἀντιοχείας, Ἱεροσολύμων, δεῖ πάντως καὶ ταύτας συνάγειν, μᾶλλον δὲ ἀνάγκη ἀναγκάζει φυσικὴ εἰς τοῦτο συναχθῆσαι. ἵνα μία ἔσται ἡ καθόλου Ἐκκλησία δυνήσηται τὸν λόγον τῆς ἀληθείας ὀρθοτομεῖν, δέδεικται γὰρ μηδὲν τὸ πλῆθος ἐργάζεσθαι δύνασθαι. Τίνι οὖν τῶν πέντε εἰς μίαν αἱ πέντε συνάγονται, δῆλον ὅτι τῇ πρεσβυτέρᾳ. ἤδη γὰρ ἐδείχθη πρεσβεύειν ἀεὶ τῶν πολλῶν τὸ συνάγον ταῦτα εἰς ἓν καὶ ἑνοῦν. αὕτη δὲ ἐστιν ἡ τῆς Ῥώμης. καὶ τοῦτο παρὰ πάντων ἁπλῶς τῶν Χριστιανῶν δέδοται. ἐπειδὴ οὖν διὰ ταύτης ἡ καθόλου Ἐκκλησία ἔχει τὸ εἶναι μίαν, ὅταν μίαν ἁγίαν Καθολικὴν καὶ Ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν λέγομεν, πάντως μίαν εἶναι διὰ τὸ ἕπεσθαι τῇ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησίας ὁμο-

λο-

λογία νοήσομεν ὀρθῶς κρίνοντες. Ὅστις ἄρα οὐχ ἕπεται τῇ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησίᾳ, ἐξῴκισται τῆς μιᾶς ἁγίας, καὶ Καθολικῆς, καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, τῷ ἀναθέματι ὑποπεσὼν εἰς ὄρη, καὶ ἐρημίας ἀποπλανᾶται, καὶ βάραθρα, καὶ τόπον οἰκεῖ, οἷς οὐκ ἐπισκοπεῖ κύριος. βλέπετε γὰρ ὡς οὐκ ἐμὰ ταῦτα, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἱεροῦ συμβόλου, καὶ τῶν τὴν Ἐκκλησίαν διαταξάντων ἁγίων Πατέρων, καὶ τῆς φιλοσοφίας, ἤτοι τῆς τῶν πραγμάτων συνήχθη φύσεως, ἥ τις μέγα βοᾷ, οὐκ ἄλλως, ἀλλ' ἢ ἑνὶ ὁμοειδεῖ συνάγεσθαι δύνασθαι τὸ πλῆθος εἰς ἕν. *Hac ratione vna constituitur minima omnium, quæ apud hodiernos Latinos Parœcia, apud nos vero Enoria nomen habet, tanquam quæ vno minimo termino circumscribatur. Cum vero Parœciæ multæ sint, multæque similes Ecclesiæ, & nos ostenderimus necesse esse in vnam multitudinem congregari, eo quod eiusdem generis est, naturalibus demonstrationibus ducti, multas Parœcias vnam Episcopalem Ecclesiam facimus, & Episcopo eas coniungimus. Simili quoque ratione multos Episcopatus in vnam Metropolim redactos, vni Metropolitæ vniuersos subdimus. Rursusque Metropoles vni Patriarchali Ecclesiæ coagmentantes, vni Patriarchæ in vnam magnam Ecclesiam copulamus. Adeo vt Ecclesia Archieratica dignitate conspicua sit, Ecclesiarum multitudo vni Ecclesiæ per Archipræsulem coniuncta. Cum autem quinque sint magnæ* Ec-

Ecclesiæ, Romana, Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, Hierosolymitana, necesse est omnino easdem vna aliqua copulari. Imo necessitas naturalis cogit in id compellens, vt vna existens vniuersalis Ecclesia possit recta veritatis dogmata præscribere. Demonstratum siquidem est, nihil posse multitudinem agere. Qua igitur ex his quinque in vnam hæ quinque cogentur? Manifestum est non alia, quam prima. Ostendimus enim multo alijs præcellere, quod reliqua in vnum redigit, & vnit. Et hæc est Romana, quod ab omnibus Christianis absolute conceditur. Cum itaque per hanc vniuersalis Ecclesia obtineat, vt sit vna, dum vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam dicimus, omnino vnam esse, quod Romanæ Ecclesiæ professionem sequatur, nec extra rem iudicantes intelligimus. Quicunque igitur non sequitur Ecclesiam Romanam, extra vnam sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam est, & anathemati obnoxius, in montibus, & locis solitarijs, ac præruptis inerrat, & territoria inhabitat, quæ non inuisit Dominus. Nanque conspicitis mea hæc non esse, sed e sacro Symbolo, & ex Sanctis Patribus, qui Ecclesiam ordinarunt, & Philosophia ipsa, hoc est ex rerum natura recollecta, quæ magna voce intonat, non alio, quam vno eiusdem generis posse multitudinem in vnum cogi. Non nego aliquando

do inter Pontifices Romanos, & Patriarchas dissidia exorta; sed eo quoque tempore recolo, illa intra breue tempus sopita, ac dissidentes in antiquam concordiam offensionibus suppressis redactos.

Ecclesias Orientales, etsi iniuria temporũ grauem passæ sunt cladem, ita tamen hoc commune eorum fuisse fatum, vt cum nostra non sint per omnia, nobis interim in essentialibus propius accedant, quam Pontificijs Tridentinis. De Ecclesijs Orientalibus, Iacobitarum, Nestorianorum, Dioscorianorum, & alijs, si quæ sunt, ipse nihil statuo. Rem optime peregit linguarum Orientalium scientissimus Abraamus Ecchellensis. Ego tantummodo coniectura ducor ad suspicandum, quod & tibi, si solers es ad perspiciendum, arriserit. Nationes illæ omnes Christianis sacris imbutæ, sed quædam Catholicæ Ecclesiæ dogmata impugnantes mutuis odijs conflictantur, & aliam alia irreconciliabili dissensu vexat, & cum necesse est, scriptis etiam editis lacessit, & dogmata damnant. Sunt vero nonnulla, in quibus vnis animis conueniunt, quæ ab Ecclesia Græca, & Pontificia non dissonant. Hinc statuendum iudico amandatis erroribus, quos eorum mentibus hæresis infudit, reliqua alia ab antiquis temporibus, ex superiorum anti-

ti-

tiquorumque instituto illis contradita fuisse, & communi omnium calculo disseminata, quæ, licet ringatur Hottingerus, ritibus, ac cerimonijs, nec non dogmatibus Pontificiorum, & Græcorum non absimilia sunt, & hæreticorum recentiorum dictatis maiori ex parte contraria; Quare detonet Hottingerus quidquid de illis vult, ac in mentem venerit, non id efficiet, vt perpetua Orientalium, & Pontificiorum veritas infirmetur: eo enim magis foras pellucebit, quo magis ab infidis occultatur.

Obseruamus Orientales, vel Reformatis per omnia accedere, vel in circumstantijs tantum variare, vel vbi Pontificijs videntur fauere partibus, illud ex principijs fluere Pontificiorum, etiam opinione erroneis. &c. *Atque sic non negamus Orientales Ecclesias cum Romana aliquid habere simile, plura tamen nobiscum.* Quis similia audijt? Si saniori mente rem considerasset, Hottingerus, respirasset paululum illius pertinacia, atque temeritas, aliquid loci, & consilio datum fuisset, nec in tantam turpitudinem venisset, vt hoc sibi esset apud integros iudicio viros confitendum. Non erit itaque abs re, si Græcorum præcipua producta, neque enim omnia tempus concedit, conferamus, vt infra,

Sic

Sic occurrunt in Orientalium Græcorum cum primis & Syrorum scriptis variæ formæ ad B. Virginem Mariam conceptæ, vel etiam ad alios Sanctos, quibus tamen superstitionibus auctissima Pontificiorum ἁγιολατρεία non defenditur. Hæc, & quæ sequuntur ad finem vsque paginæ ex deliro pessimi Hæretici cerebello diducta, refutatione non egent, cum probata sicut, & anteriora omnia, non sint, sed voluntarie ex superiori aluo vti ingurgitata fuerant, refusa. Cum nec nostrum id negotij sit, quibus consensus Græcorum propositus est. Quare cum eadem dicunt Græci, & Pontificij, siue bene, siue male dicant, nil ipse moror, vt sæpius oratione mea prosecutus sum. Nanque sunt viri amplissimi omnium Ciuitatum, & ingenio, & existimatione, & dignitate excellentissimi, & sacris literis instructissimi, qui id cumulatissime peregerunt. Illud præterea obseruant viri pereruditi, & tantum non inuident ingenij tui adeo feraci fœcunditati. Nam cum Histor. Seculo XVI. duodecim solum dissidij capita inter Ecclesiam Græcam, & Pontificiam numerasses, neque enim plura suppetebant, post Hottingerum Allatij fraudis, & imposturæ manifestæ conuictum, ita numero creuerint, vel paucissimo tempore, vt iam *Orientales*

Eccle-

Ecclesiæ vt cum vestræ non sint, per omnia vobis interim in essentialibus propius accedant, quam Pontificijs Tridentinis. Et; *Reformatis per omnia accedere, vel in circumstantijs variare, vel vbi Pontificijs videntur fauere partibus, illud ex principijs fluere Pontificiorum etiam opinione erroneis, aut φαινομένως potius quam ὄντως, verbis, quam rebus assensum testari maiorem, atque sic non negamus Orientales Ecclesias cum Romana aliquid habere simile, (idem difficulter obtinebunt)* Non deest loquendi profluentia in Hottingero, non exceptionum copia in refellendis Catholicorum institutis, inanis citraque delectum verborum sartago. Quid ad hoc Allatius respondet, cui tenues, aut nullæ dicendi opes, & exigua verborum ineptissime intermiscendorum facultas? Pauca. confido tamen, certo, & confirmato me posse in hac causa consistere. Horum vel minima pars si in tuis Reformatis consideretur, næ tu vna cum alijs stultissime tua confirmabis, & potissimum inscitissima illa; *Ecclesias Orientales vobis in essentialibus propius accedere quam Pontificijs Tridentinis, vel tantum in circumstantijs variare, & si quando videantur fauere Pontificijs, id fluere ex opinionibus erroneis Pontificiorum, & φαινομένως potius quam ὄντως, & verbis, quam rebus testari, & licet*

 non

non neges aliquod simile cum Romana, habere tamen plura cum vobis. Ad hæc: quæ sunt ista essentialia in tuis, quæ circumstantiæ? Indica circumstantias, in quibus variant a Pontificijs, accedunt ad Reformatos. Enuncia nobis mysteria, quibus illi non φαινομένως, sed ὄντως, non verbis, sed rebus vobiscum assensum testantur in pluribus. Quam bellum erat Hottingere, confiteri te potius nescire quod nescias, quam similia effutientem temetipsum tibi displicere. Et tandem liceat inter nos, sine fuco, & fallacia; citius me tempus, quam oratio deficeret: tanta est in singulis a te productis materia, vt dies integros ad tua refellenda possim consumere. Ne tamen videar ad te reprehendendum, mihi ansam conquirere, plane tu ἁγιολατρεία B. Virginis cultus, Monachorum instituta, Patrum in dogmatibus Fidei decernendis auctoritas non conspicis vt altis fixa sint radicibus in Græcorum animis. Quod de Reformatis nonnisi stultissimus, &, qui vereri perdidit, affirmauerit. Hac causa ex ijs, quæ Græci, Pontificijq; profitentur, & in Hottingero proposui, proponam iterum, reddamque incudi, vt magis ac magis colligas dissensum inter Reformatos, & Pontificios, concludasque Græcorum, atque aliorum Orientalium cum Refor-

ma-

matis consensum. Confer, & compone, si vales.

I.

Hæc tenent Romana, & Græca Ecclesia. 1. *Diuinam Christi naturam passam non esse.* 2. *Patrem, Filium, & Spiritum sanctum vnum Deum omnipotentem.* 3. *Vnum essentia, Trinum personis.* 4. *Filium æqualem in omnibus Patri, ex Patre genitum, Deum de Deo.* 5. *Spiritum sanctum in omnibus æqualem Patri, & Filio ex Patre, & Filio, vel per Filium procedentem.*

Quid Reformati?

1. Lutherus de Concilijs parte 2. *Diuinam in Christo naturam passam esse.* Andreas Musculus commendat librum Lutheri, quo ex professo scribit, *Diuinam in Christo naturam passam, & mortuam esse:* & libro de concordia discipulorum Lutheri testimonijs probat, illum semper sensisse, ac docuisse, *quod Christi Diuinitas in cruce passa sit.* Iacobus Andreæ Thesi 156. fatetur, *pati, & mori nomine & re pertinere ad Diuinitatem.* Stephanus Gerlachius contra Busæum concise asserit, *veras esse has propositiones, Diuinitas est nata, crucifixa, mortua.*

2. Valentinus Gentilis in suis Prothesibus *Patrem, Filium, & Spiritum sanctum tres Deos esse æternos,* asserit, *essentiali numero*

distinctos ; ita tamen vt Pater sit solus Deus ex se, Filius autem & Spiritus sanctus, Dij quidem inferiores, qui a Patre essentiam suam productam habeant, tametsi non ex nihilo, sed ex substantia Patris, vt inquit Proth. 11. *quo circa Patrem essentiatorem, Filium autem, & Spiritum sanctum essentiatos* dicit. Beza libro de vnitate essentiæ; *Legimus idque non sine horrore, quæ Georgius Paulus, Casanouius, & alij nonnulli a Valentino Gentili fascinati scripserunt, tres personas siue ὑποστάσεις, in tres numero οὐσίας siue essentias transformantes, vnde fit, vt necessario tres Deos statuant*. Titheitæ in Polonia duce Georgio Paulo aiunt, *Tres esse Deos, tres æternos, tres omnipotentes*. Poloni Epistola ad Senatum Geneuensem. Petrus Statorius Theodori Bezæ discipulus, & Georgius Blandrata publice in Polonia docent, *Non vnum, sed tres esse Deos haud secus inter se diuersos, ac tres homines*, quod a Caluino, Bullingero, Martyre, Musculo se didicisse affirmant. Theodorus Beza Epist. 16. Duitæ in Polonia Petro Goniezio duce, *Patrem, & Filium duos esse Deos*, asserunt, *de Spiritu autem nondum esse reuelatum quid sit*; Ex Canisio de Corruptelis Verbi Dei, Alphonso Pisano Præfatione in Concilium Nicænum, & alijs.

3. Lutherus in Confutatione Latomianæ ra-

rationis. *Sic odit anima mea vocem Homoufion, & nolim ea vti, non ero hæreticus*: &c. *Nec est quod mihi obiectes aduersus Arianos receptum. Non fuit receptum a multis, quod & Hieronymus optauit aboleri; ideoque non effugerunt periculum hoc inuento vocabulo, vt Hieronymus queratur nescire, quid veneni lateat in syllabis, & litteris, adeo illud Ariani magis quam Scriptores exagitabant.* Michaël Seruetus libro 1. contra Trinitatem, *Tres illas res incorporeas in vna Deitate distinctas negat posse consistere: omnes qui Trinitatem statuunt in essentia Dei, Tritheitas, & atheos* vocat, *qui nec Deum nisi tripartitum, & aggregatum habeant.* Theodorus Beza Epist. 1. *Seruetus Patrem, Filium, & Spiritum sanctum Cerberum tricipitem appellauit.* Caluinus contra Seruetum. *Seruetus Athanasium dicit fuisse Sathanasium, hunc tripartitum Deum inuenisse, Nicænos Patres omnes fuisse cœcos sophistas, ministros bestiæ, mancipia Antichristi, eiusque præstigijs fascinatos.* Theodorus Dorschius Francisci Dauidis dogmata defendens. *Falsus hic, & fictus Deus, aut ab homine peccati, est Deus trinus, & vnus. Nam hic nomine tantum Deus, reuera autem Idolum est, de quo Paulus ait, quod nihil sit. Nam impossibile omnino est, quod talis aliquis existens, qui vnus, & trinus sit, possit, aut*

debeat verus esse Deus. Nam verus Deus non est tanta potentia, vt possit facere esse eas res, quæ sunt impossibiles menti.

4. Philippus Melanchthon in locis communibus. *Cum aut dubia sit natura Filius, necesse est in eo aliquid esse diuinæ naturæ substantialiter. Quidquid autem est extra personam Patris, quod tamen est aliquid diuinæ naturæ, id necesse est personam esse.* Ioannes Caluinus ad cap. 14. Genes. *Summa est, Christum ita fore secundum post Deum regem, vt etiam in Sacerdotem vngatur.* In Harmonia Euangelica ad Cap. 22. Matthæi. *Sessio ad dextram metaphorice accipitur, pro secundo, vel proximo gradu, quem Dei Vicarius occupat.* Ad Cap. 26. Matthæi. *Dicitur Christus sedere ad dextram Patris, quia summus Rex constitutus, qui eius nomine mundum gubernet, quasi secundam ab eo honoris, & imperij sedem obtinet. Sedet ergo Christus ad Patris dextram, quia eius est Vicarius.* Epistola secunda ad Polonos asserit, *Christum etiam secundum naturam etiam diuinam, Patre minorem esse.* Danæus contra Genebrardum; *Dure, & periculose loquitur Augustinus, pace tanti viri dixerim, quando ait; Deus cum Verbum genuit id quod est ipse, genuit. Dure etiam ipse locutus est, cum ait, Christus est Filius substantia Patris, sapientia de sapientia, substantia de substan-*

ſtantia. Bernardinus Ochinus, Dialogo 2. de Trinitate, *Chriſtum Dominum creaturam eſſe dicit*. Fratres familiæ amoris, libro Londini impreſſo 1579. negant, *Chriſtum eſſe æqualem Patri, quod ipſe Chriſtus dixit, Pater maior me eſt*. Præterea addunt, *Chriſtum non eſſe Deum*.

5. Philippus Melanchthon in locis communibus; *In Spiritu ſancto eſt aliquid eſſentiæ Dei*. &c. *In Spiritu ſancto eſt aliquid Dei*. Bernardinus Ochinus in Polonia prædicauit, *Spiritus ſancti hypoſtaſim, & perſonam nullam eſſe*. Ioſias Simlerus, in vita Bullingeri, Chriſtianus Francus libro contra ſanctam Trinitatem edito; *Cum non dum*, inquit, *contenti duabus diuinis perſonis, tertiam quoque adijcere vellent, quæ Spiritus ſanctus vocaretur: non autem ignorarent nullum extare in totis Biblijs de diuinitate Spiritus ſancti apertum teſtimonium, imo vnigenitum Dei Filium nullum alium Deum admittere, ſed prorſus excludere, tertiam perſonam finxerunt Spiritum ſanctum* Ὁμόυσιον *quidem Patri, & Filio, & ab vtroque productam: quam tamen commentitiam, fictamque doctrinam communis totius ſacræ Scripturæ conſenſus refellit*. Petrus Martyr, in Epiſt. ad Romanos, ait; *Diſputationem inter Theologos de proceſſione Spiritus ſancti eſſe meram ſcholaſticam contentionem*.

Ioannes Sommerus contra Petrum Carolium lib. 2. cap. 1. dicit, *Carolius quomodo lex Patre, & Filio mutuo se amantibus procedat ὑποστατικὸν πνεῦμα: Filio, & Spiritu, vel Patre se amantibus nihil procedat?* Item, *Quomodo Spiritus sancti proprietas erit procedere, cum Christus quoque dicatur procedere a Patre: imo cum de pluribus alijs rebus, etiam de Diabolis hoc ipsum verbum dicat?*

II.

Hæc tenet Romana, & Græca Ecclesia.

Christi matrem peccato omnino caruisse, omnibus Sanctis, & Angelis sanctiorem, cuius inuocatione multum confidunt; ideoque misericordiam illius implorant, & dies illius festos solemni ritu agunt.

Quid Reformati?

Lutherus Serm. de Natiu. Mariæ; *Sumus pares matri Dei, & æque sancti sicut illa; nisi quod non possumus esse Dei matres sicut illa fuit.* Melancht. ad c. 2. Ioannis. *Christus matrem reijcit, vt æquet eam alijs hominibus, cum inquit. quid mihi tecum est mulier? quasi diceret, quia mater es, ideo videris alicuius prærogatiuæ merito a me impetratura; ideo scias, te non plus esse apud me, quam vel mulier peccatrix, vel Syrophœnissa.* Ioan. Oecolamp.; *Vti Maria non eum honorem quærit, qui debetur parentibus, sed etiam ambit honorem Messiæ, & cupit esse*

qua-

quasi socia administrãdi eius officij, quod Christo diuinitus mandatum erat, ibi Christus durissime eam alloquitur, vt contineat ipsam intra terminos suæ vocationis. Caluinus in Harmonia Euangelica ad Cap. 1. Lucæ. *Non magnopere laborandum est, vt Mariam ab omni purgemus vitio*. Magdeburgenses Centuriæ primæ lib. 1. *Vtraque delicta, Eua & Maria non sunt exigua. Sed tamen non tantum secundum obiecta discernuntur peccata, verum magis principaliter secundum interiores causas, nempe iudicium, & assensum voluntatis. Eua sciens, & volens facit contra mandatum Dei: Maria insciens, & contra voluntatem amittit Filium, sed nihilominus grauiter peccat*. Ioannes Caluinus in Harmonia Euangelica ad cap. 1. Lucæ. *Quod suspicati sunt quidam, Mariam perpetuæ Virginitatis conceptum habuisse votum, nimis infirmum est, imo prorsus absurdum. Perfidum enim fuisset se marito collocare, sanctumque coniugij fœdus non sine Dei ludibrio spreuisset*. Lucas Stembergius tanto flagrauit Mariæ odio; *vt eam Virginitatis gloria omnique honore spoliandam putaret, vt pote quam ex Ioseph coniuge multos filios peperisse, & a reliquis non differre*, spurcissime finxit, & tradidit. Theodorus Beza in nouum Testamentum; *Perpetuam Mariæ ad mortem vsque virginitatem, & si pie & libenter credo*,

ta-

tamen nihil hoc ad ſalutis noſtræ myſterium pertinet. Ioannes Riccius libro de Abuſibus Eccleſiaſticis; *Nullo modo affirmare vult, Mariam vna cum corpore aſſumptam eſſe: quoniam in Sacra Scriptura nullus de ea re locus extat*. Nicolaus Selneuerus in Diſputatione Euangelica de feſtis Sanctorum, *Virginis Mariæ inuocationem tetrum errorem appellat*. Chriſtianus Rodingus contra Scholas Ieſuitarum, Virginem ſic loquentem inducit; *Deſine me ſalutare, & ſalutando venerari, iſtam tuam ſalutationem, & preces execror. Tu vbi terrarum ſis, quid agas, denique an mortuus ſis, neque ſcio, neque curo, tantum abeſt, vt te peccatorem exaudiam*. Henricus Bullingerus aduerſus Anabaptiſtas lib. 2. capite 13. narrat Melchiorem Hoffmannum Argentinæ in publica diſputatione aſſeruiſſe, *Chriſtum non ſumpſiſſe carnem ex Maria Virgine, eoque proceſſiſſe, vt libere diceret, maledicta ſit caro Mariæ*. Ioannes Oecolampadius in Concione de omnibus Sanctis, dixit: *Mariæ venerationem, cultum Idolorum eſſe*. Rodulphus Gualterus ad Cap. 3. Marci. *Salutationem Angelicam, quaſi magicum murmur exiſtimat*. Iacobus Heerbrandus, in Diſputatione de Semine Abrahæ; *Turpiſſime errant Pontificij dum D. Virgini hoc tribuunt, quod ſit fons ineuacuabilis miſericordiarum,*

rum,

rum, & veniæ, imo ipsa misericordia, & venia. Martinus Lutherus in Euangelium, de Festo Natiuitatis Mariæ. *Peruelim hoc festum omitti, cum nullo Scripturæ testimonio nitatur.* Et libro de pijs cerimonijs obseruandis; *Assumptionis, & Natiuitatis Mariæ festa plane reÿcimus.*

III.

Hæc tenent Romana, & Græca Ecclesia.

1. *Pios homines huius vitæ afflictionibus & molestijs æterna gaudia promereri.* 2. *Post hanc vitam ab omnibus malis exemptos visione beatifica frui.* 3. *Ideoque illos inuocant, & intensissimis precibus eorum apud Deum auxilia implorant,* 4. *Templis, atque Basilicis in eorum honorem sumptuosissime exædificatis,* 5. *Et eorum dies festos agunt,* 6. *Et Reliquias,* 7. *atque Imagines veneratione prosequuntur.*

Quid Reformati?

1. Martinus Lutherus de Inuentione S. Crucis. *Non cogites tua afflictione, e Cruce te salutem consequi, si patienter, & læte toleras; sicut vecordes aliqui Seductores suadent. Quemadmodum enim nos opera nostra non saluos faciunt: ita ne cruce, nec afflictionibus nostris salus nobis constat.* Georgius Dauid asserebat; *Stultos fuisse Apostolos, & Martyres, quod tormenta, mortemque propter Christi con-*

fessio-

fessionem passi sint. Magdeburgenses Cent. 3. cap. 4. *reprehendunt Tertullianum, Origenem & Cyprianum, quod immodicis laudibus extulerint Martyrium.*

2. Martinus Lutherus ad cap. 25. Genes. *Sancti dormiunt, & nesciunt quid hic agatur, & tamen quiescunt.* Cornelius Agrippa de Occulta Philosophia lib. 3. asserit, *Sanctorum animas non dum esse in Cælo.* Ioannes Caluinus lib. 3. Institutionum, capite 25. *Stultum, & temerarium est inquirere, in quo loco sint animæ Iustorum; & an gloria fruantur, nec ne.*

3. Martinus Lutherus, de Adoratione Sacramenti ad waldenses; *Non possum vos pro hæreticis habere, quemadmodum Sophistæ nostri faciunt, quod neque Dei matrem, neque quemquam Sanctorum inuocatis, sed in solo, & vnico mediatore Christo acquiescitis. Et si hic alius pro alio intercedere debet, tamen de Sanctorum mortuorum intercessione, & inuocatione nihil in Scripturis extat.* Philippus Melanchthon in antithesi veræ doctrinæ, & Pontificiæ. *Manifesta Idolomania est omnis inuocatio mortuorum, qualis est in cultu Sanctorum.* Nicolaus Henningus in Explicatione Euangelij in festo Annunciationis Mariæ; *Inuocatio Sanctorum est cultus Diabolicus, in Ecclesiam a Diabolo inuectus.* Ioannes Brentius

in

in Apologia Confessionis wirtembergensis; *Concedimus Sanctos in Cælo pro viuentibus orare in terra, num idcirco sunt inuocandi? nihil minus* &c. *Quis iussit nos inuocare Sanctos, vt Dei amicos? Nam hic ipse sanctos inuocandi cultus Idololatricus est, propterea quod solus Deus sit inuocandus.* Theodorus Beza Responsione ad Nicolai Selneueri calumnias; *Sanctorum mortuorum inuocatio, non tantum stulta, & inanis, sed etiam impia esse conuincitur.*

4. Martinus Lutherus, in Euangelium Dominicæ 23. Trinitatis; *Et tali falsa, & impia confidentia in homines collocata damnum quoq; illud in Christianismum irrepsit, Sanctorum nempe cultus, & veneratio. Vnde Christiana Ecclesia maximum sane damnum, & tantum non incomparabilem ruinam perpessa est. Quid enim Sanctorum cultus, & veneratio aliud fuit, nisi diabolica res?* Epistola ad Erphordienses; *Non necessarium est Sanctos colere, sed sufficit Christiano nosse solum Christum esse colendum. Quanquam sit superuacaneum Sanctos colere, non tamen eos putarim respuendos, qui Sanctos adhuc colunt.* Ioannes Caluinus lib. 1. Institut. cap. 11. & 12. *Non patitur vllum cultum exhiberi Sanctis, vel Angelis, vel hominibus defunctis, nec magnum, nec paruum.* Martinus Lutherus ad Euangelium Dominicæ primæ Aduentus; *Bona opera appel-*

lant,

lant, quæ haudquaquam Deus præcepit, vt sunt peregrinari ad excelsa illa diuorum, ieiunare, in honorem Sanctorum extruere, & ornare templa. &c. *Ecquis enumeret abominandas illas abominationes, & spurcissimas, atque perniciosissimas imposturas?* Et ad Euangelium in die Natiuitatis Mariæ; *Hic honor e medio sublatus est, & in eius locum insani boatus, & Sanctorum, qui in Cælum subuecti sunt, veneratio inducta est. Hinc tot templa, & altaria substructa sunt. Hic Petro, hic Paulo ædes electa est, vt omnes fere anguli Diuorum phanis pleni sint. At cui vsui ipsis illa? His sumptibus indotatis Virginibus consuli poterat, & alia maioris momenti opera patrari.* &c.

5. Martinus Lutherus, De Cerimonijs Ecclesiæ seruandis. *Festa Sanctorum in vniuersum aboleantur.* Libello de formula Missæ; *Omnium Sanctorum festa prorsus abroganda putamus.* Libro contra Ambrosium Catharinum; *Duodecima facies Antichristi est festorum dierum obseruatio, cum omnes dies liberi sint, & ad feriandum, & ad laborandum. In hac autem facie insignius lucent, magni illi festi dies, Visitationis, Corporis Christi, Apostolorum, Conceptionis, & similium; & necesse est peccare, & perire animas, si quæ non seruant, vel inuite seruant hæc stulta, inutilia, & vana præcepta.* Confessio ministro-

rum

rum Ecclesiæ in Heluetia, & Tiguri cap. 24. *Festa hominibus, aut Diuis instituta non probamus.*

6. Martinus Lutherus, Postilla in die Exaltationis S. Crucis. *Quidquid de S. Cruce dixi, intelligi debet de omnibus Sanctorum reliquijs. Reliquiæ enim nihil aliud sunt, quam fraudes, & seductiones fidelium; quare omnino infra terram defodiantur. Hoc de explodendis & exsibilandis Sanctorũ reliquijs olim pertractauit & Vigilantius, cui se fortiter, & acriter opposuit Hieronymus. Quod si adhuc Vigilantij monumenta superessent, quemadmodum Hieronymi etiamnum extant, facile crediderim eum multo christianius super hoc scripsisse, quam ipsum Hieronymum. Vellem terra omnes istas reliquias contectas esse.* Ioannes Caluinus, Admonitione de Reliquijs; *Itaque vt paucis dicam. Reliquiarum desiderium nunquam superstitione caret, imo, quod deterius est, mater est, idololatriæ. Christianorum officij erat, Sanctorum corpora in sepulchris suis relinquere: non erigere ipsa opere magnifico, & sumptuoso, quo præmaturam corporum resurrectionem fabricarent. Hoc quidem minime intellectum fuit, sed e diuerso, contra decretum Dei fidelium corpora effossa sunt, vt magnifice extollerentur, cum in sepulchro suo velut in lectulo ad extremum diem quiescere debuissent.*

7. An-

7. Andreas Carlostadius primus in Germania Imaginum hostis, *Eas templo abstulit*: quod quia nescio & non consulto Luthero fecerat, *acriter propterea ab eodem fuit reprehensus*. Philippus Melanchthon in locis communibus, Cap. de Decalogo, *reprehendit omnem Imaginum venerationem*. Ioannes Caluinus libro 1. Instit., capite 11. *Insanire eos minime obscurum est, qui simulacra Dei, & Sanctorum exemplo Cherubim defendere conantur*. Confessio Ministrorum Ecclesiæ in Heluetia ca. 4. *Reijcimus non modo gentium idola, sed & Christianorum Simulacra.*

IV.

Hæc tenent Romana, & Græca Ecclesia.

1. *Monasticæ vitæ non recens excogitatæ, sed inde vsque a Christi temporibus ad nos deductæ*, 2. *Peculiari amictu*; 3. *Tonsuraque nomina scribunt*, 4. *Et proprijs abnegatis*, 5. *Voto se mancipant*, 6. *Paupertatis*, 7. *Et castitati operam dant*, 8. *Et Prælatis suis obediunt, neque postmodum in seculum impune redeunt*.

Quid Reformati?

1. Martinus Lutherus de votis Monasticis; *Cupio eradicata, & extincta, & abolita esse vniuersa Monasteria, quæ vtinam Dominus igne, & sulphure cælesti ad exemplum Sodomæ, & Gomorrhæ demergat, adeo, vt ne memoria*

qui-

quidem illorum superſit : Neque ſatis fuerit illis anathema imprecari. &c. *Vota monaſtica ſunt impia, Gentilia, Iudaica, Sacrilega, mendacia, erronea, dæmoniaca, hypocritica, Apoſtatica, etiam Sanctorum exemplis aduerſaria. Quare cum omni fiducia reuocanda, & diſcernenda ſunt, etiam ſi pia, & ſeria opinione emiſſa fuerint*. In prioris ad Corinth. cap. 7. *Qui cœlibem in Monaſterijs vitam degunt, Idolo Moloch corpora ſua cremant*. Philippus Melanchthon in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ, dicit; *Monaſticam vitam recens eſſe excogitatam: Vota, atque opera Monachorum nunc hypocriticas ſimulationes, nunc etiam traditiones Phariſaicas, atq; Mahumeticas appellat*. Ioannes Caluinus lib. 4. Inſtit. capite 13. *Monaſteria dicit eſſe lupanaria, vota monaſtica dicit eſſe retia Satanæ, Monachos omnes appellat Sophiſtas cucullatos, qui ab Eccleſia defecerunt, & ſe totos Diabolo conſecrarunt*. Magdeburgenſes Centuria 10. cap. 4. *Si quis hæc hominum monſtra non execretur, vt inimicos humanæ ſocietatis, & contra ſecundam tabulam delinquentes*.

2. Martinus Lutherus excuſſo cucullo, *Paſſim in ſuis ſcriptis, habitum monaſticum ludibrio proſcindit*. Volfgangus Muſculus in locis communibus, cap. de Voto; *Reſpondeant Monachi, quo loco cucullos ſuos habeant,*

& quomodo ab hypocrisi, & superstitione tueantur, quod singulari & colore, & forma a consueto sese, ac populari amictu disiunxerunt. Sunt qui prætexant, nescio quæ humilitatis, & innocentiæ indicia.

3. Lutherus libro de Votis Monasticis, & Missa priuata, & alibi, *Tonsuram Clericorum, & Monachorum miris sannis, & ludibrijs proscindit*. Ioannes Caluinus lib. 4. institut. cap. 19. *Radunt eos in vertice, vt corona regale decus significet: assignant & alias rationes. Summitas capitis denudatur, vt mens ad Dominum libere demonstretur, omnia in figuris scilicet, quia velum templi non dum scissum est. Quo vsque nos talibus fucis, & præstigijs ludunt? Cur non magis sanctitatem vere exhibent, quam falsis mendacibusq; signis ipsius speciem simulant?* Hortensius Landus tonsuræ monachalis desertor, libellum emisit in lucem, quem inscripsit; *De persecutione barbarum, in quo miris sannis Clericorum, & Monachorum tonsuram persequitur*. Magdebugrenses, Centuria 4. cap. 6. ad dictum Dionysij Areopagitæ de habitu, & tonsura Monachi, inquiunt, *Hæc superstitiosa sunt, non consentanea Sacris literis, nec obseruationi purioris Ecclesiæ*.

4. Lutherus contra triginta duos articulos Louaniensium Thesi 59. *Paupertas*,

quam

quam vouent, est rapina Orbis terrarum, & opes mundi sicut scriptum est; Ecce peccatores abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. De votis Monasticis; *Votum paupertatis videtur a Satana in hoc effectum, vt religiosi prætextus eius liberi fiant a iuuanda paupertate aliorum, & ab impendendis operibus misericordiæ.* Philippus Melanchthon in locis communibus; *Euangelium neç consulit, nec præcipit, dlscedere a facultatibus, nisi eripiantur: nec præcipit, nec consulit res in commune conferre.*

5. Martinus Lutherus, lib. de Votis monasticis, de obedientia Monachorum; *Peccant hic eadem insania Monastici, qua & in paupertatem. Primo quod consilium eam faciunt: deinde quod solis sibi arrogant. Ideo dum eam vouent, & impie negant mandatum Dei, & sacrilege damnant votum Baptismi sui. Si vero aliqui pie vouent, nonnisi corporalem vouent. At nisi Spiritus in eis sit, & tandē aliȷs quoq; subdat, nihil vouetar, nisi contrarium Euangelicæ obedientiæ. Inter omnia vota monastica nullum est minus substantiale, quam obedientiæ votum. Igitur stat conclusio. Obedientiam Monasticam, esse rudem, & puerilem obedientiam pro rudimento dumtaxat iuuentutis institutam, nec aliter apud Deum acceptam, nec aliter voueri possibilem, nisi impiam, & sacrilegam facere velis.* Lutherani in colloquio Aldēburgensi; *Ope-*

ra bona legis, & bona obedientia non ad regnum Christi, sed ad mundum pertinent. Qui credit Christianus, supra omnem est obedientiam, & supra omnem legem.

6. Martinus Lutherus de vita coniugali. *Crescite, & multiplicamini, non est præceptum, sed plusquam præceptum, quod nos non possumus impedire, vel prætermittere, & perinde necessarium est ac edere, & bibere, purgare, & expurgare, dormire, & vigilare, sicut in mea potestate non est, quo minus sim mas, ita minime situm in me est, quo minus sim sine muliere.* Contra Ambrosium Catharinum. *Decima facies Antichristi est, insignis ille cœlibatus, & castitatis Monasticæ multitudo, plane Angelica facies, sed diabolica res.* Huldaricus Zwinglius in Cap. 1. Matthæi. *Quod Maria perpetuo mansit Virgo, ne tu trahas temere in exemplum, quod imitari velis. nisi singulari quadam reuelatione ad id vocata, & electa. Inter omnes mortales hanc vnam ad hoc elegit, vt casto, intactoque corpore Christum filium Dei gestaret, & mater esset, sine virginitatis, & castitatis iactura. Hoc priuilegium nulli creaturæ concessum est. Ad instructionem ergo Dei nobis respiciendum erit, & videndum, vt debito tempore matrimonio nos iungamus, nisi certi sumus, aliud Deum nobis statuisse. Ne ergo dicas, Christus non duxit vxorem. Ergo*

nec

nec ego ducam: neque enim est similis ratio. Similia habet Conradus Pellicanus, & Martinus Bucerus in cap. 1. Matth.

7. Lutherus de votis Monasticis; *Quod ad ipsam voti rationem attinet, neque præcipit, neq; consulit Scriptura, vt quicquam deuoueatur. Non probat autem Deus, nisi quod præcipit, vel consulit. Quare non video, quid accedat pietati propter votum.* Et de vita coniugali; *Et aduersum hæc nihil te mouebit etiam si decies iuraueris, voueris, mera ferrea, & adamantina pacta peregeris. Nam vt nihil minus vouere potes, quam vt non sis mas, aut fœmina: (& si voueres, stultum esset votum, nec quicquam valeret: non enim potes te alium formare) tanto minus etiam potes vouere, quod non velis coire, & multiplicare terram.* Philippus Melanchthon Disput. 16. de iureiurando. *Non valent Monachorum vota, quæ sine peccato non possunt præstari.*

Iam habes, quæ Græci, & Pontificij sentiant de his Capitibus, quæ Reformati. Et est ne hoc in essentialibus Reformatis propius accedere per omnia, quam Pontificijs Tridentinis, & licet Pontificijs videantur fauere partibus, verbis, quam rebus assensum testari maiorem, & habere plura vobiscum? quo ore? qua fronte?

Vt vero dissidium, vel consensus Græ-

corum luculentius cum Reformatis appareat, dicito non dissimulanter, sed candide, si potes; Cuias es tu, Lutheranus ne, an Caluinista, vel aliquod simile præter naturam in religione, cultuque diuino monstrum? Sic enim dissidium hoc & consensus Græcorum obijcietur oculis. Alias cum inter eos confusa sint omnia, & vnus alium impugnet, & iniurijs lacessat, quid ipse sis, nondum exploratum est. Theologi Mansfeldenses, *Suspectam habent Sacramentariorum doctrinam propter nouitatem: extitit nanque recens eorum tempore, & ignota fuit vetustæ Ecclesiæ. Secundo quia Sacramentarij non definite in eadem sententia sunt concordes, sed in se ipsos diuersi, vt inter eos sint Carlostadiani, Zwingliani, Oecolampadiani, Swenckfeldiani, Campanistæ, Caluiniani, & simles.* Nicolaus Amsdorffius in publica confutatione puræ doctrinæ; *Nos Zwinglianam, & Osiandrinam Hæresim, & errores tranquilla conscientia amplecti non possumus: nec eorum, qui se a Luthero segregarunt, successioni, aut nouationi subscribere, & astipulari.* Matthias Illyricus, in Defensione Confessionis Martinistarum, Caluinistarum. *Liturgia non vno sacrilegio vitiata est, contaminataque, eaque, proh dolor! innumeras animas æterno exitio inuoluit.* Conradus Clusselbergius scripsit

Theo-

Theologiæ Caluinistarum libros tres, in quibus ceu in tabella quadam, quasi ad oculum plusquam ducentos viginti tres errores Sacramentariorum publicis scriptis, verbis proprijs, & auctorum nominibus indicatis, demonstratur, eos de nullo fere doctrinæ Christianæ articulo recte sentire, addita simul veræ sententiæ assertione, & contrariæ opinionis refutatione. Francofurti 1592. in 4. Dies me deficeret, & charta, si vellem omnia, quæ Martinus Lutherus, Philippus Melanchthon, Franciscus Stanckarus, alijq; scripserunt, edideruntque contra Caluinistas, & contra Lutheranos Caluinistæ, in medium proferre. Præ manibus omnium sunt certa dogmata, in quibus Lutherani a Caluinistis, seu Sacramentarijs dissentiunt, & Sacramentarij a Lutheranis in grauissimis fidei dogmatibus. Vin plura? Non eadem dicunt, tenentque inter se Trinitarij. Sacramentarij Sacramentarios mutuis scriptis damnant, Anabaptistæ Anabaptistas, Lutherani Lutheranos. Et quod manifeste perridiculum est, Caluinus, Melanchthon, Lutherus a se ipsis in potissimis discordant: ne quid inter ipsos certum sit, nec ipsi sciunt, nec alij capiunt. Ita tenebrarum potestas inter eos conualuit, vt aiant, negent eodem ipso momento, & dum

ſua ſuſtinere conantur, infamiori lapſu in pernicioſiora præcipitantur. Hinc Hottingere, niſi quæ certa ſunt apud te, vt Reformatos tuos enuncias, nunquam id aſſequeris, vt conſenſum tibi Græcorum concilies. Aude, dic aliquid, ſi verum non ſuppetit, ſaltem vero proximum, & ſi id quoque in promptu non eſt, aliquid quod ſit vero ſimile, &ſi id quoque deficit, quod non dubito defuturum, contechna aliquid, contexe mendacium. Interim concedas neceſſe eſt, cum veſtra diſſidia inter vos ab exorta hæreſi non dum ſedata ſint, imo in dies de nouo pullulent noua, accreſcantq;, non poſſe dijudicari, nec ferri ſententiam de conſenſu Græcorum, & Reformatorum, & an Græci vobis, vel alijs accedant. Nolo hic alios teſtes, te ipſum Hottingere produco, qui in hac tua Diſputatione tantum non Reformatorum diſſenſum deploras. *Vident & ex noſtris non pauci triſte inter Reformatos Schiſma hominum malitia, quam ipſius rei natura, & capitum controuerſorum pondere, maius eſſe, nec tamen hactenus poſt tot vota, & molimina tolli potuit animorum diſtractio.* Domeſticas turbas vides, fluctuantes animos, nutantes, omnia abſque vlla certitudine dubia, & conſenſum Græcorum ad hæc incerta pertrahis? Quid, cum quo,

quod

quod ſtabile ſit, comparatur? Græcorum ſiue bona, ſiue mala, neque enim de hoc modo agitur, ſtabilia ſunt; Reformatorum ambigua, & ſic nulla. Compone tua, firma. dein enuncia; tum alij iudicabunt, & ſtatuent.

Nolo moroſus eſſe. Id tamen adijciendum neceſſario eſt. Ioannes Conradus Dannhauerus, Præfatione ad Lectorem ante exercitationem Hiſtorico-Theologicam Eliæ Veielij ſcribit: *Poſt extincta priſcæ Græciæ lumina, Athanaſios, Chryſoſtomos, Theodoretos, Cyrillos, alios, Græcorum fidem ſubleſtam, & Apoſtaticam in religione Chriſtiana fuiſſe*. Affirmat id quoq; Veielius in eadem Exercitat., Præceptoris ſui Dannhaueri verba referens; *Omnis inquam illa gens Eoa olim a ſacris literis recte damnatis hæreſibus, Iudaica fermenti mixtura infamata, lucem verbi obſcurat, legem non tenet, pacem non habet.* Et infra de ſuo; *In Eccleſia Græcanica ſequiore, occurrit nihilominus, & proh dolor? apoſtaſia a veteri orthodoxa, quod in ſubſequentibus clarum faciemus. Neq; id agimus inſultandi Græcis gratia, quorum potius miſeremur, & iudicamus, eos partim neglectu Scripturæ, & cœco obedientiæ ſtudio, partim tyrannide Turcica preſſos de via diſceſſiſſe.* Et; *Apoſtaſia illa deprehenditur in Antichriſtiana articulorum quorundam, in fundamentum impingente*

ac-

accessione vna cum pertinacia. Horum itaque iudicio fides Græcorum post Athanasium, Chrysostomum, & alios, fides est sublesta, & Apostatica. Sed hæc Græcorum fides, & earum gentium *in essentialibus propius accedit* Hottingeranæ fidei: neque enim innotescit, cuius fidei ille sit, *quam Pontificijs Tridentinis, vel tantum in circumstantijs variat; & si quando fauere videtur Pontificijs, verbis, quam rebus testari; & licet aliquod habeat simile cum Romana, habere tamen plura cum Reformatis*. Hæc tua sunt Hottingere. tum conclude. Ergo fides Hottingerana, & ea, quæ est Reformatorum fides, sublesta, & Apostatica, & Iudaici fermenti mixtura infamata lucem Verbi obscurat, legem non tenet, pacem non habet: quia configuratur ad similitudiuem Græcæ, & gentis Eoæ, sublestæ, & Apostaticæ, & quæ lucem Verbi ob scurat, legem non tenet, pacem non habet. Si dicas, te id non de recentiorum Græcorũ sed antiquorum sermonem habe re: tum stultiora effers. Quis enim dubitat, fidem, quam illis temporibus Græcorum Ecclesia profitebatur, eandem in essentialibus cum Romana fuisse, & Patres omnes, & Doctores illius tum Græcos, tum Latinos eadem dixisse, verbis, rebusque testatos? Si fides Græcorum, *sublesta, & Apostatica est*. &c. quam ob causam eam in vestram infunditis, &

& in communionem illius vosmetipsos insinuatis, & eorum consensum tam anxie concupiscitis? Imprudentis stolidique est, argentum, vel aurum in scoriam vertere. Pellite flagitium, amouete scelus. *Si quis non defendit iniuriam*, vt aiebat ille, *neque propulsat a suis, cum potest, iniuste facit*. Vel si tibi non displicet, argumentare. Inter Romanam Ecclesiam, & Græcam, Eoasque disconuenit: nanque cum Græca, Eoæque Reformatis coniunguntur sententijs, nullus consensus, neque vnitas inter Græcam Eoas, & Romanam est. Ergo Romana fides non est neque sublesta, neque Apostatica: esset enim talis, si cum Reformatis conueniret, ad quos propius accedunt Græca, Eoæque Ecclesiæ. Adde etiam; Græca fides, antequam dicta lumina priscæ Ecclesiæ extinguerentur, non erat neque sublesta, neque Apostatica, sed recta, integraque, cum maculam, neque rugam haberet, quam postmodum extinctis illis luminibus contraxit. Sed tum illa agnoscebat Ecclesiam Romanam vnam, Catholicam, & Apostolicam, tenebatq; omnia quæ tum tenebat, & modo tenet Ecclesia Romana, & non dicebatur a veritate deerrare. Ergo Ecclesia Romana est illa, quæ dicitur vna Catholica, & Apostolica. Adde Pontifi-

tificiam, cum discordet a Reformatis in omnibus, nec illis accedat, & hæreses eorum detestatur, non esse Iudaici fermenti mixtura infamatam, lucem verbi non obscurare, legem tenere, pacem habere. Hæc tota Hottingeri ratiocinatio est, ex fundamentis dirimentibus consensum deprompta. Maior est Præceptoris Veieliani, & ipsius Veielij. Minor tua Hottingere. Conclusio illius, qui logica methodo, & rationibus exquisitis, non amenti furore disputat, nec ex rebus dubijs captat assentionem.

Neque est hic supina Hottingeri *αὐτοσοφία* obticenda: nanque inter Auctores, qui de vnione Græcorum facta in Concilio Florentino, & eorundem post Concilium ad pristinos errores regressione aliquid narrant, interponit Ioannem Veccum Præsulem Constantinopolitanum, *Cui*, ait, *concordiæ studium ita fraudi fuit, vt plurimæ solo illo nomine ei exantlatæ fuerint ærumnæ*. Veccum multum operæ, laborisque insumpsisse pro vnione Græcorum, & Latinorum, & propter eam causam multa dira, atque atrocia pertulisse, tandemque extorrem anno decimo quarto exilij in carceribus vitam posuisse, verum est. Sed eum post Florentinam Synodum concordiam procurasse, hoc vero falsissimum est. Vixit ille sub Michaële

le Palæologo primo, sub quo similis Græcorum vnio agitata, & absoluta est sub tribus Capitulis, de quo alibi fusius. A Vecci promotione ad Patriarchatum ad Florentini Concilij celebrationem anni interlapsi sunt centum sexaginta quatuor. Hæc adnotaui, vt posthac in discernendis temporibus oculatior sis.

Semper de tua fide, & sæpe numero te deprehendi *falsiloquum*; at nunc in his, quæ de Allatio scribis, *falsificum*. Nec mirum, sorex tuo indicio peris. Scribis; *Sed frustra numerus obijcitur contradicentium. Allatius Græcus est. Inter Græcos enutritus, huic vni maior adhibenda fides, quam sexcentis alijs. Cæteri remotiores & a regione, & religione Græcorum rumore potius abrepti, quam de rei veritate edocti scripserunt*. Subdis; *ita sibi blanditur Allatius. Ita assentitur, vel assentatur potius Forerus*. Assentatur Forerus; ergo ita sibi blanditur, assentitur, & assentatur Allatius. Vnde nam hoc habes? Ita hic assensum Allatij probas, vti dissidium Ecclesiarum. Despicit sua Allatius: alij laudant, & suspiciunt, & apud Hottingerum malignæ mentis hominem Leo in vitio est, & admittit in se culpam castigabilem. Quid vero de se scripsit Allatius? *Allatius a puero in sacris alijsque diuinis ritibus versatus est, &*

inu-

innutritus, & libros tum Pontificios, tum Græcos de his ijsdem rebus tractantes diligenter, accurateque euoluit, & cum de illis scripsit, de rebus sibi bene cognitis scripsit, non aliunde emendicando notitias, sed de suis promens: nec vnquam adeo fuit incogitans, atque impudens, vt præsumpserit, dictis suis, nisi testimonijs Doctorum Ecclesiæ confirmatis, & stabilitis credendum esse. Et hanc animi moderationem Allatij aliunde repetitis illius laudibus in crimen vertere conaris, tantum, vt odium in illum apud doctos viros concites. Quasi vero Leo suis plus tribuat, quam sexcentorum aliorum dictis. Et non erit Hottingerus *falsificius*, & alienorum dictorum adulterator manifestus? Scripsit Allatius, *se Græcum esse, & inter Græcos enutritum*. Hoc si noxia est; repetat iterum, & sæpius. Eo siquidem nomine quodammodo superbit Allatius, & sibi longe, longeque plurimum complacet. Non ita tamen insanit, vt maiorem sibi fidem, quam sexcentis alijs adhiberi præsumat, qui sibi vel soli fidem habendam abnegat, quam alijs & minori numero præstat, imo si lecta intelligis, fidem sibi prorsus demit, nisi testimonijs Doctorum Ecclesiæ confirmentur, & stabiliantur. Et plane talpa est cœcior Hottingerus, qui non videt dicta Allatij ab alijs scriptoribus publi-

ce

ce scriptis editis, & ab ipsa Ecclesia Græca, nec non Latina, quibus in hoc negotio, cum res earum agitur, indubitate credendum est, apertissime testata, in quorum copia ipse tenebris crassis circumfusus cæcutit, & neglecta testimoniorum auctoritate, quando reliqua deficiunt, ad vnum Critopulum, siue Syropulum, siue etiam Creyghtonum confugit. Quod ipse subdit de remotioribus a religione Christiana, id quoq; de alienis est. Licet enim in Græcorum ritibus exercitus sit, non ita tamen in illis se profecisse æstimat, vt alios in illis instructiores neget, & semetipso versatiores esse nolit. Veruntamen, cum ibi agat de notitia rerum Ecclesiasticarum Hottingeri, fatetur se Græca tenere, & Græcum inter Græcos enutritum, melius res Græcas callere ipso Hottingero, qui nihil ipse sciens afferre de suo, ab alijs notitias emendicans, non quod re ipsa est, sed quæ ab alijs traduntur aliter atque sunt, absque vllo examine in medium profert. Et hoc ne est, maiorem sibi fidem, quam sexcentis alijs adhibendam? Hisce suæ inscitiæ socios alios de virtute, & literis benemeritos homines coniungens, quod illi soli attribuerat Allatius, alijs communicat, vt Allatio nulla causa confidentiæ famam inurat. Et sic *falsi-*

fici

fici, non tantum falſidici ipſe nota tenetur. cum dicti alieni & verba, & ſententiam immutando, in alium, atq; alium intellectum, quantum libido fert, improbe pertrahat.

Tuum eſt etiam Hottingere, nec mirum eſt, cum inter has Eccleſias diſſidium, quod aliquid ſit, comperis, ad illa confugere; *Quid ſi ritibus tantum differrent, differrent tamen*. Negat, *tamen illud ſemper fieri*. *Quid inde? fiat aliquando*. *Apud Pontificios Tridentinos nunquam fit*. *Manet ergo ſemper aliquod diſcrimen*. Et ſimilia. Et non vides, cum diſſidium vrges, vires tuas acciſas, rationes attritas, & totam domum Hottingeri vna rheda componi, qui minutiora iſta precario colligit, ad probandum diſſenſum. *Eſt tamen aliquod diſcrimen, ſi ritibus tantum differunt, differrent tamen*. Hinc garris; *Schiſmata certe, non tam ex dogmatum, quam rituum, & regiminis pullulare diſcrimine notius eſt, quam quod prolixe probari a me debeat*. Certum itaque eſt Hottingero, ritus ipſos atque regimen in minori pretio eſſe ipſo dogmate, qui diſſidium ex rituum ac regiminis diſcrimine potius pullulare diſcrimina religionis edicit: quia id tamen ſtultiſſimum ipſe iudicat, vti notiſſimum præterit, & ab eo probando declinat. Prolixe

lixe nos alibi demonstrauimus, ipsum, aliosque, qui similia tradunt, loqui pugnantia. Sed in re tam clara quid Græca cum Romana teneat, inuestigemus; vt discat Hottingerus verum a falso discernere. Niceta Byzantius pro Concilio Chalcedonensi contra Armeniæ Principem, Ὅτι ὁ καταφρονῶν τὸ μικρὸν, κατ᾽ ὀλίγον πεσεῖται. πᾶν δὲ τὸ εἰς πτῶσιν ἀπάγον, καὶ πτῶσιν ἀπὸ Θεοῦ, μίσους, καὶ ἀποστροφῆς ἄξιον. *Qui paruum negligit, paulatim cadit; quodcunque vero in casum adducit, & casum a Deo, execrationis, auersionisque dignum est*. Nec aliud sonant verba Eulogij Alexandrini; Εἴ τις τῶν δοκούντων τοῖς θεοφόροις πατράσι σαλεύει τι, οὐκέτι τοῦτο οἰκονομίαν κλητέον, ἀλλὰ παράβασιν, καὶ προδοσίαν δόγματος, καὶ περὶ τὸ θεῖον ἀσέβειαν. *Ex illis, quæ diuini Patres approbarunt, aliquid præuertere, nullo modo dispositio appellanda est, sed præuaricatio, & proditio dogmatis, & circa res diuinas impietas*. Diuersum itaque dogma diuersitatem fidei generat: potest tamen diuersos ritus sub vna fide vnitatem Ecclesiæ conseruare. Irenæus lib. 5. cap. 21. cum varias ieiuniorum formas enumerasset. Καὶ οὐδὲν ἔλαττον πάντες οὗτοι εἰρήνευσάν τε καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησιν. *Atque nihilominus, cum isti inter se pacem tranquillam retinuerunt, tum nos etiam in-*

inter nos retinemus, ſicque varia, ac diſcrepans ieiunij ratio concordiam fidei plurimum commendat. Nec deſunt alij, quibus addere potes Gregorium Nazianzenum Orat. I. de Pace; Ἔστιν ὅτι καὶ παρ' οἷς ἀνθρώπων, ὥσπερ δὴ καὶ μέγιστος τῆς ἀληθείας ἔλεγχος, οὐδ' ὑπὸ τοῦ καιροῦ νικωμένης, οὐδὲ τῆς ἔχθρας παντελῶς τὸν ἀπινθῆρα τῆς ἐν ἡμῖν ἀγάπης καταλυούσης. ὅτι τὸ μέγιστον ὑπῆν ἡμῖν, καὶ στασιάζουσιν ἡ ὁμοδοξία, καὶ τὸ συνειδέναι, μὴ ἑτεροζυγοῦσιν περὶ τὴν ἀλήθειαν, μὴ δ' ἐναντίως διακειμένοις, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ χαρακτῆρι μεμορφωμένοις τῆς πίστεως, καὶ τῆς πρώτης ἡμῶν ἐλπίδος. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἰσχυρὸν πρὸς ὁμόνοιαν τοῖς γνησίοις τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, ὡς ἡ περὶ Θεοῦ συμφωνία. Καὶ οὐδὲν οὕτως ἴσμεν πρὸς διάστασιν ὡς ἡ περὶ τοῦτο διαφωνία. *Atque hæc vigente etiam ipſo diſſidio mutuo de nobis quandoque, & apud quoſdam homines prædicabamus, quod ſcilicet maximum etiam veritatis argumentum erat: quippe cum ipſa ne a tempore quidem vinceretur, nec inimicitia charitas eius, quæ in nobis erat, igniculum prorſus extinguerет. Præterea quod nobis etiam diſſidentibus, id, quod maximum erat, nimirum eadem de fide ſententia ſuberat, illudque nobis conſcij eramus, nos in veritatis negotio, minime inter nos diſſentire, ac contrario modo affici. Verum eodem fidei, & primæ noſtræ ſpei charactere formatos, & conſignatos eſſe. Nibil enim*

eos,

eos, qui ſincero animi affectu Deum colunt, æque inter ſe conciliat, atque conſentiens de Deo doctrina, quemadmodum contra, nihil ad diſſidium ita promptum, ac paratum eſt, vt diuerſa in hac re animorum ſententia. Vides? Concordia in rebus fidei, & de Deo doctrina Chriſtianos maxime inter ſe conciliat: e contrario, diuerſa in hac re animorum ſententia ad diſſidium concitat, non quæcunque in alijs rebus differentia. Nec aliud eſt, quod ſecunda Oratione de pace inſinuat; Ὅταν ἁλῶμεν εὐσεβεῖς ἐσμὲν, καὶ ὀρθόδοξοι, καὶ καταφεύγομεν ψευδῶς ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς ὑπὲρ πίστεως στασιάζοντες. καὶ τοῦτο μόνον ἐπαινετὸν ποιοῦμεν, ὡς ἐν κακοῖς, εἰ μὴ καὶ λίαν αἰσχρὸν, ὅτι τὴν κακίαν ἐρυθριῶντες ἐπὶ τὸ σεμνότερον ὄνομα μεταβαίνομεν τὴν εὐσέβειαν. *Nam cum deprehendimur, pij atque orthodoxi ſumus, falſoque ad veritatem confugimus, tanquam pro fide contendentes. Idque vnum, & in malis laude dignum, imo turpe in primis facimus, quod vitium erubeſcentes ad ſpecioſius honeſtiuſque nomen, hoc eſt ad pietatem tranſimus.* Non deſunt alij non infimi nominis Scriptores Sozomenus, Socrates; adde Nicephorum Calliſtum, qui ſua ex ijſdem exſcripſit, qui poſt varios recenſitos mores colligunt; Οὐ πάντας κἂν ὁμόδοξοι ὦσι, τὰς αὐτὰς παραδόσεις κατὰ τὰς Ἐκκλησίας φυλάττειν. *Non*

omnes, quamuis eiusdem fidei essent, easdem traditiones in Ecclesijs seruare. Et, τοὺς τῆς αὐτῆς πίστεως πολλάκις καὶ τὰ ἔθη διαφόρους καθιστάναι. *Eandem colentes fidem sæpenumero consuetudinum obseruatione inter se variare.* Ipsi quoque qui ex Schismate sunt, Theophylactus Bulgariæ Archiepiscopus ad Nicolaum Diaconum; Οὐ πᾶν ἔθος ἀποσχίζειν τὰς Ἐκκλησίας ἰσχύει, ἀλλὰ τὸ πρὸς διαφορὰν ἄγον δόγματος. *Non omne dogma ad diuellendum Ecclesias valere, sed quod differentiam dogmatis facit.* Neque diuersus ab his est Armeniorum Catholicus, vt colligi potest ex Legatione ad Armenios Theoriani, Ἀλλ' οὐ πολὺς ἐμοὶ λόγος περὶ τῶν ἑορτῶν καὶ τῶν ἄλλων τῆς Ἐκκλησίας ἐθῶν, εἰ μόνον περὶ τὴν πίστιν ὁμοφρονήσωμεν. *Verum non magnopere sollicitus quidem fuero de festis, alijsque consuetudinibus Ecclesiæ, modo sententijs de fide conueniamus.* Hoc idem est, quod pluribus probat Demetrius Chomatenus in Responsionibus ad Constantinum Dyrrhachij Episcopum. Et ne reliquos recenseam, Auctor ipse Schismatis Photius Epistola ad Nicolaum Papam; Ἐξ ὧν οὐδετέρῳ παρὰ θατέρου μῶμος προσετρίβετο. ἀλλ' ἤγε ἐν τοῖς καιριωτάτοις σφοδρά τε, καὶ ἀκαινοτόμητος κοινωνία τὴν ἐν τοῖς λοιποῖς οὐκ εἴα σκοπεῖν τε, καὶ πολυπραγμονεῖν ἐπιτρεπτέα. καὶ γὰρ ἐστιν ὄντως κοινὰ πᾶσιν, ἃ πάντας φυλάττειν ἐπάναγκες, καὶ παρὰ τῶν ἄλλων

τὰ περὶ τῆς πίστεως, ἔνθα, καὶ τὸ παρεκκλῖναι μικρὸν, ἁμαρτεῖν ἐστὶν ἁμαρτίαν τὴν πρὸς θάνατον. ἔστι δὲ καὶ ἰδιαζόντως τισὶν παρεπόμενα, ὧν ἡ παράβασις, οἷς μὲν ἐδόθη κατέχεσθαι ἐπιζήμιος, οἷς δ' οὐ παρείληπται, καὶ τὸ μὴ συντηρεῖν ἀκατάκριτον. *Ex quibus neutri ab altero vituperatio impingebatur, sed in potissimis rebus constantissima inter eos, & in rerum nouarum studio aliena societas non sinebat cæterarum rerum discrimen curiosius intueri. Nam re vera communia omnibus sunt, quæ omnibus custodire necesse est, & ante alia quæ de fide habemus, vbi vel paulum declinare est, mortifero se periculo obstringere. Quædam proprie alios consequuntur, quorum prætermissio eis multum affert, quibus illa tenenda data sunt, qui vero non acceptarunt, id propterea, quod non obseruauerint, minime condemnantur.* Et; οὔπως ἐν οἷς οὐκ ἔστι πίστις τὸ ἀθετούμενον, οὐδὲ κοινοῦ τε, καὶ καθολικοῦ ψηφίσματος ἔκπτωσις, ἄλλων παρ' ἄλλοις ἐθῶν τε, καὶ νομίμων φυλαττομένων, οὔτε τοὺς φύλακας ἀδικεῖν, οὔτε τοὺς μὴ παραδεξαμένους παρανομεῖν ὀρθῶς ἄν τις κρίνειν εἰδὼς διορίσαιτο. *Ita vbi nulla est præuaricatio fidei, nec communis, & Catholici decreti euersio, cum alij apud alios mores, & leges custodiantur, nec custodes iniuste agere, nec eos, qui non acceperunt, contra legem facere, is, qui recte iudicare norit, definiet.* Ritus itaque atque consuetudines, etsi dissidium desi-

gnant, non tamen animos eorum, quibus eæ in vſu ſunt, in odia diſtrahunt, nec ab vnitate diſiungunt. Idque ex natura rerum euincitur, in qua compoſita omnia non ex ſimilibus inter ſe partibus, ſed ex diſſimilibus conſtant. Si enim ex ſimilibus fuerint, eſſent quidem vnum, ſed non compoſitum. Ciuitas non vno genere hominum conſtat, ſed plane diuerſo. Neque enim omnes diuites ſunt, ſapientes, nobiles, milites. Sunt in ea phrygiones, aurifices, argentarij, fullones, tonſores, olearij, innumerabiles variarum artium opifices, pauperes, miſeri, egentes, qui oſtiatim rogatores petunt, & aliena miſericordia viuunt, & tot hominum genera, qui vno inſtituto ſibi propoſito reguntur, quo vſq; illud conſeruant, & iuſtitiam colunt, vna ciuitas eſt, etſi diuerſa ſunt exercitia. οὐ γὰρ γίνεται πόλις ἐξ ὁμοίων. *Non enim fit ciuitas ex ſimilibus*, aiebat Ariſtoteles. Paria ſunt de rebus alijs multis, quæ dici poſſunt, & ſignanter de homine, cuius partes licet diſſimiles ſint, quia tamen omnes ad vnum opus efficiendum conueniunt, vnus homo eſſe dicitur, licet animo, & corpore, & hoc capite, manibus, pedibus, corde, alijſque partibus inter ſe longiſſime diuerſis, nec idem opus obeuntibus emineat.

Et

Et vt tandem in sole caligare desinas. Audi Paulum ad Romanos 12. *Sicut in vno corpore multa membra habemus: omnia autem non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo; alter autem alterius membra*. Hanc corporis membrorum, & spiritus diuersitatem eloquentissime, vti solet Theodoretus sermone 6. de Prouidentia prosecutus est. Ἀλλ' ἴσως αὖθις εἴποι τῆς μόνον τοῖς καλῶς λεγομένοις, ἀντιλέγειν ἐπιστάμενον. τίνος χάριν οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ πλοῦτο τὴν κτῆσιν ὁ ποιητὴς ἐδωρήσατο, ἀλλὰ τοῖς μὲν πλοῦτον συνέζευξε, τοῖς δὲ πενίαν συνεκλήρωσε, καὶ πολλῆς ἀνωμαλίας πλήρη τὸν βίον πεποίηκεν; ὃν ἡδέως ἂν ἐροίμην, τί δήποτε τοῖς τοῦ σώματος μέλεσιν οὐ τὴν αὐτὴν ἅπασι δέδωκεν ὁ δημιουργήσας ἐνέργειαν. ἀλλ' ὀφθαλμοῖς μὲν χρωμάτων, καὶ σχημάτων διάκρισιν ἐνεχείρισεν, ἀκοαῖς δὲ φωνῶν, καὶ ψόφων εἰδέναι διαφορὰν, ταῖς δὲ ῥῖνας ἀτμῶν ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ τοῦ ἡδέως τὸ δυσῶδες διακρίνειν. τὴν δὲ γλῶτταν ταῖς τῶν γεύσεων ποιότησι δικάζειν, καὶ γλυκέος, καὶ ὀξέος, δριμέος τε, καὶ πικροῦ, καὶ πιμελώδους τὸ διάφορον εἰδέναι. καὶ τοῖς μὲν ποσὶ τὴν βαδιστικὴν δέδωκε δύναμιν, ταῖς δὲ χερσὶ τὴν παντοδαπὴν ἀπένειμεν ἐργασίαν, καὶ γαστέρα μὲν τροφῆς δοχεῖον, ἧπαρ δὲ τροφῆς καθαρτήριον. ἐγκέφαλον δὲ μυελῶν θησαυρὸν, πηγὴν δὲ θερμότητος τὴν καρδίαν, καὶ ταῖς μὲν ἀρτηρίαις ἐναπέκλεισε τὸ πνεῦμα, ταὶ δὲ φλέβας ἀγωγὰς ἀπέ-

φηνεν αἵματος, καὶ ἄλλῳ ἄλλην ἐνέργειαν ἐνέφυσε μορίῳ. καὶ μίαν ἅπαντα τὰ εἰρημένα, καὶ ὅσα σεσίγηται εἰς ἑνὸς σώματος συντελεῖ τελειότητα. ἀλλ' ὅμως ἕκαστον, καὶ ἴδιόν τι πεπίστευται, καὶ πρὸς κοινὸν συντελεῖ. ὄψις γὰρ ποδηγεῖ μὲν τοὺς πόδας, καὶ τὸ λεῖον αὐτοῖς ὑποδείκνυσι, καὶ τῆς τραχυτέρας ἀποτρέπει χωρίων, φέρεται δὲ ὑπὸ ποδῶν. Καὶ ἀκοὴ δὲ κτύπους δεχομένη διεγείρει τὴν ὄψιν εἰς θεωρίαν, διὰ δὲ τῆς ὄψεως μανθάνει τῶν κτύπων τοὺς ποιητάς. Καὶ ἵνα τῇ ἀποστολικῇ μαρτυρίᾳ τοὺς εἰρημένους βεβαιώσωμεν λόγους, οὐ δύναται ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρὶ χρείαν σου οὐκ ἔχω, ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσὶν χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω. ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν ἀναγκαῖα ἐστι, καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι, τούτοις περισσοτέραν τιμὴν περιτίθεμεν, καὶ οὐδεὶς ἐδυσχέρανε πώποτε διάφορον βλέπων ἐν τοῖς σώμασι τὴν ἐνέργειαν, εἰ μὴ κομιδῇ παραπαίοι, ἀλλὰ καὶ στέργει, καὶ θαυμάζει τὸν ποιητὴν, οὕτω σοφῶς ἕκαστα διακείναντα, καὶ ἑκάστῳ τὴν ἁρμόττουσαν ἀπονέμοντα χρείαν, καὶ τὴν ἰδίαν κοινὴν ποιησάμενον. οὔτε γὰρ ὄψις μόνον τῶν ὁρατῶν ἀπολαύει, οὔτε ἀκοὴ τῶν ἀκουστῶν, οὔτε τὸ στόμα τῆς γεύσεως, οὔτε ἡ ῥὶν τῆς ὀσφρήσεως, οὔτε οἱ πόδες βαδίσεως, οὔτε ἐργασίας αἱ χεῖρες, οὔτε τροφῆς ἡ γαστὴρ, οὔτε θερμότητος ἡ καρδία, οὔτε αἰσθήσεως ὁ ἐγκέφαλος, ἀλλ' ἰδιάζουσαν μὲν ἕκαστον ἔχει τὴν ἐνέργειαν, πρὸς δὲ κοινὸν συνεισφέρει τὴν ὠφέλειαν, καὶ τὸ μὲν ἅπαν θερμαίνει τὸ σῶμα, τὸ δὲ ἅπαν τρέφει, τὸ δὲ ἄλλον τινὰ φόρον παντὶ προσφέρει τῷ ζώῳ. καὶ

τὸ ποικίλον τῆς ἐνεργείας, εἰς ἅπαντα μὲν τὰ τοῦ σώματος μεμέρισται μόρια, ἀπολαύει δὲ ἀλλήλων πάντα. καὶ γίνεται ἡ χρεία κοινή, καὶ οὔτε ἀκοὴ ἀγανακτεῖ οὐχ ὁρῶσα, οὔτε ὀφθαλμὸς δυσχεραίνει τῷ μὴ ἀκούειν, ἀλλ' ἕκαστον στέργει τοὺς ὅρους τῆς φύσεως καὶ τὴν εἰσφορὰν ἀποδίδωσιν, ἣν ἐξ ἀρχῆς φέρειν ἐτάχθη. *Sed dicet forſitan aliquis illorum, qui nihil aliud, quam benedictis obſtrepere norunt, quamobrem non cunctis hominibus diuitias poſſidendas rerum conditor largitus eſt, ſed his quidem diuitias copulauit, illis vero paupertatem quaſi ſorte addixit, vitamque inæqualibus admodum, & imparibus conditionibus repleuit? Quem & ego libens interrogauerim, cur non omnibus corporis noſtri membris vnam, & eandem vim rerum opifex indiderit: Sed oculis quidem colorum, & figurarum iudicium commiſit, auditum vero vocum, & ſonorum diſcrimina cognoſcere voluit, nares autem, vt vapores excipiant, & ſuauem odorem a fœtore diſcernant, linguam item, vt guſtu ſapores diiudicet, dulcis & acerbi, acris & amari, & pinguioris diſcrimen deprehendat, inſtituit; & pedibus quidem inceſſus potentiam conceſſit, manibus vero omniuariam operationem ceu ſorte diſtribuit. ventrem alimenti receptaculum, iecur vero eiuſdem purgatorium, cerebrum medullarum theſaurum, caloris autem fontem cor conſtituit, arterijs porro ſpiritum incluſit, venas au-*

autem sanguinis canales fecit, singulis item membris diuersa operationum ingenerauit officia. At qui omnia, quæ modo dicta sunt, sed & ea, quæ silentio præteriuimus, ad vnius corporis perfectam fabricam seruiunt. Interim tamen singulis aliquid propriæ functionis commissum est, & in commune illud singula conferunt. Visus quidem pedes ducit, & viæ planitiem illis monstrat, & ab asperioribus locis auertit, ipse autem a pedibus fertur. Auditus quoque dum sonos percipit, visum ad videndum excitat, idem autem per visum sonorum auctores cognoscit. Et vt Apostolico testimonio, quæ modo dicta sunt, confirmemus, non potest oculus dicere manui; Non est mihi opus te: & rursum caput pedibus, Non est mihi opus vobis. Imo multo potius quæ videntur membra corporis imbecilliora esse, necessaria sunt, & quæ putamus minus honesta esse, his honorem vberiorem apponimus. Nec vnquam aliquis indignatur diuersam in membris operationem cernens, nisi valde desipiat, quin potius creatorem amat, & admiratur, qui tam sapienter singula discreuit, & singulis commodam, & idoneam alicuius officij functionem commisit, eamq; quæ singulis propria erat, toti corpori communem fecit. Nec enim visus solus visibiliũ sensu fruitur, nec solus auditus sonis iuuatur, & non solum os sapores, nec solus nasus odores, nec soli pedes incessum, nec

so-

sola manus operationes, nec solus venter alimentum, nec solum cor calorem, nec solum cerebrum sentiendi affectionem percipit: sed peculiarem quidem & propriam vim singula habent, vsum vero, & vtilitatē omnem in commune conferunt. & hoc quidem totum corpus calore fouet, hoc totum nutrit, illud vero alium quæstum aliquem quasi tributum animato corpori affert. Et operationis varietas in omnia quidem corporis membra diuisa est, singula vero mutuum a se inuicem fructum percipiunt, & communis omnium vsus est: nec auditus indignatur quod non videt, nec oculus audiendi sensu destitutus dolet; sed singula hæc natura limites studiose obseruant, & tributum, quod ab initio ipsis iniunctum est, persoluunt. Conclude ergo Hottingere, si ex illis non es, qui nihil aliud quam benedictis obstrepere norunt, & valde desipiunt; corpus Ecclesiæ mysticum ex diuersorum statuum hominibus compositum, non diuersis artibus, cerimonijs nempe, & consuetudinibus diuiduum fieri, sed vnum continuo perseuerare, dum vno capite Christo, eiusque in terris Vicario connectitur, nempe cum idem fidei dogma seruat illæsum. Hinc Pontificij, Græcique docent, illud esse considerandum in diuersitate rituum, si qui diuersitate rituum obstringitur, ita se obstringat, vt eodem ipso momento separet se

ab

ab Ecclesiæ visibili capite, & summo Pontifici debitam Subiectionem, qua talis est, nempe, vt vniuersali potestate Ecclesiam gubernandi a Christo sibi concessa fungitur, illum inter schismaticos collocari: si vero Pontifici obedire recusat, ratione rei præceptæ, quod ea difficilis, & molesta appareat, in alijs obedire paratus, vel ratione offensionis, quam ob specialem causam aduersus illum gerit, alioquin contra ipsam sedem, siue potestatem Pontificiam non rebellis, hunc nec schismaticum quidem reputari. Et primo modo Schisma vel est purum, vel vnitum cum hæresi. Purum fuerit, cum charitati tantum pacique opponitur, idque in illis est, qui cum credant vnam esse sanctam matrem Ecclesiam sub visibili capite summo Pontifice, tamen ex malitia mentis, nolunt Pontifici subijci, vel reliquis Ecclesiæ membris vniri, quodvel est sola intentione, & est Schisma mere internum: vel operis etiam executione, & tum erit externum, & opere consummatum. Schisma vero cum hæresi iunctum est, si aliquis pertinaci animo neget summum Pontificem Eccl. Cathol. caput, & pastorem esse, vel Ecclesiæ sanctæ communionem, atque ob eam causam ab illa sese segreget. Tum sic. Sed Ecclesia Græca, licet ritus, & consue-

ſuetudines diuerſas ab Eccleſia Romana ſeruet, fatetur ſe, agnoſcitque membrum Eccleſiæ vniuerſalis, militareque ſub vno viſibili capite ſummo Pontifice, ergo diuerſa iſta, quæ tu allegas Hottingere, licet diſcrimen afferant, non ea tamen ſunt, quæ diſſidium inter has Eccleſias pariant.

Vin plura? Audi in vna Synagoga Hebræorum, non vna erat oblatio ex eodem Theodoreto ſermone 7. de Prouidentia; Αὐτίκα τοίνυν ἔστιν ἰδεῖν. Οὐδὲ πάντας μίαν, καὶ τὴν αὐτὴν θυσίαν προσφέροντας. Ὁ μὲν γὰρ ἔθυε μόσχον, ὁ δὲ ἀμνὸν, ὁ δὲ χίμαρον, καὶ ὁ μὲν πλείω τὰ θύματα, ὁ δὲ ἐλάττω. Ὁ δὲ τούτων ἀπορῶν, καὶ πενίᾳ συζῶν, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ νεοττοὺς περιστερῶν. Ὁ δὲ καὶ τούτων σπανίζων, σεμίδαλιν ὀλίγην, καὶ βραχύ τι λιβανωτοῦ ποιότητι. τοιγαροῦν γνώμης, οὐχὶ ποσότητι δῶρον προσέχειν τὸν δίκαιον κριτὴν ἐντεῦθεν διδασκόμεθα, *Quapropter nec vnam, nec eandem victimam omnes obtuliſſe videmus. Hic enim vitulum, ille agnum, alius hœdum ſacrificabat. Et alius quidem plures, alius pauciores victimas: cui vero paupertate preſſo hæc omnia deerant, illi par turturum, aut pulli columbarum ad oblationem ſufficere poterant. Qui autem etiam illis carebat, ſimila parua, & aliquanto thure rem diuinam faciebat. Vnde iuſtum illum iudicem animi qualitatem non donorum quantitatem reſpi-*

respicere discimus. Est tamen in hoc quoque aliquod discrimen. Quare argue Hottingere, in Ecclesia, siue Synogoga Hebræorum ob hoc discrimen, dissidium fuisse, & ex vna in plures diuulsam, & dispertitam non vnam fuisse, quia alia, atque alia oblatione, & non vna Deum sibi propitium reddere ex Dei præcepto conabatur. Et negabis te elephantis corio circumtectum esse non tuo?

Non est, quod insultes Hottingere. Habeo te. Concedantur reliqua Ecclesiæ Græcæ. Plane illa Romanum Pontificem, nec caput Ecclesiæ, nec supremam in eo iurisdictionis potestatem agnoscit. Dicis tu, quia sic velles esse. Hoc vero probandum est. *Nilus, & alij contra Pontificis Romani potestatem scripserunt*. Scripserunt. Quis dixit, in Ecclesia Græca non fuisse, nec esse etiamnum Hæreticos, & Schismaticos, quorum voces excipiendæ non sunt? Allatius probat, quid Ecclesia Græca teneat, & profiteatur. Illa non negat Pontificibus Romanis a Deo concessam auctoritatem: imo in omnibus suis Professionibus id profitetur. Percurre Professiones, quæ in ea Ecclesia ab Imperatoribus, Patriarchis, Episcopis, alijsque in dignitatibus constitutis publice emittuntur: in illis reperies, se

re-

recipere ſeptem Concilia Generalia, eorum decreta, ſanctorum Doctorum Eccleſiæ doctrinam, & damnare omnia, quæ ab illis damnantur. Sed in illis non clanculum, ſed aperta voce reboatur, Romanum Pontificem eſſe caput Eccleſiæ, ab illo Eccleſiaſtica omnia gubernari, & dirigi, illius voces voces eſſe Petri, Chriſti, ſtandumque eſſe illius decretis, & qui illis in omnibus non obſequuntur, extra Eccleſiam eſſe, vt alibi fuſe probauimus. Ergo Eccleſia Græca, agnoſcens Romani Pontificis in Eccleſia præeminentiam, licet diuerſis ritibus, & conſuetudinibus vtatur, non ſeparatur ab Eccleſia Romana. Fruſtra itaque garris in tui afferti probationem afferens Nili, Barlaami, & ſi qui ſunt, aliorum dicta, quos vt tu nugaciter ſomnias, illius Eccleſiæ capita nuncupas, & inter Sanctos reponis.

Et vt etiam ad ſacratiora orationem conuertam. In quatuor Euangelijs pleraque ſunt, quæ alijs, atque alijs modis exprimuntur: multa ab vno omittuntur, vel minus late ſcribuntur, quæ ab alio ſupplentur, & diſtinctiſſime narrantur: multa etiam diſſociabilia, vt videtur, miſcentur, & vt ita dicam, repugnantia, adeo vt multi ex Patribus ad illa componenda ſtudium poſuerint, & tractatus integros de conſenſu Euangeli-

geliſtarum poſteris tranſmiſerint. Et tamen illa quatuor Euangelia vnum Euangelium ſunt. Chryſoſtomus Expoſitione Epiſtolæ ad Galatas; *Vnde dilucidum eſt quatuor Euangelia vnum eſſe Euangelium; cum enim quatuor eadem loquantur, non eſt aliud atque aliud ob perſonarum differentiam, ſed vnum ob eorum, qui loquuntur, conſonantiam*. Et Theophylactus ibidem; *Apprehendunt hoc dictum Pauli Marcioniſtæ, aſſeuerantes hinc vnum dumtaxat recipiendum Euangelium, non quatuor. Et quid hoc? Nam nos quatuor vnum dicimus ſecundum concentum, atque concordiam*. Et Hieronymus ad illa Eccleſiaſtæ, *Faciendi libros nullus eſt finis. Quidquid dixeris, ſi ad eum referatur, qui in principio erat apud Deum, & Deus erat Verbum, vnum volumen eſt. & innumerabiles libri vna lex, vnum Euangelium nominatur: quod ſi diuerſa, & diſcrepantia diſputaueris, & curioſitate nimia huc, atque illuc animum deduxeris, etiam in vno libro multi libri ſunt*. Quamuis enim a numero Euangeliſtarum quatuor Euangelia agnoſcat Eccleſia, vnum nihilominus Euangelium eſt, quod vnicam, & concordem hiſtoriam continet. Vnitas ſiquidem oritur ex conſonantia, concordia, atque concentu, quamuis alia, atque alia comprehendant; quæ vnica conſonantia, concordia, at-

atque concentu vnum ſunt. Chriſtus ex duabus naturis diuina, humanaque immortali, mortali, æterna, morti obnoxia vnus eſt, non puto negabis hoc Hottingere, duabus operationibus elucens, duabus voluntatibus diſponens omnia. Præterea Græci, Pontificijque credunt in Patrem omnipotentem, & in Filium eius Ieſum Chriſtum, ex Patre genitum, & in Spiritum ſanctum ex Patre, Filioque, ſiue per Filium procedentem, quod idem eſt. Patrem Deitatis fontem, & principium; Filium, & Spiritum ſanctum non abſque principio: Pater enim eorum principium, & origo eſt. Quod ſi temporis initium ſpectas, æque atq; Pater principio carent: neque enim qui tempora crearunt, tempori ſubiecti ſunt. Spiritus ſanctus vti & Filius, principium ſui, atque originem agnoſcunt ex Patre, diuerſo tamen modo. Filius vt genitus, Spiritus vt ex Patre, Filioque procedens, tanquam ex uno principio, & vnica ſpiratione. Pater non eſt Filius, neque Spiritus ſanctus, Filius non eſt Pater, neque Spiritus ſanctus, Spiritus ſanctus non eſt neque Pater, neque Filius, tres perſonæ indiuiſe diuiſæ, & proprietatibus alia atque alia. Et quis ſingula, quæ intellectus non capit, commemorauerit? nihilominus in tam varijs, atque inter

ſe diſtinctis proprietatibus, vnum Deum agnoſcunt, & confitentur, Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate, Eccleſia Græca, & Latina vnum Deum homouſion, ſuperſubſtantialem, inaſpectabilem, incomprehenſibilem, inalterabilem, vnam bonitatem, vnam ſapientiam, vnam omnipotentiam in tribus perſonis. Intelligis puto, ſalua vnitate in vna, eademque re non eſſe vnam omnium faciem, ſed aliam, atque aliam: multa quoque eſſe oppoſita, & contra reſpondere, & quamuis ipſæ quoque actiones in contraria ſcindantur, animos tamen non ſcindi, vnum ſi excipias dogma, quod debet eſſe ſemper vnum firmumq;. Et tu ad probandum diſſidium inter Græcam, & Latinam Eccleſiam minima quæq; ſubijcis. Negas ne in compoſitis, ſi conſiſtentia eſt ex ſimilibus omnino, hoc idem eſſe cum partibus & incompoſitũ, & vt compoſitum ſit, ex diſſimilibus, diuerſiſq; confici neceſſe eſſe? At in vnione totius, ſi differentia partium non numeratur, palam eſt illud non eſſe. Quod ſi non eſt, patet, confuſas eſſe partes, in quibus differentia non ſeparantur. Et cum partium definitiones diuerſæ ſint, natura quoq; diuerſæ ſunt, vt in homine diuerſa eſt corporis ratio ab ea, quæ animæ eſt. Quare diuerſa erit & natura animæ, & na-

tura

tura corporis. Et tamen vnitas ſtat in humano corpore.

Sed iam video pertinaciam, & duritiem animi: vt vim argumenti effugias, dices plane, & cum tuis Reformatis, diuinam Chriſti naturam paſſam eſſe: Pati, & mori nomine, & re pertinere ad diuinitatem, & propoſitiones has, diuinitatem eſſe natam, crucifixam, & mortuam veras eſſe. Tres eſſe Deos æternos eſſentiali numero diſtinctos; ita tamen vt Pater ſit ſolus Deus ex ſe, Filius, & Spiritus ſanctus Dij inferiores, qui a Patre productam ſuam eſſentiam habeant, tametſi non ex nihilo, ſed ex ſubſtantia Patris: hinc Patrem eſſentiatorem, Filium, & Spiritum ſanctum eſſentiatos dici: Tres Deos eſſe æternos, tres omnipotentes, haud ſecus inter ſe diſtinctos, ac tres homines, vel tandem duos Deos eſſe Patrem, & Filium: de Spiritu autem non dum eſſe reuelatum, quid ſit, & ſimilia alia impia, & blaſphema. Cum Græca Latinaque Eccleſia palam clament, diuinam Chriſti naturam paſſam non eſſe. Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum vnum Deum omnipotentem, vnum eſſentia, trinum perſonis. Filium æqualem in omnibus Patri, ex Patre genitum, Deum de Deo, Spiritum ſanctum æqualem in omnibus Pa-

tre, & Filio, ex Patre, & Filio, vel per Filium procedentem: vnam personam in duabus naturis, non inter sese confusis, & sic vnitatem in Trinitate, & Trinitatem in vnitate amplectimur. Dicebat Esaias; *Et super insulas leuabo signum meum*. Exponit Procopius, Insularum nomine Ecclesias singulares intelligi, ex quibus vna est vbiq; & Catholica Ecclesia, de qua est apud Dauidem, *Gloriosa dicta sunt de te*, corona ex vario florum genere contexta, regio etiam diademate caput ornata, & vestitu deaurato induta, & variegata, assimilatur horto, de quo Sponsa in Canticis, *descendat nepos meus in hortum suum*, & *comedat fructum pomorum suorum*, in qua *Deus posuit primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur?* Audi Hottingere. Omnes Insulæ, *Ecclesiæ* alio atque alio nomine vni Catholicæ nauant operam, & sub ea magistra tolerant onus disciplinæ, & gratiæ, quæ vario florum *hominum* genere interstincta corona, *vna*

fi-

fide, vti insigni regio vincitur, & vestitu deaurato, *doctrina*, quæ nunquam maculam trahit, neque rubigine consenescit, variegata *ritibus*, *& moribus*: neque enim omnia quæ in ea sunt, neque actiones omnes eædem, sed pro varietate temporum, & institutorum humanorum variæ, illius pulchritudinem augent, non tamen mutant, vt sunt ritus, consuetudines, opiniones etiam & quæstiones, quæ circa res sacras, & Theologicas inter doctos viros ad illustrandam illius fidem, non denigrandam per disceptationem decertantur, & in Canticis varijs pomis exprimuntur in vno fructu *fide. comedat fructum pomorum tuorum*. Quænam autem illa sunt, iam intellexisti ex Paulo, prima ad Corinthios cap. 12.

Dices Hottingere, hoc esse, de quo querimonias vltro citroque iactant Reformati, Pontificios nunquam in ijsdem placitis manere, sed continuata nouitate, ac litura decreta sua in alia, atque alia immutare, & de vno proposito in aliud demigrare. Hinc factum esse, vt antiquis, & sanioribus relictis ad superstitiosa quæque animum compulerint, & inuerterint omnia, & a puriori illo statu in deteriorem desciuerint. Verum Hottingere, tu qui rectum calles, ideoque nimium tibi tribuis, rerum humanarum

fluxus firma, ne profluant, viciſſitudines, ne migrent, ordines, ne commutentur, tempora ne varient, voluntates hominum in vno propoſito confige, ne pluribus votis vacillent, & demum fac, vt omnium deſideria vnum ſint, vnumque concupiſcant: & ego dabo tibi legem vnam ſemper ſibi conſtantem, nulli mutationi obnoxiam, & quæ in ditione, imperio, & poteſtate alterius non ſit. Sed non vales. Quia pila volubiliores, cardine verſatiliores, Eurypo res humanæ volubiliores ſunt. Ergo nec ipſe decretum tibi apponam, quod perpetuo eundem ſtatum retineat, non deiectum, non motum gradu, & quod ſemper fuerit, cubus propriæ baſi firmiter innixus. Decretis ſuis Deus id ſeruauit integrum. Sed rationibus Allatij non fidis? At non ſpernendus eſt Auguſt. qui ad Marcell. calumniantibus, quod Deus veterem legem abrogarit, delectatus nouis ſacrificijs reſpondit: quod enim ſemel recte factum ſit nullatenus immutari debuiſſe: tum ſiquidem iniuſte mutaretur; *Nonne hyemi æſtas addito ſenſim calore ſuccedit? Nonne diurnis tempora nocturna vertuntur? Quotiens noſtræ variantur ætates? Adoleſcentia pueritia non reditura cadit, iuuentus adoleſcentiæ non manſura ſuccedit, finiens iuuentutem ſenectus, ſenectus autem morte finitur. Hæc omnia mu-*

tan-

tantur, nec mutatur diuina prouidentiæ ratio, qua fit vt ista mutentur. Non autem opinor cum agricola æstate aliud iusserit, quam iusserat hyeme, ratio mutatur agriculturæ. Et cum mane surgit, qui nocte quiescebat, vitæ consilium non mutauit. Aliud Magister adolescenti, quam puero solebat imposuit. Doctrina igitur constans, mutato præcepto non mutat instructionem. Nam magnus ille nostrorum temporum medicus Vindicianus consultus a quodam, dolori eius adhiberi iussit, quod in tempore congruere videbatur, adhibitum, sanitas consequuta est. Deinde post annos aliquot, eadem rursus corporis causa commota, hoc idem ille putauit adhibendum; adhibitum vertit in peius. Miratus recurrit ad medicum, indicat factum, at ille, vt erat acerrimus, ita respondit: ideo male acceptus es, quia non ego iussi, vt omnes qui audiuissent, parumque hominem nossent, non eum arte medicinali fidere, sed nescio qua illicita potentia putarent. Vnde cum esset a quibus poterat stupentibus interrogatus, aperuit quod non intellexerant, videlicet illi ætati iam non hoc fuisse iussurum. Tantum igitur valet ratione, atque ætatibus non mutatis, quid secundum eas sit pro temporum varietate mutandum. Non itaque verum est quod dicitur, semel recte factum nullatenus esse mutandum. Mutata quippe temporis causa, quod recte ante

factum fuerat, ita mutari vera ratio plerumque flagitat, vt cum ipsi dicant recte non fieri si mutetur, contra veritas clamet; Recte non fieri nisi mutetur, quia vtrumq; tum erit rectum, si erit pro temporum varietate diuersum. Quod enim in diuersitate personarũ vno tempore accidere potest, vt huic liceat aliquid impune facere, quod illi non liceat, non quod dissimilis sit res, sed quod is, qui facit, ita ab vna eademque persona diuersis temporibus tunc oportet, aliquid fieri, tunc non oportet, non quod sui dissimilis sit qui faciat, sed quando facit. Hæc quomodo quam late pateat, profecto videt quisquis pulchri, aptique distantiam sparsam quodammodo in vniuersitate rerum valet, neque negligit intueri. Pulchrum enim per se ipsum consideratur, atque laudatur, cui turpe, ac deforme contrarium est. Aptum vero, cui ex aduerso est ineptum, quasi religatum, pendet aliunde, nec ex semetipso, sed ex eo, cui connectitur, indicatur, nimirum etiam decens, atque indecens: vel hoc idem est, vel perinde habetur. &c. Non potest dici plenius, explanatius. Sed Augustini sunt Doctoris Ecclesiæ Catholicæ; Hoc summum malum est Hottingero. *Quis eum coget Augustino credere?* id habet a Luthero, *Qua auctoritate eius verbum est articulus fidei? Deus errare, & fallere non potest; Augustinus, & Cyprianus, sic vt omnes electi*

erra-

errare potuerunt, & errarunt. Sed natura, qua in hoc argumento velut duce vtitur Augustinus, non errat. Ita est, sed tamen reijcienda, quia Augustini sunt. Hæc dicit a pietate, & religione remotus, & lingua sacrilega: sed vt tandem fide diuina credas, dabo tibi ex grege Epicuri Porcum. *Cedit enim rerum nouitate extrusa vetustas semper & ex alijs aliud reparare necesse est*. Leges humanæ vario euentu semper immutatæ sunt, & immutantur, nec desunt exempla. mittamus profana, pendamus Ecclesiastica. Ritus, & consuetudines in Ecclesijs vsurpatæ inter Ecclesias, in quibus diuerse, ac dissone exercentur, dissidium non gignere patet. Eæ siquidem temporis progressu, rerum natura ita ferente, sicuti commutantur, & alterantur, ita cum eodem tempore in alia, atque alia Ecclesia sunt, non id efficiunt, vt vna Ecclesia ab alia, vel a se ipsa antiquiori, & recentiori diuisa sit. Si modo talis consuetudo dogma non lædit, vel ideo immutata, vt lædat, vel introducta. Tum enim etiam si minimum sit quod læditur, fidem antea fixam affligit, & vulnerat, & Ecclesiam separat. Hinc qui illud conuellit, extra Ecclesiam, quæ contrarium astruit, est, & tanquam hæreticus condemnatur, & pœnis subijcitur. perspiciendum itaque

est,

est, an vnquam Ecclesia siue Græca sit, siue Latina a consuetudinibus antiquis vnquam desciuerit, an vero semper eas infrangibilis animi rigore retinuerit. Ab antiquioribus sæpissime dimotam, recentes assumpsisse, praxi ipsa demonstrabitur. Et quia suspecti esse possunt Pontificij, adeamus ipsos Græcos. Zonaras in Canonem 11. Laodicenum; *Quædam antiquis temporibus in Ecclesia consuetudines fuere; quas temporis diuturnitas partim immutauit; partim omnino sustulit, aliquæ etiam ex ijs Canonum decretis abrogatæ sunt. Talis illa quoque fuit, vt Presbyteræ, vetulæ mulieres in Ecclesijs constituerentur; quas etiam præsidentes vocabant, quæ quidem ingredientibus in Ecclesiam fœminis veluti magisterio quodam fungentes præessent; ac suo quamque ordine rite consistere iuberent; & quo quamque loco, quoue modo vnicuique standum esset, docerent. Ne quæ igitur eiusmodi mulieres eligantur, neue ijs nominibus nuncupentur, Canon decernit.* Vide etiam Balsamonem in hunc Canonem. Vide eundem Balsamonem eiusdem Synodi Can. 16. *De Euangelijs legendis in diebus Sabbati*. Can. 17. *De Lectionibus inserendis inter Psalmos*. Can. 18. *De precum ministerio in Nonis; & Vesperis*. & Can. 19. *De precibus super Catechumenos*. Sed minima hæc sunt, videamus reliqua.

Sy-

Synodus Cæſarienſis prohibet Presbyteris, ne in nuptijs eorum, qui duas vxores ducunt, conueniant. Zonaras; Verum hæc in libris ſcripta inueniuntur: Nos, & Patriarcham, & Metropolitanos complures in conuiuio Imperatoris ſecundas nuptias celebrantis aſpeximus. Canon decimus nonus Laodicenus de Concionibus ad Catechumenos, & Pœnitentes multa præcipit: Sed Zonaras notat ſuo tempore, quæ ad Pœnitentes ſpectant, neſcire ſe quomodo intermiſſa obſoleuerint. Ad hæc pacem Epiſcopis offerre, ac in eorum amplexum progredi Sacerdotes conſueuerant: Sacerdotibus quoque viciſſim pacem laici offerebant, quod nunc vt alia multa ex antiquo iure vſurpari deſita ſunt. Oſius Epiſcopus Canone primo Synodi Sardicenſis. Quamuis & Apoſtolicis, & Synodorum ſanctionibus nemini Epiſcoporum liceat a parua ciuitate in aliam migrare. Quia non deerant contumaces in illo genere. Synodus Neocæſarienſis Canone primo. Presbyter ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, non ſolum deponatur, ſed etiam e fidelium communione eijciatur. Hæc ſublata ſunt a vigeſimo ſeptimo Canone Carthaginienſis Synodi. & trigeſimo ſeptimo S. Baſilij; Clerici, qui peccatum,

quod

quod est ad mortem peccant, e gradu deijciuntur, sed a laicorum communione non arcentur. Canon 80. Apostolorum, & secundus Nicænus, & tertius Laodicenus præcipiunt, qui recens sunt illuminati in ordinem Sacerdotalem non esse promouendos: Ὁ μέντοι μέγας ἐκεῖνος φωστὴρ Νεκτάριος ἄρτι τῆς τῶν κατηχουμένων ἀγέλης ἀφορισθεὶς, καὶ τῷ θείῳ λουτρῷ τὸν τοῦ βίου ῥύπον ἀποπλυνάμενος, καθαρὸς ἤδη τὸ καθαρώτατον τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα περιβάλλεται, καὶ ἅμα τῆς βασιλευούσης Ἐπίσκοπος γίνεται, καὶ τῆς ἁγίας, καὶ οἰκουμενικῆς δευτέρας Συνόδου ἔξαρχος. *Magnum tamen lumen Nectarius ille e Catechumenorum grege nuper separatus, cum diuino lauacro vitæ sordes abluisset, purus iam purissimam Episcopatus dignitatem induit, & simul fit reginæ vrbis Episcopus, & sanctæ secundæ vniuersalis Synodi Præses.* Nectario socium adsciscit Ambrosium Mediolanensem ingenuis artibus instructissimus Marquardus Gudius de Clinicis veteris Ecclesiæ cap. 3. Et quod satis admirari non queo. Narrat Photius in Bibliotheca *Synesium Cyrenæum ad diuinam Christianorum doctrinam inclinantem, alia quidem facile recepisse, sed (quod equidem haud scio an aliunde, certe ex Epistola ipsius ad Theophilum manifeste deprehenditur) de Resurrectione dogma suscipere noluisse. Verum ita sentiens*

tiens, nostris tamen est dogmatibus initiatus, imo etiam summo Sacerdotio dignus habitus, cum ad aliam viri probitatem, pariterque actam vitam respectu habito, tum quod non posset non, qui sic homo vitam instituisset, Resurrectionis lumine illustrari. Nec ea spes fefellit. Facillime enim simul atque Episcopus creatus est, Resurrectionis etiam doctrinam, credidit. Ante vigesimum octauum Canonem Chalcedonensem, Metropolitani fiebant ab Episcopis, & non a Constantinopolitano Patriarcha, vt nunc fit, Balsamon in Canonem sextum Sardicensem; Cum Canones dicerent constitui non oportere Episcopos, licet prius fuissent, quando populo frequentes erant, in pagis vilibus, & vrbibus, cum causa promotionis Antistitis sit populi frequentia, non antiquum priuilegium; nihilominus Thebarum Metropolita Calotechnes Episcopos de nouo elegit, & talis electio præside Michaële supremo Philosophorum agitata est in Synodo, statutumque deberi, quod a Thebarum Episcopo innouatum erat, a magna Synodo mandari, cum Canon Apostolicus præcipiat, nihil magni momenti ab Episcopo debere fieri sine sententia Synodali. Præterea notat idem Balsamon ex Canone septimo Sardicense. Etiam si sit prohibitum Episcopo, ali-

alijſque ſacris ordinibus inſtitutis apud Imperatores diutius moras agere, decreto tamen Imperatoris hoc abſque periculo fieri, & quod eis imperatur, exercebunt, vt neque Imperatori quicquam poſſit imputari, ſi eos accerſat, neq; ij rei futuri ſunt, vt qui iubenti Imperatori acquieſcant. In Baptiſmo poſt cereum accenſum exhibitum Baptizatis, ſequebatur lactis, & mellis deguſtatio, quam olim vſitatam fuiſſe teſtatur Tertullianus de corona militis capite 3. Hieronymus citat aduerſus Luciferianos. Verum hæc cerimonia in deſuetudinem abijt. Vide plura apud Vaſquez Diſputatione 166. cap. 6. & Henriquez lib. 2. cap. 13. Canon Trullanus ſeptuageſimus ſecundus præcipit, ſi ex infidelibus coniugibus alteruter fidem fuerit amplexus, & infideli cum fideli habitare placeat, non eſſe ſegregandos iuxta Pauli vocem. Sub Patriarcha tamen Theodoſio buccinator quidam Imperatorius baptizatus, per ſcripturam Patriarchicam ſeparatus eſt, quæ merito non obtemperabat multum roganti, vt religionem ſuam amplecteretur, id quod Canoni contrarium eſt, adnotat neſcio quis in Harmenopuli Epitome Canon. ſec. 5. Tit. 2. Plura hic adderem, ſed ſi cui hæc non ſufficiunt, neque ſexcenta alia ſuffecerint.

rint. De Legibus immutatis alibi dixi. Eandem atque Canones diriorem, & ſpiſſiorem fortunam expertæ ſunt. Vnum ſi dixero, finem faciam. Nicephorus Gregoras Hiſtor. Roman. lib. 19. in Concione ad Imperatorem; Εἰ γὰρ καὶ πάλαι κείμενοι νόμοι πολιτειῶν λύονται πολλάκις δυοῖν θάτερον, ἢ κακοῦ τινος ἀπαντήσαντος δι' αὐτῶν, ἢ βελτιόνων δεύτερον φανέντων ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων δεδοκιμασμένης πείρας, καὶ τριβῆς. *Etenim ſi ab antiquo tempore præſcriptæ leges Rebuſpublicis ſæpius diſſoluuntur duabus ob cauſas, aut ſi noxium quippiam earum cauſa acceſſit, aut quæ poſtmodum inſtitutæ ſunt, experientia vſu comprobata, & exercitatione meliores iudicatæ ſunt*. Tot itaque Canonum, conſuetudinum, & conſtitutionum Eccleſiaſticarum mutationibus non oſtantibus in ea Eccleſia, inductis nouis atq; comprobatis, & vſu receptis antiquatis vetuſtioribus ſemper ea vna eademque, & ſibi conſtans reputata eſt & a Græcis, & ab exteris, indicio manifeſto, Rituum, & conſuetudinum immutationem non inferre variationem, & conſequenter diſſidium. Et licet mutatio irrepſerit, non ea tamen eſt, vt conſenſum diſſoluat. Et nos dicimus ſimilem variationem Eccleſiam Græcam ab Eccleſia Romana diuidere, quia Græca hoc modo, Romana alio Sacramenta miniſtrat,

Li-

Liturgias dirigit, officia celebrat? Quare non & vestium, & calceorum varietas, & barbæ, & capillorum tonsura, & reliqui corporis concinnatio, lingua etiam ipsa, & dialectus dissidium non importabit? Quid hæc ad dogma, vel ad essentiam dogmatis? Non nego, si quis ritum, vel minimum ad confirmandam hæresim, vel nouum dogma in Ecclesiam inducere tentauerit, eum ritum licet tum bonum, integrum, & adiaphorum, a praua intentione inductoris prauissimum fieri: neque tantum dissidium, sed etiam hæresim inducere, & vti talem modis omnibus cum suo auctore profligandum. Sit exemplum. Consecrare in Azymo dici vix potest, quam præclarum sit. Si quis tamen modo accedens profiteatur se consecrare in eo absque fermento, vt vnam tantum in Christo naturam innuat, plane hic contra Ecclesiæ Latinæ sensa, nouam inducens hæresim, non tantum ritus illius, sed ipse quoque condemnabitur, non vt Schismaticus solum, sed etiam vt hæreticus, etsi consecratio in Azymo nullum dissidium inferat inter consecrantes in Azymo, & consecrantes in Fermentato, Quod enim est per se adiaphorum, intentio consecrantis deprauata facit, vt ex bono sit malum. Sed quid plura? prouoco ad au-

cto-

ctorem primum Schiſmatis, & alios Schiſmaticos, & Eccleſiæ Græcæ proceres, Photium Patriarcham, Nicetam Byzantium, Eulogium Alexandrinum, Irenæum Martyrem, Theophylactum Bulgariæ, Armeniorum Catholicum, Demetrium Chomatenum, Petrum Antiochenum, & alios, quorum dicta laudaui Diſſertatione mea ad D. de Boineburgh. Non puto tantorum virorum decreta perplacebunt, quod Eccleſiæ Romanæ votis ſubſcribunt. Et, vt luculentius veritas pateat, inſpice librum Græcorum Eccleſiaſticum, cui Typico nomen eſt, in quo ſingulis diebus modus officij recitandi præſcribitur. leges; Sæpius hoc modo Byzantij recitatur officium, Hieroſolymis, & alibi aliter, nec vnus ſemper ſeruatur ordo in quatuor Patriarchijs: & nihilominus vnum ſunt, & diuerſa officiorum recitatio, diſcrepantes in dogmate ſententias non efficiunt.

CAPVT XIV.

Exercitatio Historico-Theologica de Ecclesia Gracanica hodierna, nonnullis alijs, sed potissimum Leoni Allatio opposita, examinatur, & redarguitur.

EX Hottingeranis ineptijs, & puerorum crepundijs expediri conanti mihi, en ecce offertur ab amico antiquissimo, & in omni eruditionis genere instructissimo Bibliothecæ Barberinæ Custode Carolo Morono *Exercitatio Historico-Theologica de Ecclesia Gracanica hodierna, potissimum Leoni Allatio opposita*. Verum fateor, assentatiuncula quadam blanditus sum mihi, cum me vidi inter versatissimos in omni studio Arcudium, Nihusium, aliosque collocari, tantique mea dicta æstimari, vt in Athenis Germanicis digna iudicata sint exponi, & exposita in solemnem congressum produci, productaque oppositis obiectionibus expendi, quot pondo sint. Concupiscebam tamen, & auidissime, æquam in illis expendendis lancem. Sed cum mentis incitatione, & propriæ religionis affectu, alienæ odio plusquã nouercali pensata sint, non intellecta parte, factum est, vt potior Allatij causa, peior non nemini, qui in rebus

bus Græcorum, atque consuetudinibus Ecclesiasticis ieiunus est, videri poterit. Sed de his ipse nihil laboro. Dicta Allatij multos ab hinc annos publico iudicio exposita sunt. Laudatores non defuerunt. Iudicabunt posteri. Aduersarij dicunt, nihil Allatium dicere. Quare vero nihil Allatius dicit, nulla est ratio, quæ appareat. Exsibilandus est Allatius. Quare vero hæc Allatio? Quia sic placet aduersario. Inconstans est Allatius, contrarius sibi: indicium inconstantiæ quodnam est? contrarietatis fundamentum in quo situm est? Ita vult aduersarius, ita sibi commodum ducit. Si doctis ac cordatis hominibus responsiones similes contra asserentes gratæ sunt, iam actum est de Allatio. Verum Allatius ad eosdem prouocat, & de disciplina non bona sibi tradita cum illis conqueritur, qui docuerunt, contra rationes rationibus, & contra argumenta argumentis agendum esse: si vero non suppetunt, deuinci ab aduersario, & fateri victoriam non esse dedignandum. Hinc solutionis ille modus, quo sæpissime vtitur opponens, nullo modo probabitur a laudatissimis viris. Deficientibus siquidem omnibus, cum neq; quid respondeas, neq; rationes, & testimonia ad probandum dogma suppetũt, satis superq; aduersarium conuelles, si dicas;

Possem pro Cauco multa dicere, & singulis obiectionibus Allatianis respondere, verum breuitatis studium illam operam in aliam occasionem reijcere nos iubet. Et vbi monetur Allatius, ex immani odio totum illud Caput Chytræo opposuisse, eumque præter illius mentem, institutum, & meritum tam inique, & non raro calumniose tractasse, *quod fortasse alias ostendetur.* De visione deifica Sanctorum; *Leo Allatius, & copiosius in Epistola ad Boineburgium a §. 26. ad 41. vbi magno conatu dissensionem in hoc argumento Græcorum a Latinis amoliri conatur, sed quo successu, alibi, si opus erit, ostendetur.* De Consensione Allatij, & Epistola ad D. Boineburgium. *Nec fortassis contrarium persuadebit D. Boineburgio viro non tam dignatione, quam eruditione illustri. Ast in his diutius immorari non conuenit cũ id in præsentia nobis propositum sit, statum Ecclesiæ Græcanicæ hodiernum aliquatenus delineare.* De falsis Græcorum opinionibus; *Neq; tamen falsas Græcorum opiniones ad examen reuocare, vel omnia, quæ hic a Pontificijs obijciuntur, excutere animus est: id enim alius laboris erit. Dissertationem nanq; nudã damus, & quasi excerpta quædam ex ijs, quæ vberius congesta sunt.* De visione beatifica, cum probandum erat contra Allatium, alia Græcos, alia Latinos determinare, *quod magno conatu amoliri conatur Alla-*

Allatius, de quo ſucceſſu alibi, ſi opus erit, oſtendemus. Et vbi nam opportunius, & commodius fieri poterat? De ſcripto contra Purgatorium oblato Baſilienſi Concilio. *Allatius hariolatur deſumptum eſſe ex penu Hæreticorū, quos vocat Luteranorum: quam vero in ſua hariolatione eruditus vir hallucinetur, haud difficulter monſtrari aliquando poterit*. De Tract. contra Coringium de Purgat. *Ego autem contra dico, tam nihil egiſſe Allatium in illo tractatu, vt cauſam ſuam ſi non prodidit, exſibilandam ſaltem propinauerit. Contenduntur modo inuicem ea, quæ ὁ μακαρ Coringius ſcripſerat, cum ijs, quæ Allatius repoſuit, & patebit vnicuique præiudicijs non faſcinato, nihil aliud de ſcripto Allatij pronunciandum eſſe, quam ἄῤῥητα ἀμείνω*. Et de Artolatria; *Arguit hunc ritum Arcudius ipſe tanquam idololatricum: excuſare autem conantur Goar, & Allatius, ſed conantur tantum*. Et alia: neq; enim omnia reportanda ſunt. Vides qua methodo, quibus rationibus, illiſque ineluctabili vi, & perleui momento concinnatis dicta Allatij refelluntur, & obiecta diluuntur, vt nihil iam remaneat Allatio in ſui patrocinium reponendum, & putant ſe reſponſis ſimilibus bene ſanis hominibus ſatisfacere? o iudices ingenuos! o ſtrenuos antagoniſtas! vnica inficiatione, vel affirmatione, vel in aliud

tempus remiſſione reſponſi ſua probaſſe, aduerſarij reprobaſſe, o quam feliciſſimum eſt Hæc tamen non curat Allatius, qui prolatis dictis vtriuſque Eccleſiæ conformibus, quidquid de eorum veritate diſputent alij ſiue Catholici, ſiue Heterodoxi, conſenſionem firmat. Horum continua ſunt pleraque, in Hottingerana Diſputatione Apologetica, quem admonitum peruelim, vt ſua putida, inſuauia, atque inerudite ingurgitata, quæ ſe repoſiturum minatur Allatio,citius reuomat, ne in ventriculo putrefacta peſtilentiam afferant, & mox exitum Hottingero. Qui itaque hac ratione argumentis aduerſariorum reſpondent, non ſoluunt argumenta, ſed incertis occultiſque reſponſis Lectores implicant. Quæ cum conſidero, vellere mihi ſentio aures dicta Firmiani Lactantij lib. 3. de ijs qui Antipodes eſſe putant; *Num aliquid loquuntur? aut eſt quiſquam tam ineptus, qui credat eſſe homines, quorum veſtigia ſint ſuperiora, quam capita? aut ibi quæ apud nos iacent inuerſa pendere? fruges, & arbores deorſum verſus creſcere? pluuias, & niues, & grandinem ſurſum verſus cadere in terram? Et miratur aliquis hortos penſiles inter ſeptem mira narrari; cum Philoſophi, & agros, & maria, & vrbes, & montes penſiles faciant?* Et infra; *At ego mul-*

tis

tis argumentis probare possem, nullo modo fieri posse, vt cælum terra sit inferius; nisi & liber iam concludendus esset, & adhuc aliqua restarent, quæ magis sunt præsenti operi necessaria, & quoniam singulorum errores percurrere non est vnius libri opus: satis sit pauca enumerasse, ex quibus possit, qualia sint cætera, intelligi. An non Lactantius, nullos esse Antipodas clauo trabali fixit? *Falsum in principio sumpserunt* qui Antipodas asserunt, *verisimilitudine inducti. Necesse est eos in ea, quæ consequuntur, incurrere. Sic incidunt in multa ridicula, quia necesse est falsa esse, quæ rebus falsis congruunt.* Sic edicto sancit, qui Antipodas subuertere nititur, quod & multis argumentis probare potest, nihilominus & libri conclusio, & aliqua præsenti operi magis necessaria restant, nec est vnius operis, singulorum errores percurrere: satis est enumerasse, ex quibus possit, qualia sint cætera, intelligi. Quid ergo? Concludamus, Antipodes nulli sunt. Et tamen, mi Lactanti, sunt. Plura itaque contradicentis asseueratio, vel in aliud tempus ad probandum id quod prætenditur, dilatio, non facit, vt quod non est, sit, & aduersa sententia destruatur. Quare quæcunque in hunc modum in scripto retuleris, nisi subsequatur clarum documentum, & oculis comperta

non proferantur, nulla ſunt, nec repugnantium mentem deſtruunt, niſi tu eodem veſtigio temporis veriſimiliora, ſiue credibiliora produxeris. Multa ergo ab Allatio aſſerta, & ab opponentibus hunc in modum reiecta, certiſſima, & perſuaſiſſima pluribus erunt, quam quæ promittuntur dicenda in poſterum.

Sed ad optatam dictorum conſtantiam perueniamus, ſtatuendi ſunt teſtes, quorum auctoritate veluti indubitata rem comprobemus. Tu Pontificios reijcis, vti Pontificiæ dignitatis vindices, adfers aduerſarios, & eorum teſtimonio tua conſtabilire niteris: ego vero eoſdem, & merito reijcio. qui enim Pontificatum perditum ire, &, ſi fieri poſſet, memoriam illius penitus obliterare conantur, quod ad illius laudem eſt, confirmatque dominium, vel ſilebunt, vel imminuent, ſæpius etiam in contrarium, & exitium conuertent. Æquum itaque fuerit, vel vtriſque fidem negare, vel exhibere, dummodo veroſimilia dicant. Tum vero proxime ad verum accedent, & loquentur credibiliter, cum reiectis calumnijs eorum dicta, vel facta non ad vituperationem, nec ad laudem, ſed ad ſimplicem rerum narrationem adducunt. Sed Reformati non probant. Hoc vero eſt e terris fi-

fidei ac veritati fugam inijcere. Sed ero tibi æquior. Res, de quibus inter nos agitur, non in theoria, sed in praxi consistunt; Neque enim de eorum natura, siue veritate disputamus, quod alij peragunt, sed tantum de consensu, & dissidio inter Græcam, & Romanam Ecclesiam, vtcumque se habeat ista fides, vel veritas. Modo inter nos id tantum disputatur: & tu dissidium, ego consensum arguo. Consensus est voluntatum coniunctio, sententiarum conuenientia, & dictorum congruentia. An vero voluntates coniungantur, vel sententiæ congruant, cum intimis præcordijs lateant, foras verbis egeruntur, quæ sæpius si ad præsentes non eiaculantur, in auras euanescunt, neq; an vnquam fuerint, dignoscuntur. Quod aliter euenit, si monumentis prodantur memoriæ. Tum siquidem fixa remanent, & firmiter retinentur. Si ex alia parte animi proni sint ad religionem, præter reuerentiam, quam Deo, rebusque sacris inuiolatam conseruant, proferenda in diuino cultu cautissime circumspectant, ne fallant, vel fallantur. Quare ad dicta Græcorum probanda nulla ratio probabilior occurrit, quam eorundem inter preces effata, ex quibus indubitata mens eorum habebitur. Quare exempli causa dubium sit. An Græcorum Ecclesia teneat:

Iu-

Iustos post hanc vitam illico in regnum Cœlorum transuectos visione beatifica perfrui, & Deum videre non in speculo, & in ænigmate, sed facie ad faciem? opponens nihil dicit, si prouocet ad hos, & alios, qui asserunt Græcos visionem beatificam ante iudicium Iustis negare; nanq; recurrendum est ad eorumdem dicta scripto tradita, & quæ solemniter venerantur, recitantque in Ecclesia, in quibus si affirmatur, iam tenemus sententiam. Tum addit Leo; Sed Ecclesia Romana de visione beatifica hæc eadem pronunciat, ergo inter Ecclesiam Græcam, & Latinam est consensus, & non dissidium. Et argumentum simile nunquam dissoluetur, etiam si quamplurimi sint, qui dicant, visionem beatificam illam Ecclesiam negare. Quis enim melius Ecclesiæ Græcæ mentem sciuerit, vel explicauerit, quam ipsa Ecclesia Græca? dicit hoc Casalius, Azorius, alij. Dicunt. Ergo ita est. Hoc vero nego. Contrarium video, lego, verba non sunt obscura, vel difficilia, & ego fidem oculis meis negauero? Sed dicunt Ephesius, Cabasila, alij Græci. Dicunt. Quis fide dignior est, Ecclesia ne Græca an Ephesius, vel Cabasila? Multa dicebant Ariani, Nestoriani, alij: quia tamen Ecclesia non erant, dicta eorum reiecta sunt, Ecclesiæ probata. Quod si Nilus, & Ephe-

sius

ſius veritatis lumine compulſi congruenter cum Eccleſia loquantur, tum fides Eccleſiæ teſtimonio aduerſariorum corroborata potior fuerit, & ſic ab Eccleſia Romana eadem aſſerente confirmabitur, & tum diſſidio omni de medio ſublato conſenſus erit illuſtrior. Sic quoque de alijs philoſophandum eſt.

Sed opponens Schiſmaticorum auctoritatem requirit, & teſtimonium ambit. *At omnino videndum eſt, quid Schiſmatici dicant: nam ſi pro conſenſu tuo producas Latinos mercaturæ gratia in Græcia habitantes aduenas quoſdam captiuos, & ſubditos Romani Pontificis, qui recenſentur O. P. nihil ages.* Certe hercle. Quid Schiſmatici ipſi dicant, examinauimus alibi. Vbi Eccleſiam habes, cuius res intereſt, loquentem, tu Schiſmaticos euocas? Res ſalua iam eſt. Cum cauſa Reformatorum agitur, ex Pontificijs argumenta petantur. Sunt in Græcia pleriq; Pontificiæ religionis indigenæ multo ab hinc tempore: ſunt etiam aduenæ, res inter ſe contrahentes, emendo, vendendo, permutando, alijs, atque alijs negotijs occupati, qui Pontificiam dignitatem colunt, & ad illius præcepta vitam accommodant, parumque curant, quid Græci dicant, vel profiteantur. Cum conſenſum vrgeo, nul-

lius-

lius ex his teſtimonium ſumpſi. Nomina vel vnum. Græci ſunt fere omnes in Græcia nati, ritibus, ac religioni Græcorum addictiſſimi, qui ſua narrant, non aliena. Et quod magis eſt, Eccleſiæ ipſius libri Rituales clamant, & digito monſtrant decreta illius Eccleſiæ, quæ, vt videre eſt, eadem quæ & Pontificij concinunt. Sed tu Schiſmaticos quæritas, quare non potius illius Eccleſiæ Patres, ac Doctores integerrimos, & ſcientiarum omni genere cumulatiſſimos, qui eadem ipſa inſinuant? Si male Reformatis olent ingentia illa Eccleſiæ Græcæ culmina, ideoque eorum effata in minimis ponuntur, in Eccleſia nihilominus Græca inter veritatis arcana, & rectæ fidei ſtabilia fundamenta recenſentur. Ne tamen Allatio conſenſus argumenta, & in proceſſione Spiritus ex Filio, de quo nunc ſermo eſt, deeſſe videantur, in hoc quoque argumento votis opponentis reſpondens teſtimonium proferam ex Concilio Conſtantinopolitano a Schiſmaticis contra Barlaamum, Acindynum, & Niceph. Gregoram a Calixto Patriarcha, & Ioanne Cantacuzeno, & Ioanne Palæologo Imperatoribus coacto, in Triclinio Alexiaco ſacrarum Blachernarum. Conuenerant vna Metropolitæ Philotheus Coccinus Heracleenſis poſtmodum

Pa-

Patriarcha Cōſtātinopolitanus, Gregorius Palama Theſſalonicenſis, Arſenius Cyzicenus, Macarius Philadelphienſis, Iacobus Chalcedonenſis, Metrophanes Melenicenſis, Methodius Pontoëracleenſis, Georgius Pegarum, & Parij, Dionyſius Berrhoenſis, Nipho Trapezuntius, Germanus Traianopolitanus, Eſaias Selybrienſis, Gabriel Apri, Callinicus Amaſtridis, Daniel Æni, Euſebius Sugdaiæ, Theodorus Bryſeos, Iacobus Madytorum, Neophytus Byziæ, Ioannicius Garellæ, Euthymius Mediæ, Ioſephus Tenedi, Theodoſius Sozopolis, Theoleptus Metropolita Didymotechi, Tum præterea Adrianopolitanus, & Chryſopolitanus, Amaſienſis, Examilij. Epiſcopi, Heracleæ, Panis, Chariupolis, Pamphyli, Athyræ, Campaniæ, Sardium, Traianopolis, Eleutheropolis: nec non alij Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ proceres, Chartophylax magnæ Eccleſiæ, & Philoſophorum Hypatus Ambaris, Magnus Sceuophylax Euthymius Apocaucus, Sacellarius magnæ Eccleſiæ Michaël Cabaſila, Magnæ Eccleſiæ Referendarius Manuel Siluester, Magnæ Eccleſiæ a ſupplicationibus Theodorus Perdicca, Sceuophylax Imperatorij Cleri Georgius Perdicca, Magnæ Eccleſiæ a Sacra Conſtitutione Michaël Maniaces, Præ-

ſes

ſes Monaſteriorum Diaconus Choniata.
En tibi quærẽti gregem Schiſmaticorum, &
globum Hæreticorum, tanquam qui Gregoram Palamam, & ſchiſmatis, & hæreſeon Patronum pertinaciſſimum ſequuntur,
& illius male ſanas opiniones tutantes, contrarias, rectas, atque integras oppugnant:
hi omnes gregatim, conglobatimq;, etiam perinuiti, atque aduerſiſſimi, veritatis radio compulſi proceſſionem Spiritus ex Filio confitentur, & additionem, cum ſuam defendere nituntur in Tomo Synodico probant. Si his non conquieſcis, neque ſi Græcos alios omnes nemine excepto aceruatim vno ſigno conuenientes produxero, non conquieſces. Sed non puto te adeo litigioſum hominem eſſe. Hi itaque Schiſmatici in Tomo; Ἡ δὲ θεία Σύνοδος ἀχώριστον μὲν ἴσμεν ἔφη τὴν θείαν οὐσίαν, καὶ τὴν θείαν, καὶ φυσικὴν ἐνέργειαν. οὐ γάρ ποτε ἐνέργεια εἴη ἂν τῆς ἑαυτῆς οὐσίας χωρίς. περὶ μέντοι τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδημιουργημένων ἔφη. τίς οὐκ οἶδεν, εἰ μὴ κατὰ τοὺς ἀντιλέγοντας τῇ Ἐκκλησίᾳ παραπαίοι, ὅτι πᾶν δημιούργημα τῆς ἐνεργείας τοῦ δημιουργήσαντος, ἀλλ' οὐ τῆς οὐσίας μεταλαγχάνει. οὐ γὰρ ἡ οἰκία τῆς τοῦ οἰκοδόμου, οὐδὲ ναῦς τῆς τοῦ ναυπηγήσαντος μετείληχεν οὐσίας, ἀλλὰ τῆς τέχνης, καὶ τῆς ἐνεργείας κατὰ τὸν Νύσσης θεολόγον. *Sacra Synodus dixit, indiuiſam cognoſcimus diuinam eſſentiam, & ſacram*

cram, & naturalem actionem. Neque enim vnquam actio assignabitur a sua essentia diuisa. De ijs vero quæ ab initio a Deo creata fuere dixit. Quis nescit, nisi vti qui Ecclesiæ contradicunt, insaniat, Quidquid creatum est, actionis Creatoris, non vero essentiæ particeps esse? Domus enim non ædificatoris, neque nauis naupegi essentiæ, sed artis, & actionis, vt Nyssenus Theologus decernit, particeps est. Et explanatius. Τὴν θείαν ἐνέργειαν ἐκ τῆς θείας οὐσίας εἶναι διαῤῥήδην τῶν ἁγίων βοώντων ἀκηκοότες, οὐχ ὡς τὰ πάντα ἐν τῷ Θεῷ, καὶ ταύτην οὕτω νομίζομεν καθάπερ τοῖς διαφερομένοις σὺν πολλοῖς ἑτέροις ἀτόποις, καὶ τοῦτο δοκεῖ. τὸ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ κἀπὶ τῶν κτισμάτων εἴρηται, τὸ δὲ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ ἐπ' οὐδενὸς εἴρηταί ποτε τῶν ποιημάτων, μάλιστα μὲν οὖν ἀπείρηται παντελῶς τοῦτό γε τοῖς ἁγίοις, ὅτε γὰρ μέγας Βασίλειος, τὸ ποιούμενόν, φησιν οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ ποιοῦντός ἐστι, καὶ ὁ θεῖος Δαμασκηνός. ἡ κτίσις γὰρ καὶ μετὰ ταῦτα γέγονεν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας. καὶ πάλιν, κτίσις γὰρ καὶ ποίησις τὸ ἔξωθεν, καὶ οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ κτίζοντος, καὶ ποιοῦντος γενέσθαι τὸ κτιζόμενον καὶ ποιούμενον ἀνόμοιον παντελῶς. οὐμὴν ἀλλ' οὐδ' ὡς ἔξωθεν τῆς θείας οὐσίας αὐτὴν ἐκ τῆς θείας οὐσίας ὑπειλήφαμεν εἶναι. ὥστε καὶ τοῦ ληρεῖν οὐ τοσοῦτον ἀσεβῶς ὅσον ἀμαθῶς τοῖς δι' ἐναντίας ἐπῆλθε, μή ποτέ τις οὕτως φρενῶν ἐκσταίη, ἀλλ' οὐσιώδη, καὶ φυσικὴν ταύτην τοῦ Θεοῦ κτίσιν οὐκ ἐκ τῶν θεολόγους εἰδότες, ὡς πηγῆς ἀεννάου φαμὲν τῆς θείας οὐσίας προέρχεσθαι,

καὶ

καὶ ταύτης χωρὶς οὐδέποτε θεωρεῖσθαι, ἀλλ' ἀδιαίρετον αὐτῆς ἀεὶ διαμένειν ἐξ ἀϊδίου τε τῇ θείᾳ συνυπάρχειν οὐσίᾳ, καὶ ἀχωρίστως ἡνωμένην εἶναι, μὴ τ' αἰῶνι, μήτε χρονικῷ, ἢ τοπικῷ τινι διαστήματι τῆς θείας οὐσίας διαιρεῖσθαί ποτε δυναμένην, ἀλλ' ἀχρόνως, καὶ προαιωνίως ἐξ αὐτῆς προϊοῦσαν, καὶ ἀδιασπάστως αὐτῇ συνοῦσαν. *Diuinam essentiam, seu operationem ex diuina essentia esse cum a Patribus id aperte clamantibus audiuerimus, non vt omnia ex Deo, & hanc non alia ratione concipimus, vti illis, qui a nobis dissident, inter alia multa absurda, & hoc quoque videtur: nanque ex Deo, & de rebus creatis dicitur; veruntamen ex essentia Dei de nulla creatura vnquam dictum est; quinimo hoc prorsus prohibetur a Sanctis Patribus. Etenim magnus Basilius; Quod fit, inquit, non ex essentia factoris est. Et diuinus Damascenus; Creatio licet postmodum fuerit, veruntamen non ex essentia Dei. Rursusque: Creatio, & factio extra est, & non ex essentia creatoris, & factoris, quod creatur, & fit, cum prorsus dissimile sit, fit. Non tamen extra diuinam essentiam, ex diuina essentia esse intelligimus, sicuti illud blaterare, non solum impie, sed ignoranter aduersarijs venit in mentem, (non sit, qui ita insaniat) sed essentialem, & naturalem hanc Dei motionem existentem, Theologis ita decernentibus, scientes, quasi ex fonte dicimus, diuina essentia progredi, & effun-*

fundi, & absque ea nunquam intelligi, sed indiuisam ab ea perpetuo perseuerare, & ab æterno simul cum diuina essentia existere, & inseparabiliter vnitam esse, quæ nec seculo, nec temporario, aut locali aliquo interuallo a diuina essentia separari vnquam valet: sed absque tempore, & ante secula ex ipso procedit, & indiuisibiliter illi inhæret. Præter iam dictos, & supra commemoratos, hæc omnia confirmata sunt, & approbata a Monachis Hagioritanis. Vides? Schismatici docent, aliud notare, esse ex Deo & aliud, esse ex essentia Dei: esse ex Deo sæpe ad creaturas, quæ sunt ad extra, & non sunt eiusdem cum Deo essentiæ: esse ex essentia ad internam, naturalem, & essentialem actionem, & processionem referri: tum enim ex ea progreditur, & effunditur ab æterno inseparabiliter, non temporario, non locali interuallo, ante sæcula, quod ex essentia Dei est. Sed Spiritus a Patribus Græcis dicitur esse ex essentia Filij. Conclude tu cum Schismaticis, quando Catholicos excludis. Et contendes, Ecclesiam Græcam non æque atque Pontificios in processione Spiritus sentire? Spiritum esse ex essentia Filij, tradunt Cyrillus Orat. Prosphonetica ad Imperatorem Theodosium, Secundo libro Thesaurorum sæpius, & Expositione in Ioannem, Epi-

phanius in Ancyroto, Athanasius in Orat. de incarnata Dei Verbi Oeconomia; & ex Schismaticis Georgius Cyprius in Tomo, Demetrius Chrysolora Dialogo Antirrhetico contra Demetrium Cydonium pro Nilo Thessalonicense, quorum testimonia habes in Hottingero cap. 18. Et hæc de Dogmate, quid de additione? Non alia. Iidem Schismatici in eodem Tomo. Καὶ προσήχθησαν, καὶ οἱ θορυβοῦντες, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν κατατέμνοντες οὗτοι. Καὶ ἠρωτήθησαν, τίνος ἕνεκεν Βασιλέως εὐσεβῶς ζῶντος παρ' αὐτῶν τοιαῦτα κατὰ τῆς εὐσεβείας τολμᾶται. οἱ δὲ ᾐτιάσαντο προσθήκην τινὰ ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῶν χειροτονουμένων ἀρχιερέων γεγενημένην. ἐν αἰτίαις δὲ ἐποιοῦντο καὶ τὸν Θεσσαλονίκης. ἐπειδὴ σκανδαλίζεσθαι ἔλεγον κατ' αὐτὸν ἔν τισι τῶν πρὸς Βαρλαὰμ, καὶ Ἀκίνδυνον ἀντιρρητικῶς εἰρημένων. *Adducti sunt, qui tumultuabantur, & scindebant Ecclesiam, interrogatique, quam ob causam, Imperatore vitam pie agente, ab ipsis contra pietatem similia auderentur. Illi criminati sunt quandam additionem factam in professione Fidei eorum, qui Præsules ordinantur. Insuper accusabant Thessalonicensem, nanque scandalizari sese dicebant de nonnullis, quæ ille aduersus Barlaamum, & Acindynum scribens dixerat.* His se culpa liberans Synodus respondit. Ἐπὶ τούτοις ἡ θεία Σύνοδος πρὸς τὴν φατὲ δυσχεραίνειν, φησὶ, προσθή-

θήκην, ἥ τις οὐδὲ προσθήκη ἂν καλοῖτο δικαίως, ὡς ἀνάπτυξις οὖσα τῆς ἁγίας, καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης Συνόδου, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἀποκήρυξις Βαρλαάμ τε, καὶ Ἀκινδύνου. ἣν οἱ μεμφόμενοι δῆλοι πάντως τοῖς καὶ ὁπωσοῦν συνιεῖσιν τὰ τοῦ Βαρλαὰμ, καὶ Ἀκινδύνου ἀντιποιούμενοι. *Ad hæc ſancta Synodus, ad illam additionem, quam vos æquo animo ferre non poſſe affirmatis, dicit; immerito eam vocari additionem, tanquam quæ expoſit o eſt ſanctæ & Oecumenicæ Sextæ Synodi, quæ nihil aliud eſt quam rerum Barlaami, & Acindyni abdicatio. Eam qui criminantur, manifeſto deprehenduntur, etiam illis qui non ita cordati ſunt, Barlaami, atque Acindyni res tutari.* Horum itaque Schiſmaticorum decreto, additio, quæ expoſitio ſit, non condemnatur. Nihil ergo concluditur, cum effertur, *Græcos ad hæc vſque tempora illas particulas in Symbolo non appoſuiſſe, cauſam eſſe non conſenſum cum Latinis, ſed reuerentia maiorum ſuorum, & metus anathematiſmi Epheſini, licet præpoſteri.* Nam ſi tanta eſſet reuerentia, & metus anathematiſmi, non addidiſſent in ſuis, & poſtquam addidere, excuſaſſent, additionem illam non eſſe nouum, aut alienum dogma, ſed expoſitionem dogmatis. quod poſſe abſque læſione dogmatis fieri, Synodum Chalcedonenſem Patres defendentes aduerſus eam

culpantes ſtatuerunt: & quod magis eſt Synodus ipſa Chalcedonenſis. Nilus præterea ſchiſmaticus additionem improbat, eo ſolum nomine, quod abſque conuentu Græcorum conſentientium facta ſit. Ergo non ſimpliciter prohibetur additio per Nilum, ſed quæ facta eſt non conſentientibus Græcis. Sed an ita neceſſaria ſit in Diœceſi ſaltem Romana iſta Græcorum aſſenſio, decernent alij. Ego conſenſionem vrgeo. Parthenij Synodus, cum vniuerſalis non ſit, fidem parum, aut nullam apud Græcos meretur, niſi in quibus cum alijs Patribus, & Concilijs concordat. Et Parthenius vnus eſt, non præferendus tot alijs: etſi præponendus Cyrillo Lucari ob hoc ſolum, quod proceſſionem ex Filio negat, præferendus etiam eſt in alijs, quæ ipſe cum alijs ſua Synodo damnat; & Reformatorum fere omnes, eæque præcipue opiniones, & hæreſes vna ſimul exploduntur, & improbantur. Et ſic quoque Eccleſia Græca in quamplurimis accedet ad Pontificiam, recedet a Reformatis, contra inſaniſſimi Hottingeri præcipitem confidentiam. Tu vero teſtimonia Schiſmaticorum emendicas, ego tibi ipſius Eccleſiæ Græcæ dicta apponam, quibus non negabis fidem, exiſtimo. Simon Conſtantinopolitanus Epiſtola ad Ioannem No-

Nomophylacem : Αἷς οἰκουμενικαῖς ἁγίαις Συνόδοις ἡ ὀρθοδοξότατος τῶν Γραικῶν Ἐκκλησία ἐν ἅπασιν ἀκολουθήσασα διὰ τῶν θείων μάλιστα ποιητῶν τῶν καλλιωάντων καὶ ὡραϊσάντων αὐτὴν θείοις ἑαυτῶν μελῳδήμασι, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνέκαθεν, καὶ μέχρι τῆς σήμερον δι' υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐν παῤῥησίᾳ τρανᾶις ταῖς φωναῖς θεολογεῖ ἐκπορεύεσθαι, καὶ οὐ μὴν ἐκ μόνου πατρὸς, ὡς λέγει Φώτιος ὁ Βεκλᾶς, καὶ ὁ τούτου διδάσκαλος Θεοδώρητος. Καὶ γὰρ ἡ αὐτὴ εἰς ἀκραιφνῆ παράστασιν τῆς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς κατ' ἰδίαν φυσικὴν ὕπαρξιν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως ἐν μὲν τῇ ἕκτῃ ᾠδῇ τοῦ κανόνος τῆς δευτέρας ἑβδομάδος τῆς πρὸς εἱρμὸν, Σπλάγχνων Ἰωνᾶν, ἐν βιβλίῳ Τριῳδίῳ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποτεινομένη, οὕτω κατὰ ῥῆμα μελῳδοῦσα θεολογεῖ. Ἴθι πρὸς ἡμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μετόχους τῆς σῆς ἀπεργαζόμενον ἁγιότητος, καὶ φωτὸς ἀνεσπέρου καὶ θείας ζωῆς, καὶ τῆς εὐωδεστάτης διαδόσεως. σὺ γὰρ ποταμὸς θεότητος ἐκ τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορευόμενον. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ ἤχῳ τῆς Ὀκτωήχου πρὸς τὸν Σωτῆρα ἡμῶν μελποῦσα οὑτωσὶ λέγει. Ἔθου ἡμῖν ἀκαταίσχυντον πρέσβυν τὴν σὲ τεκοῦσαν, Χριστὲ, ταύτης ταῖς ἐντεύξεσιν ἵλεω νέμοις ἡμῖν πνεῦμα μεταδοτικὸν ἀγαθότητος, ἐκ πατρὸς διὰ σοῦ προερχόμενον. Καὶ ταῦτα ἡ αὐτὴ διὰ τοῦ θείου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. διὰ δὲ τοῦ θειοτάτου Μεταφραστοῦ Συμεῶνος ἐν τῷ προοιμίῳ, τοῦ ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς παρ' αὐτῇ ἀναγινωσκομένου ἀναγνώσματος τοῦ μαρτυρίου τοῦ ἐν ἁγίοις Διονυσίου

τοῦ Ἀρεοπαγίτου οὑτωσί πως δογματίζει ἐπὶ λέξεως. Πάλαι μὲν ἐν τύποις ἦν τὰ τῆς πίστεως, καὶ αἰνίγμασι, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας φέγγος τοῖς τῆς σκιᾶς νέφεσι συνεκαλύπτετο. ἐπεὶ δὲ τὸ μέγα τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἐπραγματεύθη μυστήριον, καὶ ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, τῷ τῆς οἰκείας περὶ ἡμᾶς οἴκτῳ χρηστότητος ἀναμαρτήτως, γέγονεν ὡς ἡμεῖς, τἆλλά τε ὑπῆλθεν ὅσα τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶν ἀσθενείας, ἵνα ἐγὼ τὴν προτέραν ἀπολάβω εὐγλυφίαν, καὶ τέλος τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον κατακρίνεται. Καὶ ἵνα μὴ τὰ καθ᾽ ἕκαστον λέγω, πολλὰ τὰ ἐν μέσῳ τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ μυστήρια πέρας τὰ τῆς σωματικῆς ἐνδημίας δέχεται. Τὰ δὲ τοῦ πνεύματος ἄρχεται, καὶ εἰς οὐρανοὺς ὁ ἐμὸς Χριστὸς ἀναφέρεται, καὶ πρὸς τὸν πατρικὸν ἐπάνεισι θρόνον, καὶ τὸ ἐκπορευόμενον αὐτοῦ πνεῦμα ἐπὶ τὴν τῶν ἀπίστων ἐθνῶν καταπέμπει τοῖς μαθηταῖς ὁδηγίαν. δι᾽ οὗ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐπὶ τῆς σκιᾶς ἐχειραγωγήθη πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Εἰ γὰρ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν μὴ ὡς ἐκπορευόμενον αὐτοῦ τὸ πνεῦμα ἐπὶ τὴν τῶν ἀπίστων ἐθνῶν ὁδηγίαν αὐτὸ κατέπεμψε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἀλλ᾽ ἀνομοίως τῷ πατρί, ὥσπερ τινὲς δόξαι βιάζονται, παρεξηγούμενοί τε τὴν τοιαύτην ἱερὰν θεολογίαν τοῦ θείου Μεταφραστοῦ, καὶ δογματίζοντες, ὡς δῆλον, ἐξ ὧν ἀνοήτως λέγουσιν, ὡς τοῦ μὲν πατρὸς ἐκπέμπεται, ὡς συμφυὲς ἐκείνῳ, καὶ ὁμοούσιον, ὅτι ὡς ἐκπορευόμενον ἐκεῖθεν φυσικῶς, τουτέστιν ἀποστέλλεται, τοῦ δὲ υἱοῦ οὐ μέντοι, ἀλλ᾽ ὡς ἑτεροφυές τε, καὶ ὑποχείριον, ὅτι οὐχ ὡς ἐκείνου ἐκπορευόμενον καθάπερ

περ

περ καὶ τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἔξωθεν τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καθάπερ καὶ τὰ εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα θεόθεν λειτουργικὰ πνεύματα, ἔστιν τοῦτο παντάπασιν δυσσεβές τε, καὶ βλάσφημον. ἀλλ' ὅτι οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐκεῖθεν ὡς ἐξ οἰκείου φωτὸς τῆς θεϊκῆς αὐτοῦ φύσεως φυσικῶς τε, καὶ ἀμέσως ἐκφαινόμενον, παρ' αὐτοῦ τοῖς ποιήμασι πέμπεται, πρόδηλον ἐξ ὧν ἡ αὐτοῦ Ἐκκλησία ἐν μὲν τῇ ἑβδόμῃ ᾠδῇ τοῦ κανόνος τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ θεολόγου, τοῦ ψαλλομένου ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, τοῦ Μαΐου μηνὸς πρὸς εἱρμὸν, Θεοῦ συγκατάβασιν, πρὸς αὐτὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν λέγον τοῦ πατρὸς ἄδεια ὑποσίπως θεολογεῖ. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πατρὸς ἀνάρχου ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ σοῦ ἀμέσως ἐκλάμψαν μονογενὲς λόγε Θεοῦ τοῖς Ἀποστόλοις κραυγάζειν αἰνίγματι, ὁ τῶν πατέρων Θεὸς εὐλογητὸς εἶ. ἐν δὲ μιᾷ τῶν μυστικῶν εὐχῶν τῆς θείας λειτουργίας τοῦ ἐν ἁγίοις μεγάλου Βασιλείου πρὸς Θεὸν τὸν πατέρα ἀποτεινομένῃ, οὕτως περὶ τῆς εἰρημένης, τῆς ἐκ τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ δηλαδὴ τοῦ υἱοῦ ἐκφάνσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ ῥῆμα διέξεισιν, Ἄναρχε, ἀόρατε, ἀκατάληπτε ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, ὅς ἐστιν εἰκὼν τῆς σῆς ἀγαθότητος, σφραγὶς ἰσότυπος, ἐν ἑαυτῷ δεικνύς σε τὸν πατέρα, λόγος ζῶν, Θεὸς ἀληθινὸς, ἡ πρὸ αἰώνων σοφία, ζωὴ, ἁγιασμὸς, δύναμις, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, παρ' οὗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξεφάνη, τὸ τῆς ἀληθείας πνεῦμα, τὸ τῆς υἱοθεσίας χάρισμα, ὁ ἀῤῥαβὼν τῆς μελλούσης κληρονομίας. καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ περὶ ταῦτα σκεπτέον, ὅτι

ὅτι ὁ Σωτὴρ ἡμῶν θεάνθρωπος ὤν, καθὸ Θεὸς λόγος ὁ αὐτὸς ἐξ οἰκείου φωτὸς τῆς ὑπερφυοῦς μακαρίας αὐτοῦ φύσεως ἐκφαίνει φυσικῶς κατ' ἰδίαν ὕπαρξιν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ γὰρ ἀδύνατόν τι ὡς ἐκ φωτὸς παρά τινος ἐκφαίνεσθαι μὴ φυσικῶς τε, καὶ ἀμερίστως καὶ ἀεὶ ἐξαντλήτως ἔνθεν πηγάζεσθαι, καὶ ὡς ἐκείνῳ συνυπαρκτόν τε, καὶ σύγχρονον. Καὶ καθὸ ἀληθὴς ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς τὴν θείαν ὑπεροχὴν τοῦ τοιοῦδε ἁγίου πνεύματος διὰ ζώσης φωνῆς πολυτρόπως ἐφανέρωσε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, οὐ δουλοπρεπῶς δέ, ὡς ἕκαστος τῶν καθ' ἡμᾶς ἁγίων, ὅτι οὐ ψιλῶς ἄνθρωπος ἦν ὁ αὐτός, ἀλλὰ Θεὸς λόγος σεσαρκωμένος ὢν θεοπρεπῶς, ὡς ἐξ οἰκείου φωτὸς τῆς ὑπερθέου αὐτοῦ θεότητος πηγάζων αὐτό, ἤγουν ἐκφαίνων αὐτὸ φυσικῶς. ἅπερ ἀμφότερα δηλοῖ ἡ, φαίνω, φωνή. φαίνω γὰρ τὸ λάμπω φασί, καὶ Φαίνω τὸ φανερῶ. Διὸ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ τοῦ πνεύματος λόγῳ. Τὸ αὐτὸ πνεῦμα φησὶ τοῖς μαθηταῖς κατὰ μέρος ἐπιδημεῖ τῇ τῶν δεχομένων δυνάμει παραμετρούμενον, ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου μετὰ τὸ πάθος, μετὰ τὴν ἄνοδον τὰς δυνάμεις ἐπιτελοῦν, ἐμφυσώμενον, ἐν γλώσσαις πυρίναις φαινόμενον, καὶ ὑπὸ Ἰησοῦ κατ' ὀλίγον ἐκφαίνεται, ἀντὶ τοῦ, καὶ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐκφαίνεται. Κατ' ὀλίγον δὲ τῇ τῶν δεχομένων δηλονότι δυνάμει παραμετρούμενον. ὅτι τριστῶς καθόσον οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ οἷοί τε ἦσαν χωρεῖν κατὰ καιροὺς τρεῖς, ὡς φησὶν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ τῆς Πεντηκοστῆς λόγῳ, πρὶν δοξασθῆναι Χριστὸν τῷ πάθει, μετὰ τὸ δοξασθῆναι τῇ ἀναστάσει, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν, ἢ ἀπο-

κατά-

κατάστασιν, ἢ ὅτι χρὴ λέγειν. δηλοῖ δὲ ἡ πρώτη τῶν νόσων, καὶ ἡ τῶν πνευμάτων κάθαρσις, οὐκ αὐτοῦ πνεύματος δηλαδὴ γενομένη, καὶ τὸ μετὰ τὴν οἰκονομίαν ἐμφύσημα σαφῶς ὂν ἔμπνευσις θειοτέρα, ἤγουν σαφῶς ὢν ἀπεικόνισμα ἐμπνεύσεως θειοτάτης τοῦ πνεύματος. καὶ ὁ νῦν μερισμὸς τῶν πυρίνων γλωσσῶν, ᾧ καὶ πανηγυρίζομεν, ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἀμυδρῶς, τὸ δὲ δεύτερον ἐκτυπώτερον, τὸ δὲ νῦν, ἤγουν τῶν πυρίνων γλωσσῶν, τελειώτερον, ὡς παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, δηλονότι κατὰ φύσιν οὐρανόθεν ὡς ἐπηγγείλατο τοῖς μαθηταῖς ἐκπεμπόμενον. ὅθεν ἡ εὐσεβὴς τῶν Γραικῶν Ἐκκλησία ἐν ἑνὶ τροπαρίῳ τῶν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κανόνων πρὸς αὐτὸν τὸν Σωτῆρα ἡμῶν μελῳδοῦσα οὑτωσὶ μέλπει. Ἄναξ ἀνάκτων, οἷος ἐξ οἵου μόνος, λόγος προελθὼν πατρὸς ἐξ ἀναιτίου, Ἰσοσθενές σου πνεῦμα τοῖς Ἀποστόλοις, Νημερτὲς ἐξέπεμψας ὡς εὐεργέτης, ἀντὶ τοῦ, νημερτὲς, καὶ ὄντως, καὶ φύσει καὶ ἀληθείᾳ τὸ ἰσοσθενές σου πνεῦμα τοῖς Ἀποστόλοις κατ' ἰδίαν ὑπόσχεσιν ἐξ ἑαυτοῦ ἔπεμψας, ὡς καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος δημηγορῶν ἐν ταῖς Πράξεσιν Ἰουδαίοις διισχυρίζεται λέγων, Ἐξ ἑαυτοῦ ἔχεε τοῦτο, ὃ ὑμεῖς ἀκούετε καὶ βλέπετε. αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ, ἐξέχεε, καὶ οὐ μὴν ἔξωθεν, ὡς νοεῖν δίδωσιν, ἐξ ὧν λέγει ὁ Βουλγαρίας Θεοφύλακτος. ὅθεν ἡ Ἐκκλησία ἐν ἑνὶ τῷ τῆς Πεντηκοστῆς ἀπολυτικίῳ αὐτῆς πρὸς ἐναργῆ παράστασιν τῆς τοιᾶσδε ἀληθείας οὑτωσὶ τῷ λαῷ ἐκφωνεῖ. Ὁ ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν καταπέμψας ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου Ἀποστόλους, καὶ μαθηταῖς τὸ

πνεῦ-

πνεῦμά σου τὸ ἅγιον Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου μητρός σου. Καὶ τὰ λοιπά. ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν οὐρανόθεν κατέπεμψεν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἐνταῦθα θεολογεῖ ἡ ἀεὶ ὀρθοφρονοῦσα ἐν ἅπασιν εὐσεβὴς τῶν Γραικῶν Ἐκκλησία, ἵνα μάθοιμεν, ὅτι οὐχ ἑτέρως ἐξ ἑαυτοῦ πέμπεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ ὡς ἐκ πυρίνου δυνάμεως, τῆς θεϊκῆς φύσεως αὐτοῦ τε, καὶ τοῦ πατρὸς καθάπερ ἀναλόγως, οὐδὲ φλὸξ ἑτέρωθεν δύναται πέμπεσθαι κατ' ἀκολουθίαν φυσικῆς πέμψεως, ἥτις δεῖ ἐν τῇ τριάδι νομίζεσθαι, ἢ ὡς πῦρ ἐκ πυρὸς κατὰ τὸ ᾀδόμενον παρὰ τῆς τριάδος Ἐκκλησίας περὶ τοῦ τοιούτου ἁγίου πνεύματος, πῦρ ἐκ πυρὸς προϊὸν, καίτοι προϊὸν ἐκ πατρὸς, καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, φησὶν ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων ποιμὴν, ὁ μέγας δηλαδὴ Κύριλλος ἐν τῷ τριακοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τῶν Θησαυρῶν, οὐ τὸ ἐπιπίτλωμα, ἐκ τῆς οὐσίας πατρὸς, καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ μέντοι καὶ ἐξ υἱοῦ, καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. οὐ μόνος ὁ αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ ὁμοῦ ἡ ἅπασα θεόλεκτος σύλλογος τῶν θείων διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας, καὶ οἱ αὐτῆς ἅγιοι ποιηταὶ, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῷ πρὸς τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἡμετέρῳ Συντάγματι προδήλως διὰ τῶν ἱερῶν αὐτῶν συγγραμμάτων δέδειχα μὲν διαπρυσίως θεολογοῦσιν. *Quas uniuersales sanctas Synodos rectis dogmatibus quam maxime addicta Graecorum Ecclesia in omnibus secuta per diuinos potissimum Poëtas, qui eam adornarunt,*

&

& per quam speciosam reddiderunt suis diuinis Poëmatibus, Spiritum sanctum iam dudum, & ad hunc diem per Filium, & ex Filio publice, & confidenter apertis verbis fatetur procedere, & non ex solo Patre, vt Photius Beclas, illiusque magister Theodoretus asserunt: Nanque ipsa in claram affirmationem per Filium secundum propriam existentiam ex Patre Spiritus sancti processionem in septima secundæ hebdomadis Canonis Ode, quæ concinnitur ad Hirmum, Interiorum Ionan, modulatur; in libro Triodio nuncupato ad Spiritum sanctum sermone conuerso, hunc in modum ipsissimis verbis concinens decernit; Veni ad nos Spiritus sancte, tuæ sanctitatis nos participes faciens, & luminis nunquam occidentis, & diuinæ vitæ & odoratissimæ distributionis. Tu siquidem es fluuius Deitatis ex Patre per Filium procedens. In tertio vero tono Octoëchi ad Saluatorem nostrum canens, sic effatur; Posuisti nobis legatum, quam non pudet, tuam genitricem Christe; huius supplicationibus propitium tribue nobis Spiritum communicatiuum bonitatis ex Patre per te progredientem. Et hæc eadem ipsa per Ioannem Damascenum: Sed per diuinissimum Simeonem Metaphrastem in proœmio Lectionis Martyrij sancti Dionysij Areopagitæ, quæ legitur tertio Octobris die, hisce verbis decernit; Antiquitus quidem res fidei in figuris

erant,

erant, & ænigmatibus, & veritatis lumen umbra nebula occultabantur, cum vero magnum nostræ salutis mysterium absolutum est, & qui corda nostra creauerat propriæ bonitatis circa nos misericordia absque peccato, uti nos factus est, aliaque subijt, quæ humanæ infirmitatis sunt, ut ego pristinam nobilitatem recuperarem, tandemque morte per crucem multatur. & ne singula persequar, quæ in suæ œconomiæ medio peregit, tandem, quæ corporei decessus sunt, subijt, &, quæ spiritus sunt, initium capiunt, & in cælos meus Christus transmigrat, & ad paternum solium reuertitur, & procedentem ab ipso spiritum in infidelium gentilium ducem ablegat, per quem beatus Paulus ex umbra ad veritatem manuductus est. Etenim si Saluator, non ut ab ipso procedentem Spiritum infidelibus gentilibus ducem præbuisset suis discipulis, non uti Pater, quemadmodum nonnulli demonstrare nituntur, male hanc sacram Theologiam diuini Metaphrastæ interpretantes, & decernentes, ut planum est, ex ijs quæ inconsiderate effutiunt, a Patre quidem mitti, uti illi connaturalem, & consubstantialem, tanquam qui ex eo procedat naturaliter, hoc est mittatur: a Filio vero alio modo, uti alienæ naturæ, & subditum, quod non tanquam ex ipso procedens, sicuti ex Patre, sed extra essentiam eius, quemadmodum, & qui mittuntur

tur

tur Spiritus a Deo in ministerium spiritus; quod est prorsus impium blasphemumque. At hoc non ita se habet, Apparens siquidem ex Filio, uti ex proprio lumine diuinæ illius naturæ naturaliter & indiuise ex ipso mittitur ad creaturas. Hocque manifestum est ex ijs, quæ eadem Ecclesia in septima Ode Canonis in S. Ioannem Theologum, qui die octauo mensis Maij canitur ad Hirmum; Dei condescensionem, ad ipsum Vnigenitum Deum Verbum Patris concinens, ita decernit; Spiritus sanctus ex Patre absque principio procedens, & ex te indiuise elucens, Vnigenitum Verbum Dei Apostolis clamare denunciauit, Patrum Deus benedictus es. Et in vna mystica oratione diuinæ Missæ sancti magni Basilij ad Deum Patrem orationem conuertens hunc in modum de iam dicta ex lumine vero, Filio nempe, apparitione Spiritus sancti hæc ad verbum edisserit; Absque principio, inuisibilis, incomprehensibilis Pater domini nostri Iesu Christi, magni Dei, & Saluatoris nostri, qui est imago tuæ bonitatis, sigillum æquale, in se ipso te Patrem ostendens, Verbum viuens, Deus verus, ante secula sapientia, vita, sanctificatio, virtus, lumen verum, ex quo Spiritus sanctus apparuit, veritatis Spiritus, adoptionis donum, futuræ hæreditatis arrhabo. &c. Considerandum porro est in his, quod Saluator noster, Deus atque homo existens, vti

Deus

Deus Verbum ipse ex proprio lumine supernaturalis, beataque suæ naturæ emittit naturaliter secundum propriam existentiam Spiritum sanctum. Nanque haud fieri potest, vt aliquid ex lumine alicuius appareat, & non naturaliter, & indiuise, & inexhauste inde effundatur, & tanquam illi coëxistens, & coæuum, & vti verus homo hic idem diuinam præeminentiam huius sancti Spiritus viua voce multimode reuelauit suis discipulis, sed non seruili modo, vti quicunque ex nostris sanctus, quod non purus homo erat ipse, sed Deus Verbum incarnatum diuino quodam modo, vti ex proprio lumine superdiuinæ suæ Deitatis effundens illum, vti ex fonte, promens nempe illum naturaliter. quæ duo vox φαίνω significat, φαίνω siquidem eluceo notat, & reuelo. Quapropter & Theologus Gregorius Oratione de Spiritu, Idem Spiritus, ait, ad Apostolos, ad Discipulos quoq; sigillatim se confert ad excipientium videlicet captum, modulumque sese impertiens, nimirum in Euangelij principio virtutes perficiens, post Christi passionem insufflatus, post ascensum in igneis linguis apparens, quod idem est atque a Saluatore promittitur, sed paulatim recipientium facultati commensuratus. Quin etiam ab ipso Iesu paulatim declaratur, vt ipse quoq; cōperies, Quod in Christi Discipulis ijsque trifariam, prout ipsorum captus ferebat,

tri-

tribus temporibus, vt ipse ait Oratione de Pentecoste, antequam Christus per passionem glorificatus esset, postquam per resurrectionem glorificatus fuit, & denique post eius ad Cœlos Ascensionem, siue restitutionem, siue quocunque alio nomine res ea sit appellanda. Hæc autem perspicue ostendit tum prima illa morborum, spirituumque depulsio, quæ scilicet non absque spiritus numine fiebat, tum illa insufflatio, quæ diuinioris proculdubio inspirationis speciem habebat, tum postremo præsens ignearum linguarum diuisio, quarum primo quidem obscure, secundo expressius, nunc vero perfectius, vti e Saluatore nostro, secundum naturam nempe, de Cœlo, sicut promiserat, missus Discipulis. Hinc pia Græcorum Ecclesia in vno Tropario Canonum in Spiritum sanctum ad ipsum Saluatorem nostrum concinens, ita canit, Rex regum, vnus ex vno solus, manens ex Patre absque causa, æqualem tuum virtute Spiritum Apostolis, vti de illis bene meritus, quasi diceret; vere, & re ipsa, & natura, & veritate æqualem tuum virtute Spiritum Apostolis vti promiseras ex temetipso misisti, vti & diuinus Petrus concione habita ad Iudæos in Actis dicendo contendebat; ex semetipso effudit hunc, quem vos auditis, & videtis: id enim notat, illud, effudit, & non extrinsecus, vt dant intelligere dicta Bulgariæ Theophylacti. Hinc

Ec-

Ecclesia in vno Pētecostes Apolyticio ad apertam confirmationem huiusce veritatis, sic ad populum alta voce pronunciat. Qui in specie ignearum linguarum misisti ad sanctos tuos Apostolos, & Discipulos Spiritum sanctum tuum, Christus verus Deus noster, precibus immaculatissimæ matris tuæ. &c. in specie ignearum linguarum de Cœlo misit Saluator noster suis discipulis Spiritum sanctum, vt hoc in loco decernit, quæ semper in omnibus recte credit pia Græcorum Ecclesia, vt discamus, non alia ratione mittere ex semetipso Spiritum sanctum, quam veluti ex igne spirante, facultate diuinæ naturæ suæ, & Patris, quemadmodum congruente analogia, neque flamma loco ex alio mitti potest, secundum naturalis missionis consequentiam, quæ in Triade modis omnibus ponenda est, quam vt ignis ex igne, iuxta illud quod canit eadem Ecclesia de hoc eodem Spiritu sancto, ignis ex igne progrediens, & tamen progreditur ex Patre, & Filio Spiritus sanctus, ait Alexandrinorum Pastor, magnus nempe Cyrillus in trigesimo quinto Thesaurorum capite, cuius ille titulus est. Ex essentia Patris & Filij Spiritus sanctus. Ad hæc & ex Filio, & per Filium Spiritus sanctus, non solum ipse, sed vniuersus simul a Deo congregatus congressus diuinorum Ecclesiæ Doctorum, & omnes illius sancti Poëtæ, vt in primo ad tuam sanctitatem Commentario

tario nostro satis clare, ex sacris eorundem scriptionibus demonstrauimus, luculenter decernunt.

Concludamus ergo; processionem Spiritus Ecclesia Græca æque atque Latina, & quod magis est, quos desideras, Schismatici, etiam ex Filio expressis verbis asseuerãt, ergo vna eorundem est sententia, & consequenter consensus, licet non exprimant in Symbolo. Ergo insulse inculcãtur illa Allatio. Scripsit Allatius; *differunt in eo a Latinis, quod ipsi de Spiritu sancto dicunt, qui ex Patre procedit, Latini, qui ex Patre, Filioque, id cum Græci non negent, idem cum Latinis dicere existimandi sunt.* Respondet; *Sed quale hoc argumentum; non negant, ergo affirmant? Photiniani quando Symbolum Apostolicum recitant, non negant Christum, & Spiritum sanctum esse æternum Deum, ergo ne idem nobiscum dicere existimandi sunt?* Non est par ratio de Photinianis, & Græcis. Quamuis enim Photiniani diuinitatem Spiritus, & Filij non negabant, attamen in quæstione de ijsdem eosdem non esse Deum contendebant. Græci vero post altercationes non negantes id, de quo tandiu disputatum est, si non negant, cum opus est, vel videntur non dissentire, vel nouo consensu sententiam approbare. Quid vero dices, cum hi ijsdem palam, & aperte in eorum Ritualibus libris processio-

nem etiam ex Filio profitentur. Discitoque, cum veritas ab hostibus veritatis extorquetur, veritatis lumen clarius apparere, tanquam quod ab aduersarijs, & illud occultare contendentibus prolatum est. Ideoque Allatius consensum suum vt plurimum ex ipsis Ecclesiasticæ veritatis hostibus, & potissimum Schismaticis confirmat, vt egit in tractatu de Purgatorio, afferendo testimonia ex Hebræis, & Mohammedanis ipsis, quod tibi non multum arrisisse videtur.

Cum scribis: *Sed parum fuisset, nisi etiam Mahummedani, tanquam Patroni causæ Pontificiæ aduocarentur. Iidem Mahummedani cum Iudæis producuntur ad firmanda pro defunctis suffragia; quamuis hæc argumentandi ratio Bellarmino quoque, & Allatio arriserit, vt inde aliquis suspicari queat, fore aliquando, vt ad testimonia patris mendaciorum recurrant.* Opponens ex aliorum suspicione loquitur: neque enim puto, hominem rerum iudicem callidum similia pronuntiasse. Quam valida sint in comprobanda causa inimicorum vel exterorum testimonia, norunt vel pueri. Ab ipso Ecclesiæ primordio Paulus Apostolus contra gentes nouam suam doctrinam, & verum Deum probans Iesum Christum, & illius resurrectionem in Areopago ex Inscriptione aræ *Ignoto Deo*, & Dei omnipoten-

ten-

tentiam ex antiqui Poëtæ carmine, *In ipſo enim viuimus, & ſumus*, &, *Ipſius genus ſumus*, confirmauit. Et 1. Corint. 15. euellens prauas conſuetudines, *Corrumpunt bonos mores colloquia praua*, & ad Titum mores Cretenſium redarguens, *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* Quinimo Chriſtus ipſe ſuæ diuinitatis, & diuinæ generationis doctrinam, & declarationem minime abhorrens ab ipſo Diabolo publica proclamatione vult recognoſci; *Quid nobis, & tibi Ieſu fili Dei?* Et hoc vti Χριστοαποστολοπατροπαράδοτον fuit in vſu ſemper in Eccleſia Orientali, atque Occidentali ſeruatum, non quod ab dictis teſtimonijs dogma Catholicum ſuam firmitatem habeat, nemo ſiquidem dat, quod non habet, ſed dogmatis certitudinem adeo claram, vt iam dicebam, patentemque eſſe, vt ab ipſis etiam hoſtibus, & aduerſarijs agnita fuerit, & per vim etiam a veritate extorta. Audi Lactantium Firmianum Inſtit. lib. 1. *Sed cum defendamus cauſam veritatis apud eos, qui aberrantes a veritate, falſis religionibus ſeruiunt, quod genus probationis aduerſus eos magis adhibere debemus, quam vt eos Deorum ſuorum teſtimonijs ſeiungamus?* Et infra; *Nec difficile ſane fuit paucorum hominum praua ſentientium redarguere mendacia teſtimonio po-*

pulorum, atque gentium in hac vna re non dissidentium. Et infra; *Sed omittam sane testimonia Prophetarum: ne minus idonea probatio videatur esse ab his, quibus omnino non creditur. Veniamus ad Auctores, & eos ipsos ad veri probationem testes citemus, quibus contra nos vti solent: Poëtas dico, ac Philosophos. Ex his vnum Deum probemus necesse est, non quod illi habuerint cognitam veritatem: sed quod veritatis ipsius tanta est vis, vt nemo possit esse tam cæcus, qui non videat ingerentem se oculis diuinam claritatem.* Augustinus contra Iudæos, Paganos, & Arianos; *Demonstremus etiam nos ex gentibus testimonium Christo fuisse prolatum: quoniam veritas non tacuit clamando etiam per linguas inimicorum suorum. Nonne quando Poëta ille facundissimus inter sua carmina, Iam noua progenies cælo demittitur alto, dicebat, Christo testimonium perhibebat? In dubium hoc veniet, nisi alios ex gentibus idoneos testes, pluraque dicentes in medium introducam. Illum Regem, qui vestram superbiam captiuando perdomuit, Nabuchodonosor regem scilicet Babylonis non prætermittam. Dic Nabuchodonosor, quid in fornace, quo tres viros iustos iniuste immiseras: dic, dic, quid tibi fuerit reuelatum. Nonne inquit tres viros misimus in fornacem ligatos? Et aiunt ei, Vere rex. Ecce, inquit, ego video quatuor viros solutos deambu-*

lan-

lantes in medio ignis, & corruptio nulla est in eis, & aspectus quarto similis est Filio Dei. O alienigena, vnde tibi hoc? Quis tibi annunciauit Filium Dei? non dum quidem mundo nascitur, & similitudo nascentis a te cognoscitur. Vnde tibi hoc? Quis tibi istud annunciauit, nisi quia sic te diuinus ignis intus illuminauit, vt cum illi apud te captiui tenerentur inimici Iudæi, sic diceres testimonium Filio Dei, &c. Cicero in Oratione pro P. Quintio; *Tuum testimonium, quod in aliena re leue esset, id in tua, quoniam contra te est, grauissimum debet esse*. Et tu Iudæorum, ac Muhammedanorum testimonia ad corroboranda Fidei dogmata, æque atque Diaboli forent, Bellarmino, & Allatio in crimen vertis? o tempora! o accisam veræ religionis perspicientiam!

Pergit ad ea, quæ cum Reformatis Græci consentiunt. *In negatione descensus Christi e Cælo in Sacramento Eucharistiæ*. Descensum Christi e Cælo in Sacramentum Eucharistiæ nunquam somniauit Græca Ecclesia, quæ veram, & realem transsubstantiationem panis in corpus, & vini in sanguinem Christi tenet. Siquidem verba consecrationis operatoria esse illius, quod significant, sentit: & sic per omnipotentiam Dei effici, vt, quod antea panis erat, & vinum, fiat

corpus, & sanguis Christi, quæ est vera transubstantiatio, & conuersio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi; Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi Mystag. 4. *Aquam aliquando mutauit in vinum &c. Et non erit dignus, cui credamus, quod vinum in sanguinem transmutarit?* Et infra. *Pro certissimo habeas, panem hunc, qui videtur a nobis, non esse panem, etiam si gustus panem esse sentiat; sed esse corpus Christi.* Chrysostomus Homil. 8. in Matthæum. *Non sunt humanæ virtutis opera, quæ tunc in cœna confecit: ipse nunc quoque operatur, ipse perficit. Ministrorum nos ordinem tenemus, qui vero hoc sanctificat, & transmutat, ipse est.* Idem Oratione de Cœna Dominica, & proditione; Πάρεστιν ὁ Χριστὸς, καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὴν τράπεζαν ἐκείνην κοσμήσας, οὗτος καὶ ταύτην διακοσμεῖ νῦν. οὐ γάρ ἐστιν ἄνθρωπος ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα, καὶ αἷμα Χριστοῦ. ἀλλ' ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός. Σχῆμα γὰρ πληρῶν ἕστηκεν ὁ ἱερεὺς τὰ ῥήματα ἐκεῖνα φθεγγόμενος τῆς προσευχῆς. ἡ δὲ δύναμις καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐστιν. τοῦτό μου τὸ σῶμα, φησί. τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταῤῥυθμίζει, καὶ καθάπερ ἐκείνη ἡ λέγουσα, αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, ἐῤῥήθη μὲν ἅπαξ. διὰ παντὸς δὲ τοῦ χρόνου γίνεται ἔργῳ δυναμοῦσα τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν πρὸς παιδογονίαν, οὕτω καὶ αὕτη ἡ φωνὴ ἡ ἅπαξ λεχθεῖ-

σα

σα καθ' ἑκάστην τὴν τράπεζαν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἐξ ἐκείνου μέχρι σήμερον, καὶ μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας τὴν θυσίαν ἁγιάζει. *Adest & nunc Christus ipse, qui mensam illam ornauerat, ipse & hanc nunc ornat. Non enim homo est, qui proposita facit corpus & sanguinem Christi, sed ille, qui pro nobis crucifixus est Christus. Nam Sacerdos proferens deprecationis verba figuram illius præfert, sed potestas, & gratia a Deo est. Hoc est, ait, corpus meum. Hoc verbum proposita permutat. Et quemadmodum vox illa dicens, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, semel quidem dicta est, semper autem facit operè, confortans ipsam naturam in filiorum propagationem; sic & hæc semel dicta in qualibet mensa apud Ecclesias ab illo vsque ad hoc temporis, & vsque ad eius aduentum sanctificat sacrificium.* Gregorius Nyssenus apud Euthymium in Panoplia Tit. 11. ait; *Quod panis per Verbum Dei, Hoc est corpus meum, sanctificatur, & in corpus Christi mutatur.* Ioannes Damascenus libro 4. Fidei Orthodoxæ cap. 14. *Panis, ac vinum, & aqua per sancti Spiritus inuocationem, & aduentum mirabili modo in Christi corpus, & sanguinem vertuntur.* Theophylactus in cap. 16. Matth. *Non dixit Christus hoc est figura, sed hoc est corpus meum: ineffabili enim operatione transformatur, etiam si nobis videatur panis.* Ad hanc conuersionem non re-

requiritur, vt corpus Christi de nouo producatur, seu reproducatur, neque vt de loco in locum adducatur, tanquam quæ substantialis ista conuersio in eo consistat, quod in locum substantiæ panis accidentia sustentantis, nunc autem omnino desinentis per omnipotentiam Dei succedat corpus Christi, ibidem sustentans accidentia panis; quamuis non vt formas sibi inhærentes, sed altiore tamen proprie dicto sustentationis modo. Non obstat, quod secundum hanc doctrinam, neque substantia Christi, neque vlla eius pars producatur: & modus Christi existendi sacramentaliter sub speciebus, seu accidentibus panis, sit absque extensione partium in ordine ad locum. Nanque sicuti per omnipotentiam Dei fieri potest, & non semel factum est, vt duo corpora se mutuo penetrarent, eodemque loco existerent: Christus nanque Dominus ex vtero illæso prodijt, per ianuas clausas ad discipulos ingressus est: ita etiam eadem Dei virtute fieri potest, vt omnes partes corporis Christi sine extensione sint, sine positione vnius partis extra alteram in ordine ad locum. Neque similiter obstat, quod Christi corporea substantia in Cælis existens, etiam in terris non vno loco tantum, sed vbicunque sacrificium offertur, vel Eucharistia asseruatur, rea-

realem præſentiam habeat: quia præſentia iſta localis, cum accidens quoddam ſubſtantiæ ſit, per diuinam omnipotentiam multiplicari poteſt non multiplicato ſubiecto. Quemadmodum itaque plura corpora in vno loco exiſtentia, non ideo deſinunt eſſe plura, & ſubſtantialiter diuerſa, ita etiam vnum corpus in plurimis locis exiſtens non ideo deſinit eſſe vnum, ſeu ſubſtantialiter indiuiſum. Vide Ioannem Chryſoſtomum lib. 3. de Sacerdotio. Et panis hic & vinum verbis Chriſti conſecrata ſunt vere corpus, & ſanguis Chriſti, & non figura, & typus. Hæc doctrina Romanæ, nec alia Græcæ Eccleſiæ eſt. Quæ vero Reformatorum? Panem eſſe corpus Chriſti, & vinum ſanguineum ſignificatiue, non aliter ac clauis tradita ſit domus, ſceptrum ſit Imperium, & annulus hæreditas: Hic panis me, & nullum alium ſignificat: Vera præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia eſſe vere Capernaiticam Chriſti manducationem: Chriſtum a nobis abeſſe corpore, ſpiritu in nobis habitare: Impanationem, ſuppanationem, phantaſias huius ſeculi deliteſcentis corporis Chriſti: Carnem Chriſti tam ſitu ipſo abeſſe ab ipſis ſignis, quam Cæli, in quos aſcendit a terris, in quibus verſamur, abſunt: Symbola pa-
nis

nis, & vini, si locorum interualla spectes; tanto spatio corpora nostra a Christi carne absunt, quanto summi Cæli, in quos ascendit, & ad extremum vsque diem permansurus est, absunt a nobis in terra versantibus. Immota manet illa regula; verum corpus pluribus in locis esse simul non potest: Hoc est corpus meum, perinde est ac si sponsus abiens det sponsæ annulum, & dicat, Hoc est sponsus,& maritus tuus, quoties hunc annulum exosculata fueris, facito in mei memoriam. & quis omnes de hoc Sacramento Reformatorum ineptias vndique cogeret? Et nihilominus confidenter non verentur dicere Reformati cum illis consentire Græcos in negatione descensus Christi e Cœlo in Sacramentum Eucharistiæ.

In aperta Communionis sub vtraque specie necessitate. Quid hic, vel alius dixerit de Communione sub vtraque specie iudicabunt alij. Allatius apertissimis rationibus docuit, Græcos ipsos non semper sub vtraq; specie mysterium consummare. Pueri siquidem, infirmi, Sacerdotes ipsi in quadragesimali ieiunio, cum celebrant diebus ferialibus, qui solitariam vitam agunt, omnes hi sub vnica specie communicant. Conclude, ergo non est apud ipsos vsus inuiolabilis de vtraque specie: & cum toties sub

vni-

vnica communicant, ſignum eſt eos Communionem tam ſub vtraque ſpecie, quam ſub vnica non condemnare, nec alteram excipere vti ſibi præcepto Eccleſiæ impoſitam, quæ cum libera ſit, & vſu comprobata, ſi quis eſt, qui vtramque ſpeciem præferat, vnicam conuellat, næ ille aduerſus Græcæ Eccleſiæ ſtatuta militat, cum inter ἀδιάφορα ponenda ſit. Et Arcudius, quidquid ex verbis ſuis colligunt alij, ſatis aperte intonat, non Orientalis Eccleſiæ, ſed aliquorum recentiorum Græcorum ſententia ea in re neceſſitatem præcepti imponere. Innuis, Allatium, *Non dum probaſſe Græcos non ea fini panem in vinum intingere, qua nos volumus id fieri.* Lapſus forte in his Grammaticus. Quis ſit finis veſter in eo ritu, cum ritum non obſeruatis, nondum capio. Proba tu prius vos id efficere, prome finem, tum examinabitur, prodendo Græcorum finem, an conueniat. Sic poſſet & Mahumedanus dicere de ſua cœna, *Allatium non dum probaſſe, non ea fine panem in vinum intingere, quo nos volumus id fieri.* Sed hæc ludicra ſunt, & a multis deriſa. Ad ſaniora reuertamur. *Nunquam tamen effugiet Allatius, vt non inuitus etiam deprehendere cogatur, Græcos propterea panem vino tingere, vt ſub vtraque communicent.* Inſtitutor ſimilis

lis

lis intinctionis, quis nam fuerit, adhuc ignoratur, ficuti & fcopus illius: Græci tamen ex pofterioribus nonnulli, ne viderentur inconfiderate rem agere, hanc fibi ritus rationem, vti accommodiorem quærendo inueftigarunt, quam & produxit Allatius, vt fub vtraque dicerentur communicare: fed hoc ftultiffimum eft. Qua enim ratione quis dicetur fub tali, vel tali fpecie communicare, quæ nufquam apparet, vel nufquam eft. Sic etiam ille dicendus veniet, communicare fub vtraque fpecie, qui fub fpecie fola vini, in quo mica panis fuerit proiecta, & poftmodum extracta, communicaret. Ego certe riderem hominem, qui fcio, ceffantibus illis fpeciebus, ftatim, & eodem temporis veftigio corpus, fanguinemque Chrifti effe defınere. Quidquid opinetur communicans, cum falfa illa exiftimatio fit, non communicat id, quod non eft. Et conqueftio *nulla eſt de Pontificijs, quod nihil certi illi referunt*: cum quidquid certi referunt Pontificij, Reformati aut cauillis, aut peruerfis expofitionibus, & corruptelis incertum reddunt, & referentes in Doctorum numero ponere recufant. Et vide. Sionita vnus eft, nec Græcus; Arcudius, Caryophilus, Ecchellenfis, Holftenius plures, Græci, Maronita, Germanus, doctrina, & eru-
di-

ditione Sionita excellentiores : & tamen creditur vni Sionitæ , reijciuntur plures. Abſque ratione ergo conqueruntur Reformati, nihil certi referri a Pontificijs, cum quæ certa referuntur, ipſi vel non intelligunt , vel nolunt intelligere ; *vel nolunt omnia credere, quæ Proſelyti Romani ad fauoris aucupium dicunt*. Neque id mirum eſt, cum qui hic vocantur Proſelyti Pontificij, neque ſciunt Reformatis lenocinari, neque ſermonem ad illorum gratiam fingere : ſed rem factaque, vt ſunt, exponere, alijſque , vt exponant , auctores ſunt. Et cum ſcripſiſſet Allatius de modico illo vino, quo panis intingitur, eo exſiccato, & vini quidquid fuerit, deperdito , non amplius vtramque ſpeciem eſſe, ſed vnam tantummodo, & qui panem abſumit, Sacramentum Euchariſtiæ, corporis ſcilicet, ſub vna tantum ſpecie abſumere, cum ibi nulla vini ſubſtantia remaneat, non ſine admiratione interrogat Opponens. *Quid? quorſum abijt ſanguis ille Chriſti, vt vt in ſuperficie tantum hærens, in tenues ne reuoluitur auras ſanguis Chriſti incorruptibilis?* Dictum eſt, ſpecie vini exſiccata, cum tum nulla ſpecies vini eſt, deſinere eſſe, quemadmodum & ſpecie panis ſublata corpus. Hoc enim axioma apud Catholicos commune eſt.
Qua-

Quare ridiculum eſt quærere, *An in tenues reuoluitur auras ſanguis Chriſti incorruptibilis? Sed id nolunt Græci, qui panem conſecratum ab omni corruptione, & putreſcentia vindicant, cumque id aliquando contigiſſe narret Pachymerius, inſtar prodigij, & futurorum malorum prænuncium fuit.* Sunt in ea exiſtimatione Græci, res naturales benedictione Sacerdotis, ſiue Epiſcopi ſubactas, non ſolum ea benedictione, mala, & noxia auerruncandi, ſed etiam ſeſe conſeruandi facultatem acquirere: Hinc aquam, quam ipſi die Epiphaniæ ſacro, cum laudibus, & precibus Deum venerantes benedicunt, nuſquam corrumpi vulgata apud eos opinio eſt, quod cum videretur incredibile nonnullis hic Romæ, & falſo prodi, doctiſſimus, ac clariſſimus Collega meus Stephanus Gradius, eo ipſo benedictionis die guttulum ea implens experimento didicit ad triginta annos incorruptam conſeruatam fuiſſe, quam ipſe, & plerique alij indeprauatam conſpeximus. Sic multo firmius de ſpeciebus conſecratis opinantur; non quod illæ prorſus incorruptibiles ſint, ſed quod illæſæ diutius perennant. Ideo ætate Pachymerij cum illas immutatas vidiſſent, malorum prænuncium reputarunt, non quod illas plane incorruptas exiſtimarent, ſed quod præter

con-

consuetum id contigisset. Quare non videtur absurdum Allatio, vinum, qui erat vere sanguis, exsiccari, & panem, qui erat vere corpus, consumi. cum illa quamuis supra naturã, non tamen extra naturam consecratione sustollantur, & de hoc tenet, quidquid Reformati sentiant, etiam post transubstantiationem sensibus relinqui iudicium, cum palam species illæ sensibus obijciantur. Et quod additur de incorruptibilitate, & corruptibilitate corporis Christi, sub Alexio Angelo enata, non est ad rem. Aliud enim est de corruptibilitate corporis Christi, aliud de specierũ corruptibilitate sermoné esse. Corpus Christi incorruptibile est, species corruptibilis, tempore enim, vel a fidelibus absumptas corrumpi necesse est, & argumentũ contra Allatium cadit. *Vbi nulla vini substantia remanet, ibi sanguis non sumitur. in bibitione sacrificuli nulla vini substantia remanet, ergo nescio, an hoc sint concessuri*. Concludere ignorantiam, non est argumentari contra Allatium, qui plane dicit, sanguinem Christi sub speciebus vini conseruari, donec species intacta, atq; integra est, qua læsa desinit & sanguis esse. Quis enim vnquam Catholicus dixit, in substantia vini remanere sanguinem, cum post cõsecrationem vini nulla amplius substantia vini sit, sed sub specie vini sanguis. Et propter-

pterea argumentaris; *Vbi est odor, color, sapor, humor, fluiditas ipsa vini, ibi etiam est substantia vini. ergo non mera accidentia.* Quis dubitat, ante consecrationem? post consecrationem adest odor, color, sapor, humor fluiditas vini, & reliqua, quæ speciem vini constituunt vt mera accidentia. *Ergo nulla transsubstantiatio.* Hoc vero negatur, vti ineptissimum, cum substantia vini post consecrationem nulla remaneat, sed sub specie vini sanguis Christi, qui sub illis speciebus latet. *Ergo corruit nobilis illa exceptio, Laicos accipiendo corpus Christi, accipere etiam sanguinem, quia corpus non sit abque sanguine. Nego ex assertione, quoniam sanguis non editur sed bibitur.* Mi homo tu ex tua hæresi separas sanguinem a corpore. Pontificij, Græcique, qui corpus Christi sub speciebus agnoscunt vitaliter animatum, in speciebus panis,&vini,etiam si vinum separatum a pane est; & sanguinem item viuum spirantemque, sub speciebus panis totum Christum, & sub speciebus vini totum Christum latere opinantur. licet sanguis bibatur, in illa bibitione etiam comestio est, quemadmodum in comestione bibitio, & sic exceptio illa, quæ apud Pontificios certissima est, non corruit, & argumenta tua nihil concludunt. & Græcos huiusce sententiæ

esse

eſſe, ex libris eorundem Ritualibus memini me fuſe alibi oſtendiſſe.

Interim quæro ex Nihuſio, An quando Græci confitentur ſe in præſanctificatis accipere τὰ ἅγια λείψανα, δῶρα in plurali, id efferant propterea, quia plura ſimul ſunt conſecrata, an quia non vnum, ſed duo ſunt Symbola, quorum fuerunt participes facti? Si non diſplicet, ſit a me reſponſum pro Nihuſio. Græci confitentur in præſanctificatis accipere ſe in plurali numero ἅγια λείψανα, δῶρα, non quia plura ſunt conſecrata, aut plures particulæ, neq; quia panis, vinique ſymbola accipiunt, ſed quia corpus, & ſanguinem ſub vna ſpecie abſumunt: nanque ipſi æque atque Pontificij cum corpus Chriſti viuum teneant, ſub ſpecie panis conſecrati, licet vna ſpecies ſit, corpus & ſanguinem accipiunt, ideoque plurali numero efferunt. Poterat Græcus id efferre in ſingulari, cum vnum corpus abſumat, ſed quia in Miſſa ſeparata intelliguntur, ne vnum abſque alio participare reputaretur, quod recte intendit, verbis exprimit, licet ſanguis ibi ſub ſua propria ſpecie non adſit, ipſe tamen abſumendo corpus, quod ſine ſanguine non eſt, abſumit eodem momento ſub ſpecie vnica panis corpus, & ſanguinem. Quare in Græcis male concluditur, accipi ſacra do-

na in plurali, quia vtroque ſymbolo vtuntur. Tum enim falſum diceret vnicam tantum ſpeciem, & vtramque vſurpans, vt praxis ipſa manifeſte docet, cui contra pugnare, eſſet ſenſibus fidem adimere.

Quam autem Pontificiorum cauſæ hac in parte nihil accedat, ſatis ex ſuperioribus contra Nihuſium diſputatis conſtare poteſt. Si cauſæ Pontificiorum nihil accedit, at accedit cauſæ Allatij probantis conſenſum; ſi in hac etiam ſolemnitate, quæ infrequenter fit, Græci cum Pontificijs conſpirant: vt enim hi die Paraſceues magnæ ſacro, ab integra Miſſa abſtinentes, anteconſacratis vtuntur, & Miſſam celebrant, abſque eo quod vinum conſecrent; ita Græci diebus ferialibus in quadrageſima Miſsã præſanctificatorum, cum libuerit, recitantes, ſola præſanctificata vſurpant, illaq; abſumunt abſq; vini conſecratione. ergo probatur in hoc quoque conſenſio, improbatur diſſenſio.

Admiſſa Clerogamia. De clerogamia plura ſcripſi contra Hottingerum, qui Epiſcopos cum Presbyteris confundit, quod nec Græci, nec Pontificij faciunt. Græcorum Epiſcopi continentiam ſeruant, Hottingerani non item; Græci ante ſacrum ordinem vxores ducunt Virgines, virgines ipſi, non autem poſt: Hottingerani vxores ex

tri-

triuio, ex triuio & ipsi. Et ridiculum est, quod insinuant Reformati, *In re ipsa conuenimus, licet in Rituali aliquo discrepemus*. Iam ergo ipse quoque ex Reformatis disco, in re Rituali discrepantiam, non parere dissidium. Adde etiam, Synodus Trullana, vbi renunciatus fuerit aliquis, Episcopo, vxoris ante quam renunciaretur ductæ commercio, & consuetudine interdicit, seuerioribus vitam Episcoporum continentiæ legibus astringens, non modo, vt ab aliorum vxoribus abstineant, sed & ab ijs quoque, quas tori consortes habuere, neque solum lecti socias non admittant, sed nec sub eodem tecto, aut ijsdem ædibus degere patiantur. Nam etsi fieri potest, vt castos se nihilominus, atque integros seruent, offendi tamen alios exemplo, atque abduci ad deteriora necesse est. Quod licuit Synodo incertæ, & cuius auctoritas etiamnum in dubium vertitur, negabunt Photius, Græcique, Romanæ Synodo in sua Diœcesi licuisse in suis Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis? Trullani profitentur se obseruare antiquum Canonem Apostolicæ perfectionis, & ordinis; quare potius illum in Subdiaconis, Diaconis, & Presbyteris, & non in Episcopis seruant? Quod est perfectionis, & ordinis Apostolici in Sacerdoti-
 bus

bus, quare non & in Episcopis fuerit? si Presbyteri, & reliqui sacris initiati dimittant vxores, tum enim ex illa dimissione nuptiæ, quas ipse conspectu suo Dominus honestauit, & miraculis ibidem editis consecrauit, & quarum sanctitas alijs quoque sacrarum literarum testimonijs asseritur, improbari videntur. Episcopi vero non item, si honestatis, & religionis obtentu dimittant, non improbantur. Eadem amborum conditio est, & quod in vno locum habebit hoc diuortium ob eandem perfectionem, & ordinem, quare non & in altero locum habebit?

Non omittenda grauissima controuersia inter Græcos, & Latinos. De insolubilitate Matrimonij dicemus in Exercitationibus nostris aduersus Creyghtonum, & Syropulum in Historia Concilij Florentini.

Purgatorij negatio, quod apparet ex Concilio Florentino, ex tractatu Græcorum edito Allatius hariolatur. quam vero in sua hariolatione eruditus vir hallucinetur, haud difficulter monstrari aliquando poterit. Expecto demonstrationem. *Iis vero inconstantior Allatius, vbi ex Gabriele Philadelphiensi, Iosepho Bryennio, Georgio Coresio, videre est, Græcos a flammis istis vstulatorijs tantopere abhorrere, vt malint in perniciosissimum, & Origenicum errorem in-*

incidere. Verum est inter Græcos Schismaticos, & hæreticos fuisse nonnullos, qui negarunt: at eos potius amplexatos errorem Origenis, hoc vero falsum est. Vitant siquidem errorem Origenis, & illius sententias cum Origene anathemate feriunt. *Leo ipse sibi contrarius id dicit*. Pace tua dixerim. Allatium non intellexisti. Agit Allatius contra Græcos schismaticos, Purgatorium negantes, contra quos euidentissime probat, si Purgatorium non concedunt, necessario in errorem Origenis cadere, & argumentatur. Mortuorum secundum Græcos tria sunt genera, Iustorum, Damnatorum, & eorum, qui non dum peracta pœnitentia e viuis excedunt. Preces pro Iustis salutares non sunt, sicuti, nec damnatis, Oraculo siquidem Christi discimus, in Inferno nullam esse redemptionem. Ergo si tertius locus non est, in quo preces fructuosæ sint, necessario, ne inutiles eas esse dicamus, condemnatis vsui esse fatendum est. Quod postremum nunquam dicent Græci: ideoque necessario fateri debent Purgatorium. Sed de hoc, si plura cupis, attente legito tractatum nostrum de Purgatorio, in quo precibus illis Deum exorare Ecclesiam Græcam conspicies, vt mortuorum animæ liberentur a tenebris, mœstitia, tormentis,

pœnis, & expurgentur etiam flammis, & pœnis vstulatorijs. Et Conringius non dum respondit. Quod contra Allatium absq; vlla probatione dicitur ridiculum est; *Nihil egisse Allatium in illo tractatu, vt causam suam, si non prodidit, exsibilandam saltem propinauerit. Contendantur modo inuicem ea, quæ ὁ πάνυ Conringius scripserat cum ijs, quæ Allatius reposuit, & patebit vnicuique præiudicijs non fascinato, nihil aliud de scripto Allatij pronunciandum esse, quam ἄῤῥητα ἀμάνω*. Iam triumphat Conringius. Habuit suæ causæ tutissimum patronum. Quis hisce obiectionibus, & argumentis contra Allatium respondebit?

In Ecclesia Græcanica sequiore occurrit nihilominus, & proh dolor! Apostasia a veteri orthodoxa; quod in subsequentibus clarum faciemus. Neque id agimus insultandi Græcis gratia, quorum potius miseremur, & iudicamus eos partim neglectu scripturæ, & cœco obedientiæ studio, partim tyrannide Turcica pressos in deuia discessisse, hodieque nimis rerum aliarum imperitis, imprudentesque sine vlteriori cura, & indagine in antiquam siluam doctoribus ijsdem morbis laborantibus ire: quanquam sex illa ipsa Orthodoxia multa adhuc retinuerint. Et hæc ne faciunt ad probandum schisma cum Pontificijs? Sed antequam examinentur, proponantur singula; *Mutabilitas Infer-*

fernalis, miseriæ non corporalis, sed tantum in tenebris, nescio quibus, Dei priuatione, & animarum per conscientiæ stimulos afflictione, & consumptione constitutæ suffragijs viuorum, Sanctorum, Angelorum, & B. Virginis releuabiles, releuatæ actu ipso non tantum a Christo in eius ad inferos descensu omnibus tum hominibus, qui in monumentis erant, ad vitam reuocatis, adeoq; vniuersali aliqua illo tempore resurrectione facta, quam reuelationem, & redemptionem Ioannes Baptista præcursor Christi prædicarit, ac prope esse prænunciarit, sed etiam per solutionem vinculi excommunicatorij. Considerentur sed maturo iudicio.

Triodion hortatur fideles, Christum exorare, vt animas fidelium mortuorum ex igne sempiterno liberet. Id ipsum facit Ecclesia Romana, & tamen non dicitur, mutabilitatem Inferni tenere, Ergo vtrique Ecclesiæ conuenit: & certe ex confusa ista variarum opinionum colluuie, quidquid elicitur, confusum, atque cœnosum esse necesse est. Nec excusandus est Allatius, sed eius verba consideranda: nam tum nulla illius μνημονικὰ ἁμαρτήματα comperies, imo firmam doctrinæ Catholicæ soliditatem, qua consensio inter Græcam, & Latinam Ecclesiam constabilitur. nullaque est inconstantia; cum ex opinione de excommunicatis, *quam*

vocat stultissimam, & absurdam, dum Græci ex ea probare satagunt liberationem impiorum ex Inferno, opinationem, postremo autem eandem pro astructione Purgatorij assumit.

Omnia Allatiana disputata in lib. de Purgatorio ex hisce euerti, & penitus destrui, neminemq; tam clare Allatio potuisse contradicere, quam fecit ipse met. Certe nec auctor Exercitationis, nec alij mentem Allatij assecuti sunt. Allatius siquidem tractans contra Græcos schismaticos de Purgatorio, probansq; illos vi veritatis coactos, quod verbis negāt, in suis Ritualibus libris palam expresse fateri, Purgatorium scilicet; sinminus in opinionem Origenis ire ab Ecclesia Græca damnatam, ita argumentabatur. Oratur in Ecclesia pro defunctorum animis, vt ab igne, & sæpe etiā ab igne æterno liberentur. Istæ preces non sunt pro iustorum animis, quibus illæ non indigent, neq; pro damnatorum, quibus proficuæ nullo modo sunt; In inferno enim nulla est redemptio. Ergo necessario tertius locus est asserendus in quo animæ illæ degunt, quibus illæ supplicationes quæstuosæ esse possunt ad minuendos dolores, subleuandas molestias, clarificandas tenebras, & expurganda reliqua inquinamenta, quorum causa in tormentis similibus detinentur; quod erit ipsissimum Purgatorium. Idsi abnuunt in errorem

rem

rem Origenis, quem ipsi tantopere detestantur, coincidere necesse est. Hinc deceptus opponens mutabilitatem Inferni Ecclesiæ Græcæ appingit, vt dissidium augeat.

Nimia exaltatio Traditionum Synodicarum, septem præsertim Synodorum, & Patrum, Ecclesiæq; infallibilitas. Ita opponitur Græcis, quasi illi aspernentur sacras Scripturas. Sed quã firmo argumento, Opponens viderit. Græci siquidem primo loco venerantur sacra Biblia, & potissimum nouum Testamentum, ex quibus statis diebus legũt pericopas, Veteris testamenti in medio Ecclesiæ Lectores, & Clerici, reliquis auditoribus sedentibus, Apostoli in medio Ecclesiæ Lector, vel Diaconus, reliquis stantibus operto capite; Euangelij non nisi Sacerdos, vel Diaconus, vel Episcopus intra sanctum Bema. Neque necesse fuit in Professionibus Fidei apponere illa, de quibus nullo vnquam tempore dubitatum est. Et male arguitur hic nulla mentio fit Bibliorum: ergo excluduntur a veneratione, & fide illis deferenda.

Tu præterea addis; *Differentia realis operationum diuinarum a substantia Dei,* quæ fuit opinio Gregorij Palamæ, Philothei Coccini Patriarchæ, & aliorum, condemnata tamen ab ijsdem Græcis, & Patriarchis: sed cui bono? Tu videris. An vnquam audisti

Græ-

Græcos omnes ſemper tum antiquos, tum recentiores, continuatim a fronte ſimul, & occipitio oculatos adeo fuiſſe, vt nunquam a recto aberrauerint? Fuerunt in eo genere hominum pleriq; experti, ad diſciplinas periti, natura ſagaciſſimi, rerum Eccleſiaſticarum experientiſſimi.. Non nego, Sicuti nec inter eos fuiſſe tyrones, indociles, inſcios rerum omnium, Glauco ſtupidiores, Corœbo ſtultiores, quorum ſi effata in vnum colligere, & libare ſingula ab illis contra Eccleſiam Romanam dictata tentaueris, vt diſſidium comprobes, næ tu illis ſtultior, pace tua dixerim, reputareris. Non facit diſſidium, quidquid vnuſquiſque inconſiderate, & ſecreto ab alijs coquit, ſed quod ſapientiorum, & doctiorum Præſulum conſenſus non ſine ſui Patriarchæ approbatione ab omnibus excipitur, & defenditur, quæ pauciſſima admodum fuerint. Et hæc regula ſit cuicunque ſimilia dijudicandi in ſe onus aſſumenti.

Quid porro deſeruiunt illa annexa; *Fiducia propriæ iuſtitiæ, ac operum merita præcipue eleemoſynarum*. &c. An hæc etiam diſſidium augent? Fortaſſe tibi oculatiſſimo. Ita eſt. Nos qui non ita præacute conſpicimus, iudicamus hæc, conſenſionem Allatij, non Heterodoxorum diſſidia cum Roma-

na

na Ecclesia magis, ac magis corroborare, ac stabilire. Cui enim clam non est, Græcos vniuersos, siue illi Schismati, siue recto dogmati addicti sunt, corpus Christi sub speciebus panis, & vini, Crucem, Deum Trinum, atque vnum veneratione latriæ, Deiparam Virginem hyperduliæ, Sanctorum imagines, siue Lipsana, & Sanctos ipsos duliæ adorare, reliqua autem ad sacra ministeria deseruientia in maximo honore habere, quod itidem eodem consilio facit Romana Ecclesia. Hinc poteras parcere similia exscribendi, notandique labori. Praeterea illud quoque adnoto commilites hosce, tuos, quibus tu innixus, cum aliquid, quod arriserit contra Romanam Ecclesiam, vel ab ipsa diuersum occinunt, quasi votis tuis respondentes pergratos accedere venerandos augustosque, cum silent, vel contra te tinniunt, molles, eneruesque, quasi quassabilia quædam iacere, ac si nullius essent nominis, despectabiles. Hinc statuo in constituendis rebus fidei, non quod verum est, sed quod volupe est, & arriserit, inquiri. Amamus nos, vt verum fatear, non dogmata, ex quo animi propensio vniuscuiusque dignoscitur. De bonis operibus, de libero arbitrio, nullum vnquam reperi, qui variationem inter Græcos, & Latinos ali-

alicuius momenti commemoret.

Nimia exaltatio Traditionum Synodicarum, septem praeterea Synodorum, & Patrum Ecclesiaque infallibilitas. Et post verba Ieremiæ subdit; *Vide imperitiam, & inscitiam Patriarcha linguam sanctam non aspernentis modo, verum etiam schismata eidem imputantis.* Vide quomodo tractat testem suum alias facundissimum, cuius auctoritate toties consensum Allatij conuellere nisus est. Dicat porro Opponens, quomodo Græci vel schismatici excludant scripturas, cum dicunt se recipere Synodos, Doctores Ecclesiæ, Interpretesq; diuinitus inspiratæ scripturæ. & vnde nam elicitur id ex verbis Patriarchæ;

Contentio sanctarum Imaginum in hac Vrbe, & diuinarum reliquiarum ab Hebræis initium habuit, & schismata, quæ apud nos sunt, quæ multa varijque generis sunt, Lutheranorum, vt fama fert, pietatis simulatione introduxerunt, ac disseminarunt. Hic apponit Iudæis contemptum Imaginum, & Reliquiarum, & schismatum inter Græcos, & Lutheranos appingit, quod plane verum est, si historiæ non fallunt. Repete ab initio Iconoclastarum historiam, perpendeque Lutheranorum dogmata. Ergo Patriarcha linguam sanctam non aspernatur modo, verum etiam schismata eidem inepte imputat. Et

hoc

hoc ne eſt ex principijs veris concluſionem elicere? Quidquid ſit de ſequentibus capitibus de differentia reali operationum, & proprietatum diuinarum a ſubſtantia Dei, fiducia propriæ iuſtitiæ, ac operum meritis, præcipue eleemoſynarum. qui bene verba admetitur, Græcam Eccleſiam cum Pontificijs, non cum Reformatis conuenire reperiet.

Septenarius Sacramentorum numerus. Ieremias Patriarcha hunc numerum inportunius defendit. Non effugit autem cenſuram Allatij, eo quod reliqua præter Baptiſmum, & ſacram cœnam Sacramenta inſtituto Eccleſiæ tantum aſſignat. De Sacramentorum numero, & de eorum inſtitutione, & gratia, Græca, & Latina Eccleſia conſentiunt. Quare diſcurſus hic ad conuellendum conſenſum, non adeo iuuat oppoſitorem. *Sed hoc eſt non veterum, ſed recentiorum Græcorum dogma. Ioannes quidam Damaſcenus vir octaui ſeculi, cum Chriſtianam omnem Theologiam, eo opere, quod de Orthodoxa fide ſcripſit, complexus ſit, illam τῶν μυστηρίων diuiſionem nullus tradidit. Latinorum aliqua fortaſſe æmulatio eos ad hunc ſeptenarium myſteriorum numerum, ne aliqua re illis inferiores eſſe viderentur, deduxit.* Sunt verba Dallæi. Ergo Græci etiam recentiores, vt Latinis non ſint inferiores in aliquo.

Er-

ergo conformant se cum illis, & procurant consensum. De Sacramentis, & eorum antiquitate diximus supra contra Hottingerum; nunc in gratiam opponentis nonnulla addemus, vt quam antiqua sit mysteriorum in Ecclesia traditio dignoscatur: Tertullianus lib. de Resurrect. cap. 9. vbi explicat, quid homini in carne fit, cum anima eius Deo allegitur. *Caro abluitur, vt anima immaculetur*. En Baptismum. *Caro vngitur, vt anima consecretur, Caro signatur, vt anima muniatur, Caro manus impositione obumbratur, vt eo anima illius illuminetur*. En Confirmationem. *Caro corpore, & sanguine Christi vescitur, vt & anima de Deo saginetur*. En Eucharistiam. & cap. 9. *Caro hominis, quam Deus manibus suis ad imaginem suam struxit*. &c. *quam Sacramentis suis, disciplinisque vestiuit, haccine non resurget?* Et libro de Præscriptionibus aduersus Hæreticos capite 40. *Tingit, & ipse quosdam vtique credentes, & fideles suos: expiationem peccatorum de lauacro repromittit, & sic adhuc initiat mythre: signat illic in frontibus milites suos: celebrat, & panis oblationem*. Ambrosius libro de ijs, qui mysterijs initiantur cap. 7. *Repete quia accepisti, signaculum spirituale, spiritum sapientiæ, & intellectus, spiritum consilij, & virtutis, spiritum cognitionis, & pie-*

pietatis, Spiritum sancti timoris, & serua quod accepisti. Signauit te Deus Pater, confirmauit te Christus Dominus, & dedit pignus Spiritus in cordibus tuis. Et cap. sequenti. *His abluta plebs diues insignibus ad Christi contendit altaria, depositis inueterati erroris exuuijs, renouata in Aquilæ iuuentutem cœleste illud festinat adire conuiuium.* Et lib. 3. de Sacramentis. *Sequitur Speciale signaculum, quod audistis hodie legi: quia post fontem superest, vt perfectio fiat, quando ad inuocationem Sacerdotis Spiritus sanctus infunditur.* Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi Mystagogica 3. *Nobis, postquam ex aquis sacri lauacri ascendimus, datum est Chrisma, quod imaginem gerit illius, quo vnctus est Christus:* Et Catechesi 4. *Beati Pauli doctrina satis potest vos efficere certissimos de diuinis mysterijs, quæ vobis donata sunt, qui facti estis Christi corporis, & sanguinis comparticipes.* De Chrismate Origenes ad caput 6. Epistolæ ad Romanos; *Omnes baptizati sumus secundum typum Ecclesiæ traditum in aquis istis visibilibus, & Chrismate visibili:* Eusebius Cæsariensis Hist. libro 6. cap. 35. *Nouatus morbo tandem elapsus, neque cætera, quibus post Baptismum secundum Ecclesiæ canonem imbui oportuerat, acquisiuit, neque sigillo ab Episcopo obsignatus fuit. Quæ quidem ne vtiquam potitus, quomodo quæso Spiritum sanctum*

ctum adeptus? Synodus Laodicena Can. 39. *Oportet eos, qui illuminantur, post Baptisma inungi supercœlesti Chrismate, & esse regni cœlestis participes.* Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 3. Mystagogica. *Sicut panis Eucharistiæ post illam sancti Spiritus inuocationem non est amplius panis communis, sed Christi corpus; sic sacrum hoc vnguentum non amplius est vnguentum nudum, neque si quis appellare velit commune, postquam iam consecratum est, sed est Chrisma Christi, quod aduentu Spiritus sancti per ipsius diuinitatem energiam habet. quo frons, & alij sensus corporis tui symbolice inunguntur: & corpus quidem isto visibili vnguento perungitur, anima vero sacro viuificoque Spiritu sanctificatur. Ac primum quidem fronti illinitur, vt eum abstergat a vobis pudorem, quem primus homo transgressor perpetuo circumferebat, simulque efficiat, vt possitis vultu non velato gloriam Domini intueri.* Theodoretus ad caput 1. Canticorum; *Sacri Baptismatis mysterium recordare, in quo qui initiantur, post Sathanæ abnegationem, & Dei confessionem, veluti signo, & nota quadam regiæ spiritalis vnguenti Chrismate inuncti, sub ea visibili vnguenti specie inuisibilem sanctissimi Spiritus gratiam suscipiunt.* Cyprianus Epistola ad Iubaianum; *Et idcirco, quia legitimum & Ecclesiasticum Baptismum consecuti fuerant,*

ba-

baptizari eos vltra nono portebat: sed tantummodo quod deerat id a Petro, & Ioanne factum est, vt oratione pro eis habita, & manu imposita innocaretur, & infunderetur super eos Spiritus sanctus. Quod nunc quoque apud nos geritur, vt qui in Ecclesia baptizantur Præpositis Ecclesiæ offerantur, & per nostram orationem, & manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo Dominico consummentur. Optatus Mileuitanus; *Oleum simplex est, & nomen suum vnum, & proprium habet, confectum iam Chrisma vocatur, in quo est suauitas, quæ cutem conscientiæ mollit, exclusa duritia peccatorum, quæ animum innouat leuem, quæ sedem Spiritui sancto parat, vt inuitatus illic, asperitate fugata, libenter inhabitare dignetur*. Actum agerem, si ex Græcæ, Latinæque Ecclesiæ Patrum antiquorum testimonijs, antiquitatem Sacramenti Eucharistiæ in Ecclesia constabilire conarer. Agant id illi, quibus plus otij est. Neque puto id negari, nisi a male sanis hominibus.

De Pœnitentia Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædagogi cap. 9. *Pulchrum quidem certe est non peccare: pulchrum est etiam, vt qui peccat, ducatur pœnitentia. Quemadmodum optimum quidem semper esse sanum; bonum autem etiam a morbo conualescere*. Idem lib. 2. Stromatum; *Dedit ergo, cum sit mul-*

tæ misericordiæ, ijs etiam, qui in fide in aliquod peccatum incidunt, secundam pœnitentiam, quam, si quis tentatus fuerit post vocationem coactus, & callide circumuentus, vnam adhuc inpœnitendam acceperit pœnitentiam. Origenes Homilia 9. in Numeros; *Nostrum est ad emendationem otius festinare, ad pœnitentiam sine dissimulatione conuerti, lugere præterita, cauere futura, inuocare auxilium Dei. Statim enim vt conuersus ingemueris, saluus eris: inuenies enim aduocatum, qui pro te interpellat Patrem, Dominum nostrum Iesum Christum*. Dionysius Alexandrinus Epist. ad Fabium Antiochenum; *Illi igitur diuini Martyres, dum erant apud nos, nonnullos e fratribus, in quibus crimen sacrficandi Idolis hærebat, quique a fide excidissent, cum conuersionem, ac pœnitentiam eorum perspicerent, eamque posse acceptam fore ei, qui omnino non vult mortem peccatoris, satis exploratum haberent, ad se denuo admittunt, recipiunt in Ecclesiam, conuentus cum illis celebrant, ineunt societatem, precum, & epularum communione vna vtuntur.* Concil. Neocæsariense Can. 1. *Presbyter si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, penitus extrudatur, & ad pœnitentiam deducatur*. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 2. *Si Manasses, qui Prophetam dissecuerat per pœnitentiam saluatur, tu vero*

vero, qui nihil huiusmodi perpetrasti, non saluaberis? Caue ne virtuti pœnitentiæ frustra diffidas. Vis cognoscere quantam vim habeat pœnitentia? vis nosse hæc fortia salutis arma, & discere, quam multis præualeat confessio? Centum octoginta millia hostium Ezechias per confessionem in fugam verterat. Magnum quidem id re vera, sed exiguum tamen respectu eorum, quæ dicenda sunt. Diuinam sententiam promulgatam hic idem per pœnitentiam reuocauit. Aegrotanti enim illi dixerat Esaias; Dispone domui tuæ: Morieris enim tu, & non viues. Quæ deinceps expectatio, quæ spes salutis, Propheta dicente, quod morieris? Sed non abstinuit tamen a pœnitentia Ezechias: recordatusque illius, quod scriptum est. Cum conuersus ingemueris, tunc saluaberis. &c. Gregorius Nyssenus Orat. in eos, qui durius, & acerbius alios iudicant; *Quid enim est aliud pœnitentia, nisi dissolutio, & euersio præteritorum, quæ vel re, vel cogitatione sunt admissa. Qui vero cognita pœnitentiæ vtilitate adhuc in flagitiorum, & impietatis cœno volutatur, similis est illi seruo, qui dominum sibi iratum sciens, in eius conspectu scelerate se gerit, peccatumque duplicat*. Non plura referam. etiamnum leguntur de Pœnitentia antiquorum Patrum sermones Tertulliani, Basilij Cæsariensis, Ephræm Syri, Ambrosij Mediolanensis, Io-

annis Chryſoſtomi, qui tibi de hoc argumento plura ſuppeditabunt.

De Confeſſione auriculari, & expreſſione peccatorum ſingulorum egimus in Hottingero; quod eodem modo atque Græci exequuntur Pontificij. Et hæc eſt vera concordia, quam non conuellit, neque quæſtus Pontificius, neque intermiſſio Confeſſionis Sacerdotum Græcorum, neque alia ſingularia hominum dubia, cum concordia plurium ſit, non vnius, vel alterius diſputantis, aut contendentis. Et cum dicit Latinus Confeſſionem exercendam abſq; quæſtu, neque debito tempore intermittendam, & Græcus etiam hoc dicit, non ſoluit conſenſum, ſi quis parere dedignans hic quæſtum inhiat, ille Confeſſionem intermittit: Neque enim omnes in Eccleſia præceptis Eccleſiaſticis ſemper obediunt. Et quis animis rebellibus modum conſtituet? Raro tamen antecedentem ſceleſtum deſeruit pœna pede claudo, aiebat ille, cum ob ſimile delictum, ſicut etiam alia à Deo, vel hominibus tarde, vel cito pœnæ expetantur.

De Extrema vnctione Verba illa Iacobi; *Si quis infirmatur, vocet Presbyteros Eccleſiæ, & imponant ei manus, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio Fidei ſaluabit infirmum,*

etſi

etsi in peccatis fuerit, remittentur ei. De infirmitate corporali accipiunt Ioannes Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Victor Antiochenus, Augustinus Sermone 214. de tempore; *Quoties aliqua infirmitas superuenerit, corpus, & sanguinem Christi ille, qui ægrotat, accipiat, & inde corpusculum suum vngat, vt illud, quod scriptum est, impleatur in eo; Infirmatur aliquis. &c. Videte fratres, quia qui in infirmitate ad Ecclesiam cucurrerit, & corporis sanitatem recipere, & peccatorum indulgentiam merebitur obtinere.* Idem lib. 2. de Visitatione infirmorum cap. 4. *Nec prætermittendum est illud Apostoli Iacobi præceptum, Infirmatur quis in vobis? &c. Ergo sic roges de te, & pro te fieri, sicut dixit Apostolus Iacobus, imo per Apostolum suum Dominus: ipsa videlicet olei sacrati delibutio intelligitur Spiritus sancti typicalis vnctio.* Idem in Tractatu de rectitudine Catholicæ conuersationis; *Quoties aliqua infirmitas occurrerit alicui, non quærantur præcantatores, non diuini, non sortilegi, non carcarij, neq; per fontes, aut arbores, aut biuia Phylacteria exerceantur: sed qui ægrotat in sola Dei misericordia confidat, & Eucharistiam cum fide, & deuotione accipiat, oleumque benedictum fideliter ab Ecclesia petat, vnde corpus suum vngatur, & secundum Apostolum, oratio Fidei saluabit in-*

firmum, & alleuabit eum Dominus, non solum corporis, sed & animæ sanitatem accipiet.

De Ordine. Origenes Homilia 7. in Ieremiam; *Vtilitas quippe Clericatus, non in eo est, si aliquis in agmine sedeat Presbyterorum, sed si iuxta locum suum, & iuxta præcepta Domini dignus incedat. Plus a me exigitur, quam a Diacono, plus a Diacono, quam a Laico. Qui vero totius Ecclesiæ arcem obtinet, pro omni Ecclesia reddet rationem.* Concilium Ancyranum Can. 13. *Chorepiscopis non licet Diaconos ordinare, sed nec Presbyteris ciuitatis sine præcepto Episcopi, vel literis in vnaquaque Parochia aliquid imperare.* Gregorius Nyssenus Oratione de S. Baptismate; *Eadem etiam verbi vis Sacerdotem augustum, & venerandum facit, nouitate benedictionis a communitate vulgi segregatum. Cum enim heri, ac tempore superiori vnus e multitudine, ac plebe esset, repente redditur præceptor, præses, doctor pietatis, mysteriorum latentium Præsul, eaque contingunt eo, cum nihil vel corpore, vel forma mutatus: sed quod ad speciem externam attinet, ille sit qui erat, inuisibili quadam vi, & gratia inuisibilem animam in melius transformatam gerens.* Ioannes Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio; *Sacerdotium in terra peragitur, sed in rerum cælestium classem ordinemque referendum est. Atque id per quam merito: quippe non*

non mortalis quispiam, non Angelus, non Archangelus, non alia quævis creata potentia, sed ipse Paracletus eiusmodi ordinem disposuit. &c. Cyprianus de Cardinalibus Christi operibus; *Docemur, quæ sit Baptismi, & aliorum Sacramentorum stabilitas. Nam Baptismum repeti Ecclesiasticæ prohibent regulæ, & semel sanctificatis, nulla deinceps manus iterum consecrans præsumit accedere, nemo sacros ordines semel datos iterum renouat: nemo sacro oleo lita iterum linit, aut consecrat: nemo impositioni manuum, vel ministerio derogat Sacerdotum.* Augustinus lib. 1. de Baptismo contra Donatistas. *Sacramentum Baptismi est, quod habet, qui baptizatur, & Sacramentum dandi Baptismi est, quod habet, qui ordinatur. Sicut autem baptizatus, si ab vnitate recesserit, Sacramentum Baptismi non amittit, sic etiam ordinatus, si ab vnitate recesserit, Sacramentum dandi Baptismi non amittit. Nulli enim Sacramento iniuria facienda est. si discedit a malis, vtrumque discedit, si permanet in malis, vtrumque permanet.*

De Matrimonio. Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatum; *Quod si lex sancta est, sanctum est matrimonium, Sacramentum ergo ad hoc Christum, & Ecclesiam ducit Apostolus. Quemadmodum, quod ex carne generatur, caro est: ita quod ex Spiritu spiritus, non solum in*

pariendo, ſed etiam in diſcendo. Iam ſancti ſunt filij, Deo grata oblationes verborum Dominicorum, qua deſponderunt animam. Athanaſius ſermone contra omnes Hæreticos; *Nunquid auſcultas in Euangelio Dominum in Cana ad nuptias vocatum, eaſque benedixiſſe, & ex aqua vinum feciſſe? & rurſus alibi Iudæis dicentibus, ſibi Moſen conceſſiſſe libellum repudij, Chriſtum reſpondere, quos Deus coniugauit, homo non ſeparet? Quomodo poteſt ramus conſiſtere, ſi non ſubſit radix? Quomodo virgo eſſe potuerit, ſi non habeat patrem, & matrem?* Similia habet Epiphanius Hæreſi 67. Vide de hac eadem re Methodij Martyris Sympoſium decem Virginum, & nuper a nobis editum Græce & Latine, & Gregorium Nyſſenum de Virginitate. Tertullianus de Monogamia cap. 5. *Chriſtus vnam habens Eccleſiam ſponſam, ſecundum Adæ & Euæ figuram, quam Apoſtolus in illud magnum Sacramentum interpretatur in Chriſtum & Eccleſiam competiſſe.* Plura hic etiam ex Patribus poſſent produci pro ſeptenario numero Sacramentorum, & illorum antiquitate in Eccleſia, ſed iſta in Sacramentorum, numero, & eorum quoque antiquitate in Eccleſia Latina & Græca, vt conſenſus colligatur, ſufficiunt. In quibus, cum totus orbis Chriſtianus Occidens & Oriens hactenus

nus consenserunt, contra disputare insolentissimæ insaniæ esset. Præsertim, cum nullum in antiquitate vestigium appareat, quo tempore vnum ex his Sacramentis de nouo in Ecclesiam introductum, & institutum fuerit: ideoque eorum origo ad prima tempora, Christi scilicet institutionem, & Apostolorum promulgationem referenda est. Neque refert, quod nuspiam apud Patres antiquiores expresse eorum numerus septenarius legatur: neque enim illis erat propositum Sacramentorum numerum recolligere, cum neque in dubium vocarentur; ideoque recensebant Sacramenta modo plura, modo pauciora suo instituto inseruientia. Sic frequentissime apud eos reperitur trium Sacramentorum Baptismi, Confirmationis, & Eucharistiæ commemoratio, quia hæc cuilibet ad Ecclesiam Christi recepto, & ad illius consecrationem, atque perfectionem videbantur magis necessaria, & ordine quodam conferebantur, vt videre est ex supra adductis.

Sed de septenario Sacramentorum numero recentiorum tamen Græcorum dogma est. Septenariam illam Sacramentorum diuisionem nullus tradidit, nec diligentissimus Goar vllum eius auctorem, vel testem edit Simeone Thessalonicensi, & Matthæo Blastari vetustiorem. Quidquid

quid alij dixerint. Sit nouum Græcorum dogma; nulla apud Græcos Septenarij ante millesimum mentio habeatur. Concludo secundum Dallæum, ab anno millesimo, ad hæc tempòra in hoc numero Sacramentorum inter Græcos, & Latinos consensionem fuisse, & contra Chemnitium pro Arcudio. ante Florentinam Synodum nos proferimus Synodum antiquiorem, in qua septenarius iste numerus digestus est; modus item dicta Sacramenta administrandi, ex antiquorum Conciliorū, Patrumq; scriptis collectus describitur. Ea est Synodus Cypria sub Germano Amathuntis Episcopo, ac summi Græcorum in Insula Cypri Antistitis Anno Domini 1260. inter viuos agentis. Probant hæc hunc septenarium numerum Sacramentorum Simeone Thessalonicensi, & Matthæo Blastari multo antiquiorem esse, & ante millesimum ex Codice Euchologij Patriarchali vetustissimo, qui anno octingentesimo eruditorum omnium iudicio, & antiquitatis peritissimorum scriptus, literarum ipsarum forma tractuq; & multis alijs deprehenditur, ex Bibliotheca S. Marci Florentini in Bibliothecam amplissimam Cardinalis Barberini translatus, & cuique obuius propositus, cui ipse non absimilia, & multo etiam vetustiora in Monachorū Mona-

nasterijs obseruaui, quorum ob vetustatem literæ, vt plurimum exciderunt. *Et vt plurimum*, subdis, *Synodice sub Cyrillo Berrhoensi, & Parthenio ratum esse iubeant, nihilo tamen serius in plurimis ijsque substantialibus, tam longe a Latinis dissentire, vt non sine tædio altercationes, & conciliationes in scriptis Arcudij, Allatij, Goaris legas, quos ea propter optimo iure perstringit Dallæus*. Id primo probandum erat, quod de more silentio præteruehitur, in plurimis ijsq; substantialibus longe a Latinis dissentire, quod cum non probauerit Dallæus pessimo iure perstringit memoratos viros. Pontificij quoq; multis se quæstionibus, & altercationibus exagitant in materia Sacramentorum, sed cum numerum integrum seruant, & substantialia non destruant, laudem sibi nanciscuntur inter Catholicos, tantum abest, vt a Pontificijs dissentire reputentur. *Sed Allatij altercationes in scriptis Arcudij, & Goaris*. Neq; Arcudius, neq; Allatius, neque Goar etiam post mille annos efficient, substantialia non esse substantialia, & contra. Et mirum est homines, qui Theologiæ vel minimam operam nauant, inter ea discrimen ad hunc diem non agnoscere.

De alijs capitibus, nempe, Idololatria, Artolatria, Oenolatria, Staurolatria, Hagio-

giolatria, Angelolatria, Lipsanolatria, & præcipue Mariolatria, Monopolio Episcopali in electione ministrorum Ecclesiæ, Libero arbitrio, immani elogio vitæ Monasticæ, ac denique transubstantiatione, *Parua ne sunt hæc?* Auctore opponente, Ecclesia Græca & Latina eadem sentiunt, & explanatiorem Græcæ & Latinæ Ecclesiæ consensionem exquirimus? Fides est certa, atq; indubitata, & ambarum vna. Quid enim refert si in tanta hominum turba, & magno fidelium numero idem sentientium, & enuntiantium vnus aliquis sit adeo peruicax, & perdita mente, vt etiam Saluatoris imaginem Latinis tantum inscriptam literis adorare renuat, & a sculptilibus, tanquam ab Idolis abhorreat? Quod damnum vnioni afferre potest, si alius atque alius, dum Sacerdos munera nondum consecrata, sed consecranda adoret, etiam adoratione latriæ, dicatque, *Memento mei Domine, cum veneris in regno tuo*; Annon etiam apud Pontificios a quibusdam docetur, munera consecranda ante consecrationem adoratione latriæ posse coli? Quid si de ligno Crucis nugaces homines alia, atque alia garriunt? Quid si Græci ὑπερφιλοθεοτόκοι nuncupantur? Quid si ministrans Sacerdos sacratissimam Virginem inuocat? Quid si stultus quispiam

sub

ſub illa particula, quam dicunt παναγίαν corpus B. Mariæ contineri credat? Quid ſi pluribus apud Græcos, illiſque præſtantiſſimis Maria ſanctiſſima innoteſcit? Quid ſi excluditur plebs, & Magiſtratus ciuilis in electione miniſtrorum Eccleſiæ? Quid ſi Ieremias Patriarcha nihil, quod obiectiones Tubigenſes feriat, afferat? Quid immane elogium vitæ Monaſticæ? Quid ſi tria, aut quatuor ſint Monachorum genera? Quid ſi in recipiendis iuuenibus a nonnullis ſciolis præuaricentur Canones? Quid ſi a quibuſdam eadem vis tribuatur peccata dimittendi habitui Monachico, & Baptiſmo? Quid ſi Schiſmatici ſunt in monte Atho, eoque laudatiſſimo? Quid ſi panem conſecratum pretioſiſſimum corpus Chriſti in muro appendunt, & non ſine veneratione conſeruant? Quid ſi verbis tranſubſtantiationis, alias quoque preces adnectunt, verbis Domini inuiolatis ſeruatis? Quid ſi Chemnitius dicit, antiquitatem non facere pro tranſubſtantiatione, & fateatur ætate Damaſceni, & Teophylacti factam? Quid tot aliæ ex cœnoſa colluuie ineptiæ recollectæ?

Meretur hoc loco caſtigationem cruenta Allatij vox, qua pronunciat. Hæretici negant, (ſcilicet, Crucem Chriſti ad noſtra vſque tempora ſeruatam durare) quid ad nos? Negant Verbum

bum Dei. &c. O *calumniam. certe eorum ἀσεβεία sanguine, & ignibus expienda.* Et quis calumniæ crimen inferet Allatio, dum legit in Luthero de Veteri testamento; *Mosen neque audire, neque videre volumus: nam ille Iudaico solum populo datus est, neque quicquam ad nos pertinet. Si quis tibi Mosen cum suis legibus proponat, teque cogere volet, vt eas obserues, tum dicas; Abi ad Iudæos cum tuo Mose. Ego Iudæus non sum: Ne me cum Mose inuoluas.* Et; *Mosem cum sua lege non suscipiam: Nam hostis Christi est.* Et; *Moses omnium carnificum Magister est, conscientias dire aggreditur, corda terret, torquet, lacerat.* Et; *Apage cum Mose ad pertinaces, ferosque homines, & superbos sanctos, quos terrefaciat, & humiliet.* Et; *Moses habuit labia, sed profana, infœcunda, impedita, irata, in quibus non est verbum gratiæ, sed iræ, mortis, peccati. Colligite omnes sapientias Mosi, Gentium, Philosophorum, & inuenietis eas coram Deo esse vel Idolatriam, vel sapientiam hypocriticam, vel si est politica, sapientiam iræ.* Et Sebastiano Castalione de Canticis Canticorum; *Canticum illud esse colloquium Salomonis cum amica quadam Sulamitha.* De scriptura, & Verbo Dei in genere, in Thoma Muncero. *Scripturam æternumque Verbum, non esse verum Dei Verbum, sed solum testimonium veri Verbi:*
hoc

hoc autem internum & cœleste esse, & immediate ex ipso Dei ore prodire, & hoc interius docere oportere, non autem scripturis, & concionibus. In Dauide Georgio; *Omnem doctrinam hactenus a Deo per Mosen, Prophetas, ipsum Iesum Christum, eiusque Apostolos, & Discipulos traditam esse mancam, imperfectam, & inutilem ad perfectam consequendam felicitatem: suam autem doctrinam perfectam esse, & efficacem ad hominem, qui eam susceperit, beandum,* Gasparo Swenckfeldio; *Deum, non agere nobiscum per scripturas: & fidem nostram non debere dirigi iuxta sacram Scripturam, sed sacra Scriptura regatur iuxta fidem nostram. Scriptura est humana vox, sonitus, strepitus, & mortua litera.* Et; *Doctrina Euangelij est humanum Euangelium. Scriptura est incerta, & flexibilis doctrina, quæ patitur se in varios sensus trahi.* Carolo Molinæo; *Hæc verba limitant, vt tantum Christus audiatur, id est, verbum eius solius prædicetur: & cum ait Christus, qui vos audit, me audit, non loquitur de quibusuis verbis Apostolorum, sed de præscripto mandato legationis suæ.* Plures hic similes Heterodoxorum blasphemiæ addi possent ad vindicandum Allatium a calumnia, sed hæ satis sint.

Certe eorum ἀπιστία *sanguine, & ignibus expianda. Mitius, mitius mi Allati. mansuesce*

quam-

quamlibet Leo sis. Propenso animo acquiescerem, & mitius agerem, & cum primis tecum. Etiam si velim non queo. Imperatores, Patres antiqui, recentiores, Concilia, ipsi quoque Schismatici, & Hæretici sanciunt pœnas contumacibus, & ne in me offensionem tuam contraham, & me inclementius contra Hæreticos verba facere conqueraris, audi. Constantinus Imperator apud Nicephorum Calistum lib. 8. cap. 25. *Si quis libellum aliquem ab Ario conscriptum celare, nec continuo igni comburere deprehensus fuerit, supplicium ei mortis esse constitutum. illico nanque in crimine tali comprehensus, pœnam sustinebit capitalem*. Theodosius, & Valentinianus Imperatores. *Qui seruum, vel ingenuum inuitum, seu suasione flectendo ex cultu religionis Christianæ in nefandam sectam vtcunque transduxerit cum dispendio fortunarum capite puniendum esse censemus*. Et; *Manichæi de ciuitatibus pellantur, ac vltimo supplicio tradantur*. Necnon; *Illis etiam omnibus in sua manentibus firmitate, quæ de militia pœnisque varijs, deque diuersis sunt Hæreticis promulgata, est nec speciale quidem beneficium aduersus leges valeat impetratum*. Sic; *Cernet præterea bona sua proscripta pœnæ mox sanguinis destinandus, qui fidem alterius expugnauit peruersa doctrina*. &c. Valentinianus,

&

& Martianus AA. ad Palladium Præfectum Prætorij; *Etiam supplicio coërceantur, qui illicita docere tentauerunt.* Hoc idem decernit Cyrillus lib. 8. de Spiritu sancto, Procopius Gazæus in Exodum; *Mors autem Hæreticis pœna statuitur,* Et in Leuiticum; *Eodem modo Hæretici condignam a Iudice sustinent mortem.* Theodorus Lector narrat lib. 2. Theodoricum Afrum Diaconum suum Orthodoxum, & a se vehementer dilectum, cum gratificaturus Theodorico relicta Catholica Fide cum Arianis consensisset, confestim capite truncauisse. Cyprianus de exhortatione Martyrij; *Cuius præcepti, & vigoris memor Mathathias interfecit eum, qui ad arcam sacrificaturus accesserat, quod si ante aduentum Christi circa Deum colendum, & Idola spernenda hæc præcepta seruata sunt, quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt.* Optatus Mileuitanus lib. 3. respondens calumniæ Hæreticorum, qui ægerrime ferebant, duos ex suis a Macario Præfecto interfectos esse. *Videtis,* inquit, *a Mose, & Phinees, & Helia, & Macario similia esse facta, quia ab omnibus vnius Dei præcepta sunt vindicata:* Sed Leo dicit, ignibus quoque esse expiandos. Dixit. Sed ante ipsum dixerunt alij. Rheginus Cyprius Homilia Ephesi habita post exauctoratum Nestorium: *Enim vero ad*

manifestam impietatis tuæ redargutionem ante cum pascua adhuc erant, quæ ausus es, igni terræque hiatu, teque, tuosque conatus compescere debebamus. Euagrius Histor. lib. 5. cap. 18. *Hæreticos quosdam populus diuino quodam zelo incensus, naui piscatoria impositos viuos ignis tradidit incendio*. Ioannes Damascenus Dialogo aduersus Manichæos. *Non Manichæos morte afficimus, non flammis absumimus?* Ioannes Zonaras in Historia; Alexius Comnenus Basilium professione medicum, habitu monachum, Bogomilorum nefariæ sectæ auctorem, deprehensum communi suffragio in equestri Theatro comburi iussit. Cæsarius Heisterbachius lib. 5. cap. 19. *Sub Arnoldo Coloniæ plures sunt Hæretici comprehensi, qui a literatis viris examinati, & victi per iudicium seculare damnati sunt, & data sententia ducti ad ignem*. Nec mitiora sunt, quæ tradunt Hæretici tui. Philippus Melanchthon Disputatione de delirijs, & furoribus Anabaptistarum; *Cum Anabaptistæ palam sint seditiosi, Magistratus publice eos coërcere, ac punire tanquam latrones debent*: Theodorus Beza lib. de Hæreticis a ciuili magistratu puniendis. *Sed qua pœna sit scelus hoc (hæreseos) vindicandum, quorsum attinet obsecro humanis coniecturis probare, cum plura, & aperta testimonia in verbo ipsius legantur. Sic enim*

ait,

ait, qui sacrificat dijs alienis, præter quam soli Deo, morietur. &c. Budnæus Ebionita Trinitarius Annotationibus in nouum Testamentum, cuius sententiæ fuerit Beza & Caluinus aperte docuit; *Ipse miser Beza in hoc Diabolo seruiet, non Erasmus, qui manifestam veritatem conatur extinguere, & falsitatem, sustinere, qui etiam cum Antichristo Romano seruos Dei interfecit, sicut ante annos aliquot Valentinum Gentilem virum pium, & accuratum diuinæ veritatis indagatorem ad supplicium adegit, & paulo ante Caluinus præceptor eius Michaëlem Seruetum.* Corradus Sclusselburgius lib. 2. Catalogo Hæreticorum de Seruetianis narrat ex actis publicis; *Michaël Seruetus deprehensus Geneuæ, carceri mancipatus, atque ad dicendum causam postulatus est. Caluino eum de impijs Dogmatibus accusante, vt idem met Caluinus in sua defensione recenset, cum perseueraret in hæresi a Senatu Geneuensi, consultis Helueticis ministris, pronunciauit, eum capitis supplicio afficiendum esse: cum in erroribus immotus perstitisset, igni traditur anno* 1555. Sed libet hic exscribere historiam supplicij Valentini Gentilis Trinitarij, quam refert idem Conradus ex Actis editis a Benedicto Aretio Bernensis Ecclesiæ Pastore, *Tandem Valentinus Gentilis de horrendissimis in Deum blasphemijs de disse-*

minatis manifestis, ac perniciosis erroribus, de seditiosis turbis & de periurio iudicum sententia pronunciatur, vt ad præcauenda dissidia, & eliminandos tam tetros errores capite plecteretur. Ductus igitur ad supplicium, pertinax in errore perseuerauit, & subinde gloriatus est, more omnium hæresiarcharum, & falsorum Doctorum se pro gloria altissimi Dei pati. donec capite plexus, & viuere, & blasphemias in Deum euomere maledico ore desineret. Ioannes quoque Syluanus Gentilis huiusce hæreseos sectator capitali supplicio affectus est. Et similes pœnas ab Hæreticis expetendis laudat Philippus Melanchthon in locis communibus Manlij cap. de Ecclesia; *Senatus Geneuensis recte fecit, quod blasphemum hominem Seruetum interfecit. Est enim vnum ex præcipuis officijs Magistratus, facere executionem corporalibus pœnis contra deprauatores primæ, & secundæ Tabulæ: quando aliquis colit Idola, & Diabolicum venenum in homines infundit. Tunc Magistratus iuste facit, si eum tollit: quia mandatum Dei est, vt textus seuere præcepit; Ne parcas ei. Debet esse nemesis, & sæua diligentia.* Qua ergo ratione adhortaris Allatium, vt contra Leges, Canones, decreta Conciliorum, & Patrum, ipsorum etiam Schismaticorum, & Hæreticorum præscripta, cum Hæreticis mitius agat.

Non

Non est id in mea potestate. Quæ fieri possunt impera. Concludo. Mihi sane non videtur, nescio an & tibi, quod sit factum lege diuina, rescindi posse ab Allatio. Deuteron. 13. *Quod si rogauerit te frater tuus, aut filius tuus, aut filia tua, &c. latenter dicens; Eamus, & seruiamus Dijs gentium, non consenties ei, & non exaudies eum, & non parcet oculus tuus super eum, & non cælabis eum, annuncians annunciabis de illo: manus tua erit super eum in primis, interficere eum, & manus omnis populi: postremo & lapidabunt eum, & morietur: quoniam quæsiuit auertere te a Domino Deo tuo*, &c. Sed hic non est sermo de Hæreticis, sed de ijs, qui ad Idolorum cultum, Christianum seducendo conuertunt. Hoc vero idem est, & ad Idolorum cultum ex Christiana religione cõuertere hominem, & ex recta fidei regula ad hæreticorum prauas opiniones. Marcellinus ad Imper. Valentin. Theod. & Arcad. epist.; *Et ad maiorem iam incaluit insaniam impietas, tum facile strage multitudinis, non hoc minus sacrilegiũ est, non hæc minor impietas, quam si sub persecutore gentili Idolo sacrificatum esset, quia & in hæresi perterritum subscribere, Demonijs sacrificare. Et siquidem docentibus Scripturis, doctrina Dæmoniorum est hæresis, sicut & Idolatria.* Inique ergo a me, quod præceptũ est diuinis, atq; humanis legibus, rescindi postulas.

Trinæ immersionis in Baptismo mandatum. Salis vsus in Baptismo. Chrismatis immediata cum Baptismo coniunctio. Panis azymi necessitas. Suffocati abstinentia iudaizans præcepta. Grana aquæ calidæ in sacro Calice iam consecrato. Ieiunij præcipue quadragesimalis non sine reprehensione rigidior celebratio. Hæc plane adiaphora sunt. Trina siquidem immersio in Baptismo licet mandata, & hodierno vsu recepta sit, & a nonnullis Schismati addictis ita defensa, vt vnica damnata sit, sicuti illud de vsu salis in eodem Baptismo, nihilominus vnionem non lædunt, cum non sint ex ijs, quæ substantiam Baptismi destruant. Manentibus siquidem materia, forma, & intentione ministri, valide, quidquid de alijs sit, Baptismus confertur. Et vt res planius pateat, ritus apud Latinos, & ceremoniæ sunt, Exufflatio in frontem infantis baptizandi, salis modici immissio in os, Signum Crucis pollice in fronte, & manuum compositio in capite, stolæ super infantem impositio, saliua ministri, & tactus aurium & narium, vnctio pectoris ex oleo Catechumenorum, Stolæ violaceæ in albam mutatio, infusio trina aquæ super caput, tandem appositio linteoli albi in capite. Horum pleraque apud Græcos in vsu sunt, & perpaucula non in vtrisque conspi-

cies

cies, quæ, cum ad Sacramentum attineant, sacramentalia nuncupantur. Non ea tamen sunt, vt si aliquod deerit, Sacramentum irritum sit, cum ad illius validitatem necessario tria solummodo flagitentur, quæ vocantur essentialia. Vis Sacramentum illibatum, sartumtectum, atque omnibus suis partibus integrum? hæc tria quærito, his animum applica, reliqua si negligat minister, prætereatque ex malitia, Minister quidem peccat, & lethaliter, sed Sacramento non officit, quod idem fuerit, ac si neglectum nihil fuisset: quod si ex negligentia tantum; nec scandalum subortum est, peccat, sed leuiusculé. Idem sequitur si formam mutauerit, sententiam in alium sensum non subtrahens, vel aliqua ipsius verba, quæ sensui referendo non officiunt, mutatio cum sit accidentalis, non essentialis, siue substantialis, vt si pro *baptizo*, dicat, *abluo*. sic si in forma omittatur, *ego*, vel in forma Eucharistiæ, *enim*, si sine scandalo, & contemptu fuerit, veniale tantum peccatum fore ob materiæ leuitatem dicunt Pontificij; neque destrui Sacramentum. Tria itaque dicta conseruata Sacramenta semper conficiunt. Et quod iam cum Scholasticis decernimus, Ministri intentionem sufficere confusam, atque implicatam, cum facere in-

tendit, quod Christus instituit, vel Ecclesia facit, etiam si cum eiusmodi intentione coniunctus sit error speculatiuus, & illi errori correspondeat vitiosa intentio male conferendi Sacramentum, vel ministrandi Baptismum per Filium Patre minorem: cum enim hæc intentio conditionalis sit, seu ex suppositione existimationis falsæ, quod hæc ipsa sit Christi institutio, ideo superatur ab alia confusa, & generali, quæ absoluta est, faciendi quod Christus instituit. Colligitur ex Concilio Arelatensi primo can. 8. *Si ad Ecclesiam aliqui de hæresi Ariana venerint, interrogent eos nostræ fidei Sacerdotes Symbolum, & si prauiderint in Patre, & Filio, & Spiritu sancto eos baptizatos, manus tantum eis imponentur, vt recipiant Spiritum sanctum.* Et Augustinus libro 4. contra Donatistas capite 25. *Satis ostendimus ad Baptismum, qui verbis Euangelicis consecratur, non pertinere cuiusque, vel dantis, vel recipientis errorem, siue de Patre, siue de Filio, siue de Spiritu sancto aliter sentiat, quam cælestis doctrina insinuet.* Vides? Baptizati ab Arianis, veram verborum formam retinentibus ad Ecclesiam Catholicam reuersi non fuerunt denuo baptizati. Requiritur tamen in hoc casu, vt Minister actuali contraria opinione non excludat veritatem Sacramenti, nempe si

Mi-

Minister nolet baptismum conferri, nisi Pater sit maior Filio, et si Græcus nolit Eucharistiam conficere, nisi panis sit fermentatus, qui sit de necessitate Sacramenti tali casu ob defectum intentionis Sacramentum irritum est, multoq; magis si error contra veritatem Sacramenti exprimatur in forma; tum enim dicitur esse & est essentialis formæ mutatio. Id habeo ex Athan. Orat. 3. contra Arianos, & Greg. lib. 9. epist. 61. ad Quirinum. ceremoniæ itaq; & ritus in administratione non variant essentiam; ideoq; neq; Ecclesias illos alio atque alio modo vsurpantes separant, & diuersas efficiunt. Hæc Pontificij dicunt, hæc Græci prædicant. Male ergo dissidia hariolamur inter Græcos, & Pontificios in Baptismo ex eo quod Ecclesia Græca trina immersione vtatur, Latina infusione. Sed id obijciunt Latinis Ieremias Patriarcha Constantinopolitanus, & præterea vsum salis Michaël Cerularius. Obijciunt. Quid tum? Nos non disputamus de re, an bene, vel male peragatur, sed tantum de dissidio: si libera hæc sunt, & ex vtriusque arbitrio pendent, ergo siue baptismus conferatur per infusionem aquæ, siue per immersionem hominis, eamque siue trinam, siue vnicam, siue cum sale, siue sine sale, siue hoc modo, siue alio, cum ad Sacramenti sub-

stan-

ſtantiam quæuis corporis ablutio per aquam facta ſufficiat, valide baptiſmus confertur, & conſequenter male aſſignatur diſſidium.

Adde his præterea. Ritus in Baptiſmo ſeruandos ſæpeſæpius vrgente neceſſitate, nempe cum mors fœtui imminet, vel periculum vrget, vel priuatim confertur, vel alia etiam cauſa omiſſos, cõſtat ex praxi Eccleſiæ poſtmodum in Eccleſia ſupplendos eſſe, licet ex Pontificijs non nemo tenuerit, ſacrilegium fore, & maximam Sacramenti iniuriam, ſi Parochus puero priuatim baptizato poſtea exorciſmos ad Dæmonem profligandum adhibeat. De ommittendis hiſce ritibus vſus, maxime peſtilentia craſſante obſeruatur, cum infantes ex matribus peſte infectis editi, magno in diſcrimine ſint. Ceſſante poſtmodum peſtilentia in Eccleſia ſupplentur. Sic etiam ab Hæreticis abſque talium ceremoniarum ſolemnitate baptizatis, ſi in rectam fidem venerint, non ſunt in Eccleſia ſupplendi, ne populus exiſtimet Hæreticorum baptiſma, tanquam minus validum improbari. Quod aliter fit, ſi ſcandalum non obſtat. Tum ſic; Baptiſmus abſque ceremonijs collatus vere Baptiſmus eſt, & ceremoniæ non ideo ſupplentur, vt Baptiſmum irritum, validum efficiant, cum validus ſit per ſe. Ergo illæ ceremoniæ ad Baptiſ-

ptiſ-

ptiſmum, vt iam diximus, ex arbitrio hominum pendent, nec inter illas Eccleſias alio, atque alio modo illas vſurpantes diſſidium pariunt. Et quod addis ex ſententia Syropuli, Latinos ἀβαπτίστους eſſe, perridiculum plane eſt. Neque enim id contendit Syropulus, ſed ex diſputatione Proto-Syncelli cum Petro Calabro recitat: Syropulus enim, vt in calculo ferendo inconſtantiam redargueret Proto-ſyncelli, & facto aliquo ridiculo dictum illius, & aſſenſum imminueret, illud confinxiſſe exiſtimatur. Fruſtra ſiquidem de Latinorum Baptiſmo, nec de quo Græcis nullum vnquam dubium fuit, dubitatum fuiſſet. ſic quæſtio illa exorta, & reſoluta eſt, quaſi per iocum.

Chriſmatis immediata cum Baptiſmo coniunctio. Hoc verum eſt. Hinc ſcripſerat Allatius, *nullum eſſe, qui Sacramento Baptiſmi accepto, domum abſque Sacramento Confirmationis redire*. Sed hanc adminiſtrationem falſam, & Hæreticam vocat Arcudius. Quid dixerit Arcudius non examino. Hoc ſcio in Eccleſia tum Orientali, cum Occidentali, olim in more poſitum fuiſſe, vt infantibus ſtatim poſt Baptiſmum, Chriſma conferretur. Nunc vero in Eccleſia Romana vſu receptum eſt, vt infantes, antequam ad rationis vſum perueniant, quod

fere

fere ſeptimo ætatis anno contingit, non confirmentur. Cum enim in prima Eccleſia extra mortis periculum, tum paruulis dum adultis Paſchate, & Pentecoſte, cum etiam adeſſent Epiſcopi, confirmationem conferri ſolitum eſſet, aucta poſtmodum Eccleſia, cum Baptiſmus omnibus anni temporibus miniſtrari cœpit, factum eſt, vt ſtatim poſt Baptiſmum commodiore tempore infantes confirmarentur. Materiam huius Confirmationis, tum in Græca, tum Latina Eccleſia benedicit Epiſcopus. Eſto; ſed in Græca inungit Presbyter: id in Latina prohibetur Presbytero, vindicatur Epiſcopo. Cum Miniſter habet facultatem, collatum ab ipſo Sacramentum validum eſt. Et Pontifices aliquibus Eccleſijs hanc facultatem conceſſiſſe, diſco ex Decreto Eugenij IV. in Concilio Florentino. *Legitur aliquando per Apoſtolicæ Sedis diſpenſationem ex rationabili, & vrgente admodum cauſa, ſimplicem Sacerdotem Chriſmate per Epiſcopum confecto adminiſtraſſe Confirmationis Sacramentum*. Vide locum Gregorij Magni. Hæc eſt doctrina Theologorum Græcorum & Latinorum, quæ cum eadem ſit, conſenſum vnanimem in collatione Chriſmatis, non diſſenſum elicimus. Sed hic mirari liceat Lutherum, Melanchthonem, Calui-

num

num, Magdeburgenſes, & reliquos, qui ex Eccleſiæ Orientalis, atque Occidentalis Sacramẽtorum numero Chriſmatis Sacramentum eliminant, quod factum ſit ex manuum impoſitione, quod ſit prorſus otioſa Ceremonia, quod virtus eius conficta, quod conferat ad gratiæ augmentum in Baptiſmo collatæ ad innocentiam, quod non Verbum Dei Spiritus ſancti præſentiam promittit, quod non in aliarum, quam in Occidentalium legatur; & tamen de ea vti Sacramenta reliqua gratiam conferente legitur in Clemente Alexandrino, Origene, Euſebio Cæſarienſe, Synodo Laodicena, Cyrillo Hieroſolymitano, Gregorio Nazianzeno, Epiphanio, Ioanne Chryſoſtomo, Cyrillo Alexandrino, Iſidoro Peluſiota, Theodoreto, & ex recentioribus, Theophylacto, Oecumenio, Balſamone, Niceta Choniata, Simeone Theſſalonicenſe, Ieremia Patriarcha Conſtantinopolitano, & alijs, quorum verba, cum publici iuris ſint, petat ſibi quiſque, ſi placet. *Sed in hoc etiam eſt diſcrimen.* imo conſenſus. Cum enim eſſentiam Sacramenti non lædat, parum refert, an ſtatim poſt Baptiſmum, vel poſt ſex annos, aut plures conferatur. Nanque dicitur etiam num in Hiſpania infantes duorum, vel trium annorum pueros confirmari. Sic ante ſepten-

pten-

ptennium in mortis periculo conſtituti pueri atque infantuli rectiſſime confirmantur, cum confirmationis ſunt capaces, & digni.

Panis enzymi neceſſitas. Non attendit Allatius, quid hic vel ille contra Græcæ Eccleſiæ afferta vera pronunciet, & potiſſimum ſi ex eorum genere ſint, qui eiurata Græcorum religione, nouis ſeſe opinionibus mancipatunt, quorum præcipuorum catalogum, ſcriptis etiam indicatis, loco peropportuno intexuit. Hoc apud Græcos certum eſt, in Azymo, & in Enzymo verum corpus Chriſti effici: idem tradunt Latini. Et hæc concordia non eſt, etiam ſi nonnulli in ea Eccleſia negant, quos vti Schiſmaticos, & Hæreticos reijcimus? *Sed Allatius vocat hoc ſeptimum in Triodio errorem.* Et nunc iterum repeto. & qui poſſum reſpondere huic dicto, cum plane hæreſis ſit? *Sed auctoritatem libri cum aliter reſpondere idonee nequit, eleuare ſtudet.* Et auctoritatem libri eleuare, in quo ſimilis error continetur, reſpondere quæſtioni non eſt? Quæſtio eſt inter Græcos ſchiſmaticos, & Latinos Pontificios, in Azymo ne an in Enzymo Chriſtus confecerit. In hac quæſtione Græci Schiſmatici argumentantur; ſi Criſtus confecit in Enzymo, ergo Enzymus de neceſſitate Sacramenti eſt, inde ſequi Azymum non eſſe ma-

materiam accommodam, tanquam contra institutum Christi introductam ad consecrandum. Pontificius licet prætendat, nec præter rem, Christum in Azymo confecisse, moderatiorem se gerit, & pronunciat, cum vterque panis Enzymus & Azymus panis sit, vtrumque, siue acceptum a Christo, siue non acceptum æquebene consecrandum venire. Expunxi, signauiq; errorem recentis Schismatici Xanthopuli, qui Synaxaria illa concinnauit, & inspersis erroribus, & hæresibus proprijs commaculauit. Illa Synaxaria, cum laterent in tenebris, tandem his postremis temporibus e latebris eruta, nebulone quopiam, siue Xanthopulus ita, vt sunt, ea composuerit, siue ab hoc impostore erroribus illis conspurcata, procurante, in lucem prodierunt, in vsum Græcæ Ecclesiæ. Quod probaui firmiter, eo potissimum, quod in Synaxario post diem Pentecostes sermonem habens de Spiritu sancto dicit, illum procedere ex Patre *solo*; in alia postmodum eiusdem Synaxarij editione omissa est vocula, *solo*. Quæ hæc infantia est, si erat in Archetypo, quare in vna editione omissum est, si non erat, quare additum? Hinc arguebam, Synaxarijs illis ita peruersis nullam fidem habendam esse. notauique errores in illis contentos. Sic eleuaui aucto-

rita-

ritatem errorum adiunctorum, non Triodij, cuius habentur pluribus in locis, & vrbibus antiquissima exemplaria, in quibus similes errores nunquam conspexeris. Adde prætereа dictorum Synaxariorum ob similes, errores pessimam eorum famam apud Græcos esse, vt in nullis Ecclesijs, saltem paucis eorum lectio admittatur. Quæ adnectis ex Verino, non sunt tanti, vt responsionem mereantur. Habebit argutulus ille Grammatista ab illis, quorum res agitur, suas notas. cum illa non pertineant ad Allatij consensum. *De suffocati abstinentia iudaizante*, nihil est quod dicam. *Sed eam obiecisti tuis Græcis*. Græcis nempe stultissimis, qui similibus delirijs in vniuersam Ecclesiam excitant tragædias, & inanibus tumultibus concutiunt omnia. Adde, similem suffocatorum abstinentium non fuisse apud omnes Græcos in vsu, vt refert Petrus Patriarcha Antiochenus Epistola ad Michaëlem Cerularium.

Grana aquæ calidæ in sacro Calice iam consecrato. Allatius notans in Ecclesia Græca bis aquam Calici immisceri, frigidam ante consecrationem, calidam post consecrationem. Praxim in Ecclesia Græca de aqua feruida immiscenda sacris Mysterijs vere accurateque adnotauit Allatius, Opponens tamen alia

omnia

omnia, non diſſidium tentat. Quid enim refert, ſi ea in ſacris vtuntur Græci, Latini non item? Quod articulum fidei lædit? Qua ratione iugulantur Pontificij ſub fulmine anathematis, vrgentes mixtionem aquæ? Annon hoc idem faciunt Græci, qui ſub anathematis fulmine iugulant Armenos, alioſque, qui in ſacris celebrandis myſterijs vino aquam non miſcent? Adeatur Canon ſexageſimus ſecundus Trullanus, & in eum Commentaria Zonaræ, & Balſamonis, quibus addi poteſt Alexius Ariſtenus. Nec dum capio, quid hoc ad diſſidium faciat. Quæ adduntur de ſignis, & figuris ex Chemnitio prorſus ſunt ἀπροσδιόνυσα.

Ieiunij præcipue quadrageſimalis non ſine Latinorum reprehenſione rigidior celebratio. Rigidiora eſſe apud Græcos ieiunia, & maiora, non nego. Quid tum? Etiam antiquis temporibus, cum Eccleſiæ non ſcindebantur, ieiuniorum modus non erat vnus, ſed diuerſus pro religione Eccleſiarum. Videndus eſt Irenæus, Socrates, alij, quorum teſtimonia alias ad diuerſas ieiuniorum conſuetudines adduximus. Videri etiam poteſt Philoſtorgius de rigida apud antiquos ieiuniorum obſeruatione. Addo nunc Gregorium Proto-ſyncellum aduerſus Marcum Epheſium. Οὐκ οἶδεν ὅλω ὡς ἔοικεν, ὁ τίμιος

εἰδῇς, ὅτι καὶ ἐν ταύτῃ τῇ μεγαλοπόλει διάφορα ἔθη εἰσὶ, νηστεῖαί τε, καὶ ἐκκλησιαστικαὶ τάξεις παρηλλαγμέναι. καὶ γὰρ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς δεκάτης τετάρτης τοῦ νοεμβρίου ἀρχόμενοι νηστεύουσι τὸ τεσσαρακονθήμερον, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἕκτης τοῦ δεκεμβρίου, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς εἰκοστῆς, καὶ ἕτεροι δὲ ἀπ᾽ ἀρχῆς τοῦ μαΐου διὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως, καὶ ἄλλοι ἄλλας νηστείας. καὶ οἱ μὲν τὰ σάββατα καὶ τὰς κυριακὰς τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τεσσαρακοστῆς ἰχθύας ἐσθίουσιν, ἕτεροι δὲ, καὶ ἄλλας ἡμέρας, ἄλλοι δὲ τούτων ἀπέχονται. τί οὖν; ἀσυμφώνους, καὶ περὶ τὴν πίστιν ἐροῦμεν; ὁμοίως, καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς τάξεσιν διαφορὰν ἔστιν εὑρεῖν. καὶ γὰρ ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία ἐν ταῖς ψαλμῳδίαις ἄλλην τάξιν ἔχει, καὶ ἄλλην αἱ μεγάλαι μοναὶ, καὶ ἄλλην τὰ ἡσυχαστήρια, καὶ ἄλλην αἱ κοσμικαὶ Ἐκκλησίαι. καὶ οἱ Ταβεννησιῶται δὲ ἐν τῇ αὐτῇ, καὶ μιᾷ μονῇ διαφόρους νηστείας, διαφόρους ψαλμῳδίας ἐπετέλουν. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν διὰ δύο ἡμερῶν ἐνήστευον, οἱ δὲ δι᾽ ἑβδομάδος. καὶ οἱ μὲν ἀφ᾽ ἑσπέρας, οἱ δὲ ἀπὸ μέσης νυκτὸς τὴν ὑμνῳδίαν ἐπετέλουν. ὁμοίως καὶ ἐν τῇ τῶν ἀκοιμήτων μονῇ. Καὶ ὁ ἅγιος δὲ Συμεὼν ὁ στυλίτης τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστείαν ἐπετέλεσε, μηδοτιοῦν γευσάμενος. Ὁμοίως καὶ Δανιὴλ ὁ ὅσιος. ἀλλ᾽ οὐδεὶς ταῦτα ἐνεκάλεσέ ποτε μέχρι καὶ τήμερον. τοῦ Κανόνος δὲ λέγοντος τὰς παρασκευὰς πάσας νηστεύειν, ἡμεῖς καταλύομεν ὅσας δῆτα καταλύομεν. Λατῖνοι δὲ πάσας νηστεύουσιν, εἰμὴ τῶν Χριστουγέννων ἡμέρα τύχῃ. Καὶ πάλιν τοῦ Κανόνος λέγοντος, τὰ σάβ-

βατα

βαΐα μὴ νηστεύειν, Σωκράτης δὲ πρὸ τῆς ζ΄ τῆς Συνόδου ὢν φησὶν ἐν τοῖς ἑσπερίοις τὰ σάββατα νηστεύουσιν. ἀλλ' οἱ περὶ τότε ὄντες τοῦτο οὐκ ἐνεκάλεσαν. ᾔδεσαν γὰρ ὅτι τὸ διάφορον τῶν νηστειῶν, καὶ τῶν ἐθῶν διάφορον πίστεως οὐκ εἰσάγει. θαυμάζαι δ' αὖτις τοῦτον, πῶς καὶ τὸ διάφορον τῆς γλώττης, καὶ τὸ τῶν ἐνδυμάτων οὐκ ἐνεκάλεσεν, ἢ πῶς ἐκεῖνοι τὸ γόνυ κλίνοντες προσκυνοῦσι, καὶ προσδέχονται κατὰ τὴν ἀρχαίαν τάξιν, ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως. *Nescit ergo, vt plane videtur, eximius hic vir, varios in hac etiam vrbe magna Constantinopoli seruari mores, ieiuniorumque, ac rituum Ecclesiasticorum esse diuersitates. Nanque ante Christi natalem sunt, qui ordiuntur ieiunium ex die decimo quinto Nouembris, alij ex die sexto Decembris, alij ex vicesimo. Ad honorem quoque Ascensionis Christi quidam ieiunare incipiunt ex Kalendis Maij; & alia ab alijs ieiunia obseruantur. Nam & ipso sanctæ, ac magnæ Quadragesimæ tempore diebus Sabbati, ac Dominicæ multi vescuntur piscibus, alijs quoque alij diebus. sunt etiam, qui ijs omnino se abstinent. Quid ergo? Dicemus ne illos fide etiam inter se dissentire? In ritibus quoque Ecclesiasticis consuetudo est varia. Nam Constantinopolitana maior Ecclesia in celebrandis officijs alio more vtitur, alio vero maiora monasteria, alio minora ad quietem accommodata, denique alia Sacerdotum secularium Ecclesiæ. Quin Tabenne-*

ne-

nesiotæ in vno eodemque Cœnobio varios ieiunandi, psallendique modos habebant, alijs per biduum ieiunantibus, alijs per hebdomadam: & his quidem ad vesperam, illis vero de media nocte sacros hymnos canentibus: quod fiebat etiam in Monasterio Acœmetorum. Sanctus Simeon Stylita quadraginta diebus ieiunium nihil omnino degustans compleuit: idem beatus quoq; Daniel præstitit, hæc tamen nemo ad hunc diem in crimen vocauit. Iubet Canon, omnibus sextis ferijs esse ieiunandum: nos quibusdam non ieiunamus: Latini vero nunquam eius diei soluunt ieiunium, nisi Natalis Domini dies contingat. Rursus præcipiente Canone, non esse ieiunandum Sabbato, Socrates, qui fuit ante Synodum tertiam; in occiduis, inquit, partibus ieiunant diebus Sabbati: nec tamen qui illis fuere temporibus crimini hoc dederunt: quod scirent varios ieiuniorum & rituum mores non inferre differentiam fidei. Mirum porro fuerit, cur iste vir, & linguæ diuersitatem, & varium indumentorum genus vitio non verterit, aut quod illi flectant genua, cum adorant, & orant, seruantes morem antiquitatis, nos minime.
Scite responsum ad tua. Dic tu aptius, accommodatius, cohærentius. Ne turberis animo: tum enim ad suum munus fungendum non bene affectus, aduersus rigidiora ieiunia, & mitiora non sine reprehensione
La-

Latinorũ insonabit. Sed Proto-syncellus iste Pontificius est. scripsit pro Romano contra Ephesium. Quasi Pontificij, quia Pontificij nihil dicant ad rem, omniaque eorum, vel sola ista exceptione Pontificiorum reijcienda, & fides eorum abigenda sit. Vbi res ipsa loquitur, & Historici eam classico buccinant, morose Pontificiorum errata repudiantur. Allega tu contraria, si potes, & palmarium habe. Licet prima Synodus Sisinnium Nauatianum, vti non bene sentientem in nonnullis improbauerat, eius tamen auxilio ad compescendos Arianos vtebatur. Origenes ob errores suos in antiqua Ecclesia improbatus est, veruntamen libri eius contra Celsum, & in sacras Scripturas Commentaria probabantur. Põtificijs a Reformatis nihil conceditur. Sed Reformati siue aiant, siue negent, parum curant Pontificij, qui veritatem quærunt, & comprehensam mordicus tenent, neque lamijs hæreticorum, neque sepulchrorum spectris territantur. Sed quid ieiunia ad dissidium? Etiamnum in Ecclesia Romana varia apud pios religiososque viros ieiunia mitiora rigidioraque passim obseruantur, non ideo tamen Ecclesia illa diuisa a semetipsa reputatur, nec pars ieiunans non ieiunantes a se excludit. Redige in memoriam

illa Pauli ad Romanos; *Is qui manducat non manducantem non spernat; & qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim illum assumpsit*. Et, *qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo: & qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo*. Mirum te vini pocula, & offarum condimenta ad probandum dissidium in medium non attulisse.

Ad dogmata refero animarum παννυχισμὸν, seu peruigilationem. Concludatur, ergo ex dictis, omnia ad vsque a principio dicta pro dissidio, cum dogma non attingerent, nullius momenti, & frustra, inuitisque Musis confarcinata sunt. quæ erat melius silentio texisse, vt laborem legentibus dimineret. Veruntamen ritus, consuetudines, ceremonias, contra atque prætendit Opponens, dissidium non parere, Græci ipsi æque atque Pontificij cognoscunt, & tenent. Legendus est inter alios Photius, Demetrius Chomatenus, Theophylactus, & alij, quos alibi laudauimus. Sed quando iam ad dogmata peruenimus videamus, an solidius, feliciusque cursum absoluerit. *Peruigilationem in catalogo hæreticorum accenset Bellarminus*. Et iure merito. Quis enim inter Catholicos eam tenuit? *Multi Ioannem Papam XXII. huius erroris insimulant*. Sed in-

insimulant. Contrarium siquidem tenuisse, luce meridiana clarius est. Quid de ea Marcus Ephesius, & alij Græci Schismatici asseruerint, alibi a nobis dictum est. *Illam assignauit Græcis suis Caleca*. Assignauerit. Legenda erant, quæ in contrarium attulit Allatius ex Patribus, nec non etiam Schismaticis Ecclesiæ Græcæ antiquioribus, & recentioribus in Tractatu de Purgatorio, & ex alijs eiusdem Ecclesiæ Doctoribus in Hottingero. quod vt probe intelligas, nomina hic apponam. Anastasius Patriarcha Antiochenus Anagoge in Exameron Oratione 1. Andreas Cretensis Orat. in S. Nicolaum Myrhorum Lyciæ Episcopum. Andreas Hymnodus Canone in S. Nicolaum. Angelus Hymnodus Can. in S. Parasceuem. Anonymus Carmine in Mariam Romani Imperatoris coniugem. Arsenius Archiepiscopus Corcyrensis in laudatione S. Barbaræ. Auctor vitæ Cosmæ Melodi. Auctor vitæ Gregorij Decapolitæ. Auctor Commentarij de translatione reliquiarum S. Ioannis Chrysostomi. Auctor vitæ Sancti Maximi Homologetæ. Auctor vitæ S. Pachomij. Auctor laudationis S. Paulij Latrensis. Auctor laudationis S. Procopi Martyris. Auctor vitæ S. Theodori Studitæ. Basilius Imperator vniuersæ Russiæ,

de Translatione reliquiarum suæ matris . Codex Vaticanus Num. 274. Constantinus Acropolita in laudatione sanctæ Theodoræ Martyris , in laudatione S. Ioannis Damasceni. Cyrillus Scythopolitanus in vita Ioannis Episcopi, & Hesychastæ Lauræ S. Sabæ. Daniel Monachus in vita Ioannis Climaci. Demetrius Chrysolora Orat. de S.Demetrio. Euchologium Græcorum in Officio Monachorum mortuorum, In Officio Sacerdotum mortuorum. Eustratius Presbyter, Tractatu de animabus separatis. Gabriel Hymnodus Can. in S. Nicolaum . Gabriel Seuerus Philadelphiensis, Tractatu de Particulis , Tractatu de Differentijs Græcorum & Latinorum . Gennadius Patriarcha Constantinopolitanus pro Concilio Florentino. Georgius Grammaticus Orat. in SS. Barbaram, & Iulianam Martyres. Georgius Patriarcha Constantinopolitanus Orat. in sanctum Georgium Martyrem, Orat. in S. Dionysium Areopagitam, Orat. in S. Marinam Martyrem, Orat. in S. Euthymium Madytorum Episcopum, In vita S. Lazari Galesij . Georgius Scholarius Monachus Can. in Palamam . Gregorius Abbas in Oxia Insula, Epistola ad Alexium Porphyrogennetam. Gregorius Diaconus, & Referendarius, in laudatione S. Demetrij Martyris.

Gre-

Gregorius Hieromonachus Proto-ſyncellus Chij, in expoſitione Symboli. Gregorius Nazianzenus Orat. funebri in D. Baſilium, in Patrem ſuum, in Heronem, in S. Athanaſium, in Cæſarium Fratrem. Gregorius Nyſſenus Commentar. in Beatitudines, Conſolatoria in Funere Pulcheriæ, Orat. Funebri de Placilla, Orat. Funebri in S. Meletium, In vita S. Ephræm Syri. Gregorius Proto-ſyncellus, qui poſtea creatus eſt Patriarcha Conſtantinopolitanus, Reſponſione ad Epiſtolam Marci Epheſij. Horologium Tropario in S. Martyrem Nicetam, In S. Gregorium Nyſſenum, In SS. Quadraginta duos Martyres Ammorij, In ſanctum Eudocimum. Ignatius Diaconus, & Sceuophylax in vita S. Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani. Ignatius Hymnodus Canone in S. Ioannem Climacum. Ioannes Citri Epiſcopus Reſponſionibus ad Conſtantinum Cabaſilam. Ioannes Chryſoſtomus, Epiſt. ad Viduam Iuniorem, In Pſalmum 113. Ioannes Damaſcenus Orat. de S. Barbara Virgine, & Martyre. Ioannes Diaconus & Rhetor magnæ Eccleſiæ in vita S. Ioſephi Hymnographi. Ioannes Hagioëlita in laudatione S. Macarij Ægyptij. Ioannes Hieroſolymitanus Patriarcha in vita S. Ioannis Damaſceni. Ioannes

Mau-

Mauropus Euchaitorum Episcopus, in vita S. Eusebiæ apud Euchaita, In vita S. Theodori Iunioris in Chiliocomo, Iambico in Michaëlem Diaconum. In S. Nicolaum Canone 6.7. & 8. Canonibus in S. Basilium, Canonibus in S. Gregorium Nazianzenum. Ioannes Plusiadenus, Dialogo pro Concilio Florentino. Iosephus Melodus, Canone in Cæleستes Potestates, in Horologio: Iosephus Philagrius, Tractatu contra Latinos. Leo Centuripinus Orat. in S. Iacobum Apostolum Zebedæi Filium. Leo Imperator in laudatione S. Ioannis Chrysostomi, In S. Nicolaum, In S. Tryphonem, In S. Demetrium, In eundem Demetrium alia, In omnes Sanctos, Carmine de S. Clemente Ancyrano. Leo Siculus Grammaticus, laudatione in S. Nectarium Patriarcham. Leontius Episcopus Neapoleos Cypri, in vita Simeonis Abbatis, qui propter Christum Salus cognominatus est. Macarius Ægyptius Orat. non dum edita. Manuel Rhetor magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, aduersus Latinos ad Franciscum, Maximus Planudes, Orat. in S. Diomedem Martyrem. Metrophanes Nauplius, Canone in nouum Ascetam Gerasimum. Michaël Archimandrita in vita S. Nicolai Myrhorum Episcopi. Michaël Glycas, Epistola ad Esai-

Esaiam Monachum. Michaël Choniata, Orat. funebri in Nicetam fratrem. Michaël Monachus in vita S. Theodori Studitæ. Michaël Phile Can. in S. Nicolaum. Michaël Psellus Troparijs, & Canone in Simeonem Metaphrastem, Laudatione in eundem Metaphrastem, Orat. Funebri in Irenem Cæsarissam, Consolatoria ad Vvrtzem Vestarcham, In vita S. Auxentij. Michaël Syncellus, in S. Ignatium Patriarcham Constantinopolitanum. Nectarius Abbas Casulensis Carmine in Abbates Casulenses. Nicephorus Gregoras in vita sanctæ Theophanonis Imperatricis. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus, Orat. 3. contra Iconomachos. Nicetas Choniata Thesauri Orthodoxi lib. 2. cap. 78. Nicetas Rhetor, in Encomio SS. Ceryci, & Iulittæ, In Encomio Ioannis Euangelistæ, In Encomio S. Panteleemonis Martyris. In Encomio S. Iacobi Zebedæi Filij. Nicetas Stethatus Canone in S. Nicolaum. Nico in Narrationibus Asceticis. Nicolaus Cabasila, Orat. de S. Demetrio, Orat. de S. Theodora Thessalonicense, In Expositione Missæ. Nicolaus Grassus Carm. in Arsenium Metropolitam Corcyrensem. Nilus Metropolita Rhodi, Orat. de S. Matrona Chia. Pachomius in vita sua. Paphnutius

in

vita S. Onuphrij. Petrus Argiuorum Episcopus Laudatione in SS. Anargyros Cosmam, & Damianum. Philippus Hymnodus Canone in S. Iosaphatum. Philotheus Patriarcha Constantinopolitanus in Officio Palamæ, Canone in S. Ioannem Damascenum, Orat. in S. Anysiam Thessalonicensem, Laudatione in S. Demetrium Martyrem. Orat. in tres Hierarchas Basilium, Gregorium, & Ioannem Chrysostomum, Orat. in Demetrium Martyrem. Orat. in omnes Sanctos. Photius Patriarcha Constantinopolitanus, Oratione prima de Processione Spiritus sancti, In Bibliotheca in excerptis Chrysostomianis. Photius Sceuophylax, & Logotheta in Encomio sancti Lucilliani. Procopius Diaconus, & Sceuophylax magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, in Laudatione S. Marci Euangelistæ, In Laudatione sancti Ioannis Apostoli. Simeon Thessalonicensis, Dialogo contra Hæreses. Simeon Metaphrastes in vitis sancti Charitonis, sancti Cyriaci Anachoretæ, S. Nicolai Myrhorum Episcopi, S. Ioannis Chrysostomi, S. Matthæi Apostoli, & Euangelistæ, sancti Sampsonis Xenodochi, S. Callinici, sancti Marcelli Monasterij Acœmetarum, S. Indi, S. Eugeniæ. Theodorus Cœtonita, Canone in Ioannem Eucha-

charitorum Episcopum. Theodorus Cyzici Episcopus in Laudatione S. Blasij Martyris. Theodorus Patriarcha Hierosolymitanus in Synodico. Legitur Act. 3. Synodi Septimæ. Theodorus Studita Orat. de laudibus S. Arsenij. Theodosia Canonum concinnatrix, Canone in S. Ioannicium. Theophanes Nicænus Orat. 6. contra Iudæos, de Elia Propheta, Moyse, Abraam, & alijs, Orat. 8. contra eosdem Iudæos. Triodion, die Veneris Hebdomadis, cui a Caseo nomen est. & similia ex Euchologio.

Hæc sufficere possent etiam obstinatæ voluntatis hominibus, quæ iam exierunt, atq; in vulgus emanarunt: attamen alio tempore in tui gratiam, vt obfirmitas animi magis, ac magis deponatur ex eiusdem Ecclesiæ non infimis Doctoribus addemus. Athanasium Alexandrinum in vita, & rebus gestis S. Syncleticæ. Iosephum Monachum, & minimum, in laudatione sancti Bartholomæi Apostoli. Ammonium Monachum, de SS. Monachis Sinaitis. Sabam Monachum, in vita sancti Ioannicij. Theodorum Studitam Oratione Catechetica in Dominicam Paschæ. Constantinum Diaconum, & Chartophylacem, Laudatione in omnes Sanctos. Ignatium Diaconum, & Sceuophylacem magnæ Ecclesiæ Constan-

stan-

ſtantinopolitanæ, in vita ſancti Nicephori Patriarchæ CP. de matre eiuſdem Eudocia. Hiſtoriam Politicam Græcam apud Cruſium, de Gennadio Patriarcha. Manuelem Calecam, Oratione de ſancto Stephano Protomartyre. Philotheũ Patriarcham CP. cognomẽto Coccinum, Oratione de ſancto Demetrio Martyre. Alexandrum Monachum, Oratione in ſanctum Barnabam Apoſtolum. Nicephorum Gregoram, Hiſtoriæ lib. 18., & lib. 29. in vita ſancti Michaëlis Syncelli, & in Martyrio ſancti Quadrati. Ioannem Argyropulum, Oratione Conſolatoria ad Conſtantinum Imperatorem, in morte fratris eius Ioannis Palæologi Imperatoris. Theodulum Magiſtrum Theſſalonicenſem Oratione in S. Ioannem Baptiſtam. Manuelem Palæologum Imperatorem, Laudatione in Gabrielem Epiſcopum Theſſalonicenſem, Laudatione in ſanctam Euphemiam Martyrem, Laudatione in ſanctos Patres noſtros, & Vniuerſales Doctores, qui in ſeptem ſanctis, & vniuerſalibus Synodis interfuerunt, Laudatione in Dauidem Theſſalonicenſem Epiſcopum, Oratione Conſolatoria in mortem fratris Ioannis. Michaëlem Apoſtolium, in Epicedio Galateni, In Epitaphio Manuelis Calotaræ, & Epiſtola ad Petrum Calergem.

Ni-

Nicephorum Callistum Xāthopulum Synaxario, quod legitur Dominica Resurrectionis, & Historia Ecclesiastica libro 1. capite 31. Matthæum Camariotam, Oratione in tres Hierarchas Basilium Cæsariensem, Gregorium Nazianzenum, & Ioannem Chrysostomum. His superaddam Melodos Iosephum Canone in sanctum Abercium, Isidorum in sanctum Demetrium, Bartholomæum in Theodorum Martyrem, Basilium in sanctum Nicolaum, Germanum in sanctam Mariam Ægyptiacam, Ioannem in Romanum Melodum, Athanasium in sanctos Martyres Theodoros, in sanctum Ioannicium Iuniorem.

Nihilominus nunc quoque, cum similis argumenti prodigus campus, ex effertissima similium opimitate plene, & cumulate exultaret, duorum in ea gente pannychismum hunc afferentium principum, & quorum auctoritatem non configet, neque proteret Opponens, Marci Ephesij, cuius alibi de eodem pro Pontificijs sententiam adduximus, diuersam tamen ab his, & Nicetæ Stethati testimonijs euincam, pannychismum hunc nullum esse in Orientali Ecclesia, sed somnium, atque intemperiem Schismaticorum, non sibi vsquequaque con-

stan-

ſtantium. Marcus Epheſius Epiſtola ad Ioannem Palæologum Imperatorem, quæ incipit; δῶρόν τοι τοῦτο μικρὸν, ſcribit; τὰ ἄνθη τὸ τερπνὸν ἔχουσι, θᾶττον δὲ λόγου παρίουσι, καὶ φθίνουσιν, ἵνα τὸ ἐν τούτοις ἄστατον, καὶ ὠκύμορον ἐννοήσαντες, τὴν ἀληθῆ καὶ μόνιμον ἡδονὴν ζητῶμεν, τὴν μακαρίαν, τὴν διηνεκῆ, τὴν ἀνώλεθρον, ἣν ἐνταῦθα μὲν ἤδη ψυχὴ θείοις λόγοις τρεφομένη, καὶ θεωρήμασι, καὶ κατατρυφῶσα τοῦ κυρίου διὰ παντὸς, τῇ τε τῶν μελλόντων ἐλπίδι χαίρουσα. Μετὰ δὲ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἐπιτυχοῦσα τῶν ποθουμένων εἰς αἰῶνας ἀγάλλεται. φωνὴ γάρ φησιν ἀγαλλιάσεως, καὶ σωτηρίας ἐν σκηναῖς δικαίων. *Flores intuentibus voluptatem creant, ſed verbo ocyus prætereunt, & expirant, vt in his inſtabilitatem, cito perituram conſiderantes, veram & perpetuo ſibi conſtantem voluptatem conquiramus, beatam, ſempiternam, & in omni æuo duraturam, qua perfruitur anima diuinis ſermonibus, & ſpeculationibus innutrita, & perpetuo in Domino delectatur, & futurorum bonorum ſpe gaudio completur. Veruntamen poſt hanc vitam qua deſiderauerat conſecuta in omne tempus lætitijs omnibus exultat. Vox ſiquidem, dicitur exultationis, & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.* Et in Ecphraſi animam agentis non ineleganter deſcripta; Ὅσοι δὲ διαβατικώτεροι, καὶ θεόθεν ὀξεῖς τὸ ἱερὸν ὄμμα τῆς τε ὁσίου ψυχὴν ἀνιοῦσαν εἰς οὐρανὸν ὁρῶσι, καὶ ἡμῖν ἐπεύχονται κοινωνῆ-

σαι

σαι τῆς θέας. ἢ οὐχ ὁρᾷς ἄρτι; διαβλέπεις γὰρ, οἶμαι, καὶ τῆς ἀχλύος αἰσθάνῃ κεκαθαρμένος. κόρην γὰρ δόξαν προσεοικυῖαν, μέσην τε δυοῖν ἀγγέλοιν διειλημμένην, καὶ νεφῶν τινα ἰδέαν ἔγραψεν ὁ τεχνίτης, καὶ οὐρανὸν αὐτὸν κυανοειδῆ τὸ ἄνθος, *Qui vero acriori, atque attentiori animo res contemplantur, & penetrant, & perspicaciores sunt a Deo sibi concesso sacro lumine, Sancti, animam in Cælum progredientem intuentur, orantque, ut nos quoque illius spectaculi participes efficiamur. Annon vides nunc? Vsurpas enim oculis, ut reor, & persentiscis ex tenebris euolutus, eam puellæ eximia pulchritudine, venustaque forma præditæ non absimilem, inter duos Angelos deprehensam. & speciem quandam nebularum effinxit artifex, & Cælum ipsum flore cæruleo conspicuum.* Qui pie sancteq; vixit, post hanc vitam nanciscitur ea, quæ vitam agens desiderauerat in omne tempus duratura. sed nullus desiderat mœrores, lacrymas, tormenta, flammas, quæ etiam si essent, non sunt sempiterna, & statim atque excesserit e vita ab Angelis veluti puella pura, munda in Cælum deportatur. Ruit ergo sententia Ephesij Pannychismus similis. Quid vero Stethatus in Tractatu suo de anima cap. 14.? fixis oculis excipe. Ποῖ φέρεται ἡ ψυχὴ μετὰ θάνατον; τῶν ἐκδημουσῶν ψυχῶν αἱ μὲν εἰσι καθαραὶ, εὐώδεις, θεοειδεῖς τε, καὶ

πεπληρωμέναι δόξης ἐνθέου, καὶ ἀκραιφνεστάτου φωτός, αἱ τῶν ἁγίων. καὶ λάμπουσιν ἐκδημοῦσαι τοῦ σώματος ὡς ὁ ἥλιος, ἐξ ἔργων δικαιοσύνης, καὶ σοφίας, καὶ καθαρότητος. αὗται δὲ διὰ τῶν ἀπαγόντων φίλων ἀγγέλων πρὸς τὸ πρῶτον φῶς τὸ ὑπερουράνιον, τὸ ἄϋλον, τὸ καὶ ἀγγέλοις ἀκατανόητον, αὐτὸν τὸν Θεὸν τὸν ἐν πατρὶ, καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι δοξαζόμενόν τε, καὶ προσκυνούμενον ὑπὸ ἀπείρων δυνάμεων, οἷα δὴ πρῶται φανὰ τρίτης τάξεως διὰ δευτέρων φώτων ἀνέρχονται. οὗ γενόμεναι προσκυνοῦσι τῷ θρόνῳ τῆς δόξης αὐτοῦ ἐν ἁγίῳ φόβῳ, καὶ χαρᾷ θείου πνεύματος, παρισταμένων τῶν Χερουβίμ τε, καὶ τῶν Σεραφὶμ, καὶ πασῶν τῶν ἄνω ἐν τρόμῳ, καὶ φόβῳ δυνάμεων, καὶ θάρσους πληρουσῶν ἀνερχομένας αὐτάς. Εἶθ' οὕτως οἰκείως, καὶ καθαρῶς ἑκάστη τούτων ὡς φίλῳ φίλη συνάπτεται νεύματι θείῳ ἐκείνῳ τῷ τάγματι, οὗ τῆς δόξης καὶ στάσεως χάρισμα ἔλαβε διὰ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος μετουσίας ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ, καὶ μεθ' οὗ τῇ τῶν πιστῶν ἐφανερώθη εἰς οἰκοδομίαν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. τούτῳ δὲ συνάπτεται, ὡς συνδιαιτᾶσθαι αὐτῷ, καὶ συνευφραίνεσθαι, καὶ ἐπαναπαύεσθαι μέλλουσα ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων αὐτοῦ μέχρι τῆς μελλούσης κοινῆς ἀποκαταστάσεως πρὸς Θεοῦ. αἱ δὲ ζοφώδεις, καὶ δεινῶς σκοτειναὶ ἐκ φαύλων ἔργων, καὶ λόγων, καὶ νοημάτων, ἠθῶν τε καὶ ἐπιτηδευμάτων, καὶ διαθέσεων, αἱ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ δυσωδίας ἀποπνέουσι, βιαίως τοῦ σώματος ἀποσπώμεναι, ἧς αὐτῷ σὺν ἀηδίᾳ πάσῃ καὶ μεταδιδόασιν. ἐξερχόμεναι

μεναι

μεναι. αὗται ὡς πλήρεις ζόφου, καὶ δυσσομίας, καὶ ῥύπου παρὰ κολαστῶν, καὶ σκοτεινῶν ἀγγέλων, ἀβουλήτως, καὶ μετὰ φόβου δεινοῦ, τρόμου τε, καὶ δειλίας εἰς ᾅδου μυχοὺς ὡς φρουρὰν φοβερὰν, καὶ ἀπαραμύθητον ἀπαγόμεναι παραδίδονται φρουράρχοις πνεύμασιν ἀκαθάρτοις, καὶ πονηροῖς, ἔνθα ὁ τοῦ σκότους ἄρχων δεσμοῖς εἰς πυρὸς αἰωνίου τηρεῖται ὑπέκκαυμα μετὰ τῶν σκοτεινῶν Ἀγγέλων τῶν ὁμοίων αὐτοῦ. τούτοις δὲ παραδίδονται, ὡς συνέσεσθαι μέλλουσαι αὐτοῖς αἰωνίως, οἷς ὡς φίλοις κατὰ τὸν βίον, ἔν τε τοῖς ἔργοις, καὶ τοῖς λόγοις ἐχρήσαντο, καὶ ὧν τὰς ὑποθήκας ἀγαπήσασαι εἰς ἔργα πρὸς λύμην ἑαυτῶν, καὶ ἄλλων ἐξήγαγον, κακὸν ὑπόδειγμα ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ γενόμεναι, καὶ χαρακτῆρας κακοὺς εἰς φαῦλον μνημόσυνον καταλείψασαι. *Quae egrediuntur e corpore animae, hae quidem sunt purae, suaueolentes, Deo similes, & diuina gloria, & purissimo lumine repletae, Sanctorum scilicet, & excedentes e corpore aeque atque Sol propter opera misericordiae, sapientiae, & mundiciei splendescunt. Hae per amicos Angelos deportatae, ad primum supercaeleste lumen, immateriatum, ipsis etiam Angelis incomprehensibile, Deum ipsum in Patre, & Filio, & Spiritu sancto glorificatum, & adoratum ab innumera multitudine Virtutum, quae tanquam clara lumina ordinis tertij per secunda lumina ascendunt: quo cum accesserint, Thronum gloriae eius venerantur in sancto timore, & Spiritus diuini laetitia, adstantibus Cherubim,*

&

& Seraphim, & omnibus superioribus Virtutibus in tremore, & metu, & ipsas ascendentes confidentia replentibus. Postmodum familiariter pureque earum qualibet vti amica amico coniungitur nutu diuino Ordini, cuius gloriæ, & stationis gratia donata est per sancti Spiritus participationem in vita præsenti, & cum quo inter fidelium cœtum apparuit in ædificationem corporis Christi. Illi porro coniungitur, vt vna cum eo insimul ætatem agat, & collætetur, & requiescat sub vmbra alarum illius vsq; ad futuram, & a Deo faciendam communem restitutionem. Tenebricosæ vero, atque insigniter obscuræ ob inique gesta, sermones, cogitationes, consuetudines, studia, & affectiones, Peccatorum nempe, graueolentes violenter e corpore discerpuntur, quem acrem odorem illi cum ingenti, atque insuaui molestia communicant. Hæ vti caligine, & fœtore, & inquinamentis confertæ a punientibus tenebrosisque Angelis coactæ, et cum ingenti metu tremoreque in Inferni profunda, tanquam in custodiam perobscuram, & inconsolabilem deductæ, traduntur custodibus, Spiritibus immundis, & peruersis; vbi tenebrarum princeps in vinculis sempiternis in ignis ad æternitatem stabilis suscitabulum cum caliginosis Angelis illi similibus conseruat. His vero traduntur in omne æuum, cum illis conuicturæ, quibus veluti amicis, cum viuerent,

&

& operibus, & sermonibus adhæserunt, & quorum suggestionibus acquiescentes in actiones in sui, aliorumque noxam adactæ sunt, perniciosum exemplum in hac vita factæ, & notis pessimis ad sui memoriam infamandam posteris relinquentes. Non potuerunt exprimi luculentius, enodatius: Non alia Pontificius syllabatim dictat.

Vides? Communis hic consensus est, & fere præter paucos Schismati addictissimos, neminem inuenies aduersantem. Ideoq; qui hæc negare visi sunt, cum de alicuius iusti obitu sermonem faciunt, statim, & illico in Cœlum assumptum, facie ad faciem, non in speculo, neque in ænigmate Deum videre, & visione beatifica perfrui scribunt. Imo ipsa Græcorum Ecclesia in suis Officijs singulis horis, atque momentis hoc idem asseuerat, vt plane ridendus veniat, qui contrarium dicit. Ecclesiam Græcam vniuersam, cum suis fere omnibus stultam esse; & aliud ore proferre, aliud corde tenere, non nisi stultissimus asseuerauerit. Vt iam tibi opus sit, si non comprobas consensum, defensionem facere diffidij tui, quod tot modis exterminat Allatius.

Primatum Papæ œcumenicum. Græcos fuisse semper detestatos hanc doctrinam. Hoc ex

criptis Allatij colligi falſum eſt. Illis enim plane contrarium conſtabilitur; auctoritatem ſcilicet, & præeminentiam Romani Pontificis in vniuerſam Eccleſiam, & potiſſimum Græcam agnitam fuiſſe ab Eccleſia Græca ad tempora vſque Photij, ante ſchiſma, in ſchiſmate, & poſtmodum. Idque ex ipſa praxi, exercitio, teſtimonijs antiquis medij, & poſterioris æui Patrum comprobatur, & tum potiſſimum, cum a Græcis Schiſmaticis infenſiſſime oppugnaretur, qui extra Eccleſiam militant. Petantur ſcripta Allatij. Et quod hic affertur de Patriarchis Conſtantinopolitanis poſt Acacium Catholicis, Romanam, & Catholicam fidem, etiam ſcripto profitentibus, a Romanis Pontificibus nunquam in communionem admiſſis, ſi bene intelligantur iuriſdictionem, & præeminentiam in Romano arguit, & probat. Quare enim iſti, Catholici licet, non admittuntur a Romano? Quia Romano non obediunt. Qui nõ audit iuſſa, non admittitur. Hinc Opponens abſq; iudicio & modo colligit, & nõ ſine omnium admiratione veritatem extorquet; *Quidquid igitur agas, patiariſue pro fide Orthodoxa, Papæ autem iuſſa non adores in communionem Sanctorum admitti nequis.* Nihil poteſt eſſe hac veritate verius.

Cu-

Cuius rei consequendæ gratia, nullis parcitum est inpendijs; Collegium Romæ pueris Græcis munificentissime erectum est, & instructum, in quo religionem Pontificiam doceantur, quo facile fit, vt flexiles puerorum ad superstitionem tanto splendore vestitas animi vincantur. Ex illo deinde Collegio, &c. Verum id est. Tu dicis ea elaborasse, vt Ecclesiæ Græcæ non tam consensum, quam subiectionem obtineant. Hoc vero non dum probatum est. similibus laboribus, ac studijs summi Pontifices nullis parcentes sumptibus, non Græcorum modo, sed aliarum quoque nobilissimarum nationum, Germanorum, Gallorum, Hispanorum, Anglorum, & Orientalium Armenorum, Maronitarum, & nunc demum Collegio Fidei propagandæ nationum promiscua congerie vniuersi Orbis terrarum animos sibi deuinxerunt. Dicis hac arte, earundem nationum subiectionem sibi procurasse. Quare non dicis subiectionem vero Deo procurare, cuius ipsi vices in terris gerunt? Inter illas nationes pleriq; peruersorum hominum fraudibus, atque improbitate seducti, & ad praua dogmata pellecti captiui sub Diabolo tenentur, & Dæmonibus seruiunt, alij dissoluta consuetudine ex immodica Magistrorum facultate sibi concessa, redditi de-

teriores peccatis, sese continuo implicant, qui quodlibet sibi licere opinantur. Alij ignorantiæ tenebris cæci, & rerum omnium ignari, nec, Deus an sit, nondum didicerunt, idque malitia eorundem hominum, qui vendere possunt, redimere non possunt. Et opem ferre reducereque a fide sublesta, & noxia ad rectam, a vitijs ad virtutes, ab obtusa, & obtenebrata mente ad pellucidam, & limpidissimam erit obtinere subiectionem? Non est quærendum quid vendat, considera, quid emat, & inuenies, quod emat. Profundit suos thesauros. omnia suo confert sumptu, eoque continuo, non alieno, augendo aliena, minuendo sua. Et subiectio illa Romano Pontifici facta, mera libertas est. Animus eximitur a seruitute Diaboli, & libertatis præmio, non seruitutis, conformatur. Ideoq; qui in deditionem illius concedunt, non amittunt ius suum, sed in idem restituuntur. excipiunt dogma reconciliati, non mutant consuetudines, non mutant ritus: quæ rata sunt, nec dogma lædunt, permittuntur, idque non tremore, e supercilio Campano, sed exemplo Christi agitur, *Qui pro salute animorum*, teste Augustino, *omnia passus est, & sanguine suo redemit nos, & a vitijs, atque criminibus, non solum doctrinæ auxilio,*

&

& gratiæ, sed etiam exemplo ad studium sanctitatis accendit. Hæc Græcorum, & Latinorum effata sunt. Et hac eadem ratione Pontifex Romanus, cum non possit sanguine, impendijs, ac sumptibus Christianorum saluti Collegijs munificentissime erectis prouidet, vt videmus iam factum in Orientalibus Ecclesijs.

Horum diligentiam prætergressus est Leo Allatius, Vir alioqui doctissimus, & de multis Græcis Scriptoribus præclare meritus, quam laudem ei admetitur G. I. Vossius, quod aggressus est in opere de Ecclesiæ Occidentalis, atque Orientalis consensione. Huc enim scopus Operis Allatiani tendit. Res ex primo Consensionis libro reditur manifesta. Non est insumendum multum laboris in expiscando Allatiano in libris de Consensione consilio. Iam edico, ne curiosius id quæras. Scopus illi fuit, & præcipuus, dissensum, quem alij inter has Ecclesias disseminant, in concordiam reducere, demonstrareque vtramque eadem profiteri, eadem verbis etiam ipsissimis dicere: & cum vnam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam ipse profiteatur in Symbolo, & duæ sint Græca, & Latina, quænam sit prima, & superior, ad cuius nutus altera subiaceat, vt ductrici pedisequa, dum duo capita visibilia in vna Eccle-

clesia esse non possint, & vbi acrius momenta vtriusque examinat, ex Patrum Orientalium, & Occidentalium, necnon Conciliorum, Sacrorumque eloquiorum penu Pontificiam cognouit esse caput, & magistram veritatis infallibilem, &, *non machinis, neque artificijs, neque inuentis, neq; alijs Pontificale Palladium*, vt tu loqueris, *& omnipotentiam Papalem extruxit, & firmauit*, quam & multi alij ante ipsum melius, fortunatiusque prouexerunt. *Nec fraudem prodit, dum scribit, Conciliorum cogendorum potestatem vno Pontifici Romano transcribens, & Principes, & extraneos ab ijs audacissime reijcit. & id contra veterum auctoritatem.* Imo id totum peregit, demonstrauitque ita esse veterum Doctorum Ecclesiæ tum Græcæ tum Latinæ testimonijs, quibus ad hæc tempora nullum vidit responsum. Nisi negare auctoritates Patrum, Conciliorum, ipsiusque Ecclesiæ, ampliter respondere est. Allatius scripsit, probauit: tu vero negas, nihil contra opponens, cuius causa potior est, negantisne nullis productis rationibus, an affirmantis, & dictum stabilientis auctoritatibus sanctorum Doctorum omni exceptione maiorum, & Conciliorum? Tu quoq; eadē si diceres, excluderetur a tuis tua ipsius auctoritas vel eo solo nomine, quod Ponti-

tificibus fauet. Hæc conditio, quam mihi alias præscripsit Hottingerus, stolida, dura, atque intractabilis est, ne quid peius dicam. Altercandum est vel alijs rationibus, vel aliorum testimonijs, non temere affirmandum, & negandum, si iura tua aliquo præsidio defendere, & propugnare religionis commoda cupis, quod non ita ex sententia prouenturum puto.

Vnum addo, ex quo mens Allatij perdisci potest, quod hactenus inaudito, & temerario elogio Papam Liberium ornat, dum ita philosophatur: Sedes aliæ errare possunt, & errant. &c. Sola Romana est, quæ nec sibi vnquam fucum fecit, nec alijs. &c. Sola Romana veritatis vindex, cum paucis alijs, qua sedibus pulsis, qua exilio mulctatis inconcussa stabat, & oppugnabat hæresim. Quid igitur Aduersariorum phalanx comminiscitur? Vnum nobis adsciscamus Liberium, & reliquorum machinæ cadent: vnus ille præ omnibus est. nutante illo solo, nutabunt reliqui. ille itaque solus adeatur. Hinc postea Opponens concludit. *Quid audimus? Liberius ne talis fuit? & quid solus solus, intidem ingeminans hanc vocem.* Expendamus singula, sed æqua lance; ne iterum, atque iterum anhelandum tibi sit. *Vnum addo, ex quo mens Allatij perdisci potest.* Perdis hic quoque vocem & scripta, & vt pro-

prouerbio fertur, Leonem larua territas. Non eſt Allatij mens perdiſcenda, cum illa ex eiuſdem ſcriptis, & ex volumine de Conſenſione, non vno loco, ſed pluribus apertiſſime, vel cæco pateat. Vnum illi inſtitutum, & deliberatum cum animo fuit, veritatis partes agere aduerſus rebellium falſas criminationes, & dignitatem, ac præeminentiam Romani Pontificis tutari eo potiſſimũ præſidio, ſi vni ſententiæ verba congruentia Eccleſiæ Græcæ, quam ſciebam antiquum ſuorum dogmatum decus, ac voluntatem incolumem, integramq; etiamnum pugnaciſſime conſeruare, in medium producerem. Nec eſt quod frigidam ſuffundas, vt ſoles, Eccleſiam illam, Græcam intelligo, quæ ab antiquo ſuæ religionis ſtatu ſanctorum illius Eccleſiæ ſtudio, atq; diligentia Patrum conſtabilito, nunquam deerrauit. & atten. to animo excipe. Non omnes, qui in ea Eccleſia fuerunt, Eccleſiam Græcam dici, ſed eos tantum, qui illius Eccleſiæ inſtituta ſecuti ſunt. qui vero diſpares dogmatibus fuerunt, ac diſſoni moribus, licet Græci, Græcorum fuiſſe Eccleſiam nonniſi demen. tiſſimus dixerit. Quis enim in ea Eccleſia ampliter ingeminaſſe Hæreticos, & deſerto. res Fidei pernegabit? Quare qui conſenſionem inter has duas Eccleſias inficiantur,

quæ

quæ Ecclesia Græca, & quæ Romana, sit, plane summa rerum Ecclesiasticarum ignoratione nesciunt. Adde sis hoc etiam, quod sæpius Allatius professus est, Allatium haud in magno ponere discrimine, quid de veritate dogmatis sit. Sit verum, aut falsum Ecclesiæ Latinæ, vel Græcæ dogma publice expositum. sit quidquid sit. Quamuis sciam dogmata Latinæ Ecclesiæ abunde satis, & rationibus, & testimonijs sanctorum Patrum tuta esse. Hinc mens Allatio fuit ipsa Ecclesiarum consensio. Quare consideranda sunt Græcæ Ecclesiæ placita, si cum Romanæ conformia sunt, si conformia sunt, ergo consensio stat, & tenet locum. Si non cohærent, iam aduersarij, & vnionis oppugnatores triunphent. Et hoc ante alia in scriptis Allatij, vti præcipuum considerandum est, ante quam impugnetur Allatij consensus.

Et ne in posterum frustra quæritando labores de intentione Allatij, iterũ edico, non alium illius esse propositum, nec conatus suos in aliud dirigi, nisi ad extruendam, firmandamque præeminentiam, & auctoritatem Romani Pontificis in alias Ecclesias, quarum regimen ad ipsum solum, vti Ecclesiarum caput, & petram infallibilem Fidei pertinet, vel hoc solo argumento, quod

Liberius ne talis fuit? Et quid solus, solus intidem ingeminans hanc vocem, Papistis alias tam exosam? Et denuo pugnam integro. *Solus, solus, vt audias Papistis alias vocem tam exosam.* Hoc vero certe apud Papistas nugatorium est, qui pro se, & in sui fauorem dicta, cum vera sint, libenter excipiunt; cum falsa, non sine stomacho reiectant, Et vt scias, Papistæ, quæ sua non sunt, non ambiunt: sua tutantur, & mordicus. Quare illis iucundissime tangit aures, si Liberius a calumnijs vindicatus, sua dignitate, & præeminentia præfulgeat, tantum abest, vt vocem Leonis exosam habeant. *Obtestor vos, qui estis ex Pontificijs cordati viri, an vnquam legistis, Athanasium cessisse, Arrio furente?* Annon videtis plana Allatij verba, Opponenti quoque non inexplorata esse? *Sola Romana veritatis vindex cum paucis alijs, qua sedibus pulsis, qua exilio mulctatis inconcussa stabat.* Inter hos paucos Athanasius, qui neque hæresim amplexus, neque homousion vnquam insectatus est, ergo purumputum mendacium est, id Allatium dixisse. Sed solus Liberius propugnauit homousion. ergo iam excluditur Athanasius. Itane argumentantur hodie Hæretici. Solus Liberius propugnauit homousion, sed vt caput Ecclesiæ, vt dogma-

tum

tum Ecclesiasticorum cognitor, vt iudex: Athanasius, vt membrum, vt obnoxius, vt supplex; ideoque eiectus, excommunicatusque ad Liberium recurrit, vt ille causam recognoscat, apud quem fidei suæ professionem emittit, vt Liberius indicet, & recta ne, an praua sit, iudicium ferat, quod alij quoque Præsules vi Arianorum de sedibus pulsi pari voce cum Athanasio peragunt, & discussa causa a Liberio innocentes pronunciati, sedibus suis restituuntur: & tu negas Liberium solum Catholicorum causam tutatum: & verba Athanasij, & Basilij, si recte iudicas, etiam si distinguas tempora, quæ prorsus officij tui erat distinxisse, saltem, vt aliquid dixisse existimareris, confusa adhæc, & propugnantia veritatem Allatianam indistincta intermisisti. Quare consensionem Allatij puramputã esse dissensionem concludis; tibiq; plaudis, quod hoc tuũ iudicium alijs quoque doctis perplacuerit. Quare ergo hi docti Viri non ausi sunt publice aliquid decantare? Quare de hoc negotio scripta Salmasij tanti Viri ad hunc diem reprimũtur? Quid de ea senserit Boineburgius, vir & dignatione, & eruditione illustris, & alij Germanorum proceres, literæ eorum ad Allatium datæ non obscure extricant. De mea vero dissensione, siue consensione, quid-

quid

quid Hæretici, quid alij aduersarij sentiant, parum mihi curæ est. Antequam calamum ad scribendum assumpsissem iam præuideram aduersantium, & repugnantium Fidei Catholicæ ingeniorum calumnias, maledicta, insulsas oppositiones, & pessime conficta mendacia, tantum vt tenebras veritati offundant. Sic nunc cum video, vt ipse tum conceperam, ita animatos, atque solicitos ad euertenda mea quæcunque sunt studia, eodem ipso tempore recepto animo in iocos transfusus, vt ita dicam, risu emorior, & deplorandam misereor similium cæcitatem, & conatus infelicissimos, qui in tanto veritatis splendore tenebras quærunt, & rebus clarissimis nubes offundere tentant. *Ergo labente Liberio, reliqui etiam lapsi sunt*. Quis dubitat eos omnes, qui secuti sunt Liberium, si Liberius lapsus est, eos quoque lapsos fuisse? Sed quid tum inde ad refellenda dicta Allatij, qui negat ipsum Liberium lapsum fuisse, sic nutante inter varias opiniones historiæ fide? Quidam aiunt Liberium, & aduersus homousion, & aduersus Athanasium subscripsisse. Nihil alij de Liberij lapsu memorant. Veruntamen ex recentioribus Cardinales Baronius, & Perronius, & ex alijs Petauius ad Epiphanium, Iodocus

 Coc-

Coccius in Thesauro, & alij defendunt. Qui tamen lapsus, siue verus sit, siue falsus, præter institutum Allatij est, cum de consensione tantum discernat. Quare sic argumentatur, quod etiam super innuit. Eustathius Sebastenus sæpius in hæresim lapsus, decreto Synodi deponitur, cum a suis restitutionem in integrum desperat, ad sinum Romani Episcopi, veluti ad tutum asylum, qui tum Liberius erat, diuertit. Quid apud ipsum egerit, ignoratur, & in summa rerum caligine versatur. Hoc certum est a Liberio suæ restitutionis in sedem, ex qua fuerat per Synodum reiectus literas impetrasse, illisque patefactis Synodo Orientali eiusdem Synodi decreto, absque vllo suæ causæ examine in pristinum statum ac dignitatem restitutum esse. Hoc non scribunt sequioris seculi scriptores, sed Basilius magnus, cui si fidem non adhibeas, & dicta recipias, impius es. Sed dicit, se causam nescire, quare id Liberius egerit, & hoc admirabilius est, cum fecerit, & factum apud Orientales ad effectum datum est. Conclude in Romano, vt tu vis, etiam suspecto de hæresi tanta eminet auctoritas, vt in eius decreta contra Synodum lata indiscussa causa Orientalis alia Synodus cursu vadat, illiusque dicto acquiescat, illique veluti magistro, & superiori iudici affigatur

tur, tandemque obediat. Et maiora de præeminentia Romani perueſtigamus? Adde ſis notulas noſtras ſuper hoc eodem argumento ſupra expoſitas. *Et turpiſſime labente Liberio lapſus eſt*. Certum eſt, ſi lapſus fuiſſet Liberius, Athanaſius, ſi eius veſtigijs inſtitiſſet, lapſus fuiſſet. Quis hoc niſi ſtipes in dubium verterit. Nonne inter lapſos ponimus, qui lapſum ſequuntur? Dic tu quoque, & audacter, Athanaſius ſecutus eſt lapſum Liberium, ergo Athanaſius etiam lapſus eſt. Tum ad hoc attexe. ſed Liberius lapſus non eſt: Ergo nec Athanaſius ſequens Liberium lapſus eſt; vel ſi mauis, Athanaſius ſemper ſecutus Liberium lapſus non eſt. ergo neq; Liberius lapſus eſt, cuius via pergebat Athanaſius. & plane hunc in modum ſermocinatus, non eris iniurius in hunc ſanctiſſimum virum, ſi tamen collegeris, vt Allatius iubet. *Adducit quidem verba Athanaſij, & Baſilij de Liberio, ſed diſtingue tempora, & Allatium nihil dixiſſe deprehendes*. Et quare tempora notioni omnium a te ſubſtrata non ſunt, vt Allatius nihil dixiſſe deprehenderetur? Poteras tuo ſtudio, ac labori parcere, ſi ſtatim initio Exercitationis id ſolum dixiſſes? *Adducit quidem Leo multa pro hac conſenſione, ſed diſtingue tempora, & Allatium nihil dixiſſe deprehendes*. Tum ſi-

quidem protinus, & abiecta omni cunctatione difficultatibus omnibus Allatianis ingeniosissime respondisses, triumphassesque apud tuos; sed apud callidos vsu viros parum prudens, ne quid peius dicam, habereris. Ex quo nanq; fonte simile responsionis genus promanauit in publicum? Quis vnquam in disciplinis versatus hoc modo tantopere erudito Disputationum discrimen transmittere edocuit? quis hanc viam concertationis inter doctos viros enatas effugiendi aperuit? Gaudeo itaque mihi, qui γηράσκων ἀεὶ noua hæc ab his hominibus διδάσκομαι. Vti & illud quod mihi sæpius in hoc opere ingeminatur. Cum argumento prompta responsio nulla sit, quæ vim illius eludere valeat, responsionem in aliud tempus transmittere. Sunt hæc Opponentis. *Quid audiuimus? Liberius ne talis fuit? & quid? Solus solus itidem ingeminans hanc vocem Papistis adeo exosam.* Audi toleranter: id nanque inter nos liceat. Non illa sunt, quæ tu tibi fingis Allatij placita, & aliena tanquam Allatij sint, oppugnas. Lege si tibi animus est, cautius: neque enim explanatio interpretis opus est. Catholicæ veritatis hostium, Arianorum nempe, verba illa sunt, qui Liberij auctoritatem, & in rebus Ecclesiasticis præeminentiam bene noscentes, id vnum

tan-

tantum sibi, & hæresi suæ commodum esse reputantes; si vnum Liberium sibi ducem, vel comitem adsciscerent, ea enunciabant; Vnum nobis adsciscamus Liberium, & reliquorum machinæ cadent. Vnus ille præ omnibus est, &c. Tanta erat tum Romani Pontificis maiestas, ipsis etiam aduersarijs cognita, vt vel solo illius assensu, atque probatione in religionis negotio rem suam augere possent, & illius improbatione rursus affligere; ideoque machinis, vi etiam imperatoria, ac necessitate illum ad se allicere conati sunt. Quid βασιλικῇ δυναστείᾳ ooactus egerit, non est præsentis temporis, nec loci. Ex his tamen manifestum, compertumque redditur supremum in Ecclesiam regimen Romani. Fuit ergo talis Liberius iudicibus Catholicorum infensissimis hostibus: neque semel id dicunt, sed indidem ingeminant hanc vocem. Tu obtestaris cordatos ex Pontificijs viros, si vnquam legerunt, Athanasium cessisse Ario furente, hæresim amplexum, homousion insectatum esse? respondent Pontificij, se nihil tale vspiam legisse, vel audisse. *At Allatius dicit.* Hæ vero germanæ gerræ sunt, & purumputum mendacium, ne quid peius dicam. *Quis enim tum fuit Episcopus Alexandrinus? Athanasius.* Triumphas, vt video, sed extra

rem, sed pedaneus, & cursu destitutus. Audi, non est lapsus in hæresim Athanasius. Cessit Alexandrinus. Alexandrinus Athanasius est. Ergo cessit Athanasius. Quis negauerit? Allatius. Ita colligere tu iubes ex tua Dialectica; & præterea iubes, distinguere tempora: tum enim Allatium nihil dixisse deprehendes. Geram morem; distinguam tempora.

Anno CCCXXVI. Athanasius succedit in Patriarchatu Alexandrino, Alexandro demortuo.

Anno CCCXXXV. in Synodis Tyria & Constantinopolitana exauctoratur, & a Constantio in Gauinos in Gallijs relegatur.

Anno CCCXXXVIII. Restituitur a Constantino iuniore.

Anno CCCXXXX. Citatur a Iulio Papa, & venit Romam.

Anno CCCXXXXI. In Synodo Antiochena absens condemnatur, quod a Synodo damnatus, absque Synodo contra Canones Sedem repetijsset, Marcellino, & Probiano, siue Probo Coss. Absoluitur a Iulio Papa, & redit Alexandriam. Vel etiam, vt ait Theodoretus libro 2. cap. 3. & Sozomenus lib. 4. cap. 2. & 5. quod Ariani Imperatori dixerunt, Athanasij reditum multorum malorum, & tumultuum causam extitisse:

ne-

neque Ægyptum ſolum, ſed & Palæſtinam, Phœniciam, aliaſque finitimas Prouincias, turbulentis fluctibus turpiter agitari, vbi præſens fuit Conſtantius, & eo conſentiente Athanaſius damnatus fuit, & Gregorius Athanaſio ſufficitur Arianus.

Anno CCCXXXXII. Quæritur ad necem a Gregorio eius ſedis inuaſore, & iterum petit Romam. Gregorius Antiochiam venit: magna inde fit cædes. Gregorius ſex annos ſedem occupat. Theodoretus lib. 2. cap. 4. Athanaſius interim exulat.

Anno CCCXXXXVI Athanaſius Mediolanum accerſitur a Cæſare Conſtantio, agiturque de conuocando Concilio Sardicæ. Mox Concilium a Conſtante & Conſtantio indictum.

Anno CCCXXXXVII. Soluitur in Synodo Sardicenſi a calumnijs Arianorum, & ſedi ſuæ reſtituitur. Sardicæ Concilium habetur, in quo deponitur Gregorius Alexandrinus. Ariani intereſſe ei noluerunt, Sic Philippopolim abeunt, ſeorſim Concilium habent, & Sardicenſe nuncupant. In eo Iulium Papam excommunicant, & alios, quod communicarent cum Athanaſio. Ex Epiſtola Synodi apud Athanaſium Apologia ſecunda.

Anno CCCXXXXIX. Conſtans de reuo-

cando Athanasio literas scribit ad Constantium, quibus ille territus Athanasium restituit.

Anno CCCLII. Liberius, init Pontificatum Romanum.

Anno CCCLV. In exilium mittitur Liberius Arbitiano, &Lolliano Coss.

Anno CCCLVI. Gregorius Cappadox intruditur in sedem Alexandrinam, ærarij olim quæstor, & depeculator omnium, eoq; crimine profugus.

Anno CCCLVIII. Liberius restituitur.

Anno CCCLXII. Necato Gregorio inuasore, e latebris emergens Athanasius redit Alexandriam sub Iuliano, & celeberrimo totius Ægypti conuentu excipitur.

Distinxi tempora. Videamus modo, an aliquid dixerit Allatius. Dixit cessisse Alexãdrinum Patriar. & verum dixit. Tu intelligis Athanasium, ideoque clamas, reclamasque Athanasium præter æquum, & bonum hæreseos deferri. Veruntamen Leoni, etiam si non distinxerit tempora, non temere excidit cessisse Alexandrinum. Cum rebus Ægypti turbatis, Ariani proterue, ac *δυνάμει χειρὸς αὐτοκρατορικῆς* in Catholicos pessimis modis desæuirent, & potissimum Athanasij necem procurarent, in quo videbantur Catholicorum res saluæ tutæque conseruari.

ri. Conſtantius Imperator Arianis impellentibus Gregorium quemdam Cappadocem, alij Georgium vocant, Arianum hæreſi, recuſante id onus Euſebio, delegit, neque ex primiore vita, vt idem Athanaſius tradit, commendatum, nec vllo modo Chriſtianum, ſed pro temporis conditione nomen Chriſti aſſumentem, & olim pro impietate ſua excommunicatum Patriarcham Alexandrinum anno 341. ſiue 342. creat, qui vſus miniſterio Philagrij, & Arſacij magiſtratuum Alexandrinam Eccleſiam inuadit. Poſt interemptum Gregorium anno 362. Georgius identidem Arianus ijſdem promotoribus, & fautoribus in eundem Patriarchatum immittitur anno 356. & anno 362. dire necatur a Gentilibus, cum non ſolum Catholicorum, ſed Gentilium Alexandrinorum infenſiſſimum odium incurriſſet. Nec defuerunt Ariani, qui eum ſic a Gentilibus cæſum, vt martyrem coluerint, teſte Epiphanio, qui eum indignum eſſe nomine Martyris pronunciauit, quod non ob Chriſti fidem, ſed ob nefanda commiſſa ſcelera dignas pœnas perſoluerit. De ſucceſſione horum Patriarcharum Athanaſius, ἀπέστελλε τὸ μὲν πρῶτον Γρηγόριον, καὶ νῦν τὸν ταμιογεράφον Γεώργιον. *Miſit primum quidem Gregorium, & nunc receptorem tributorum Geor-*

Georgium. Ergo ab anno 341 ad confectum Georgium anni præterfluxere 21. in quibus Ariani, illique pessimi Alexandrinam Ecclesiam tenuere, Athanasio sub illa tempora exule, sedem ex sede mutante, & ignotas sibi prouincias pererrante. Et immane tantum reputatur, si Allatius dixerit Alexandrinum, Gregorium nempe, & Georgium Cappadoces cessisse?

Omnes qui de Christi nomine dicuntur, profitentur in Symbolo, quod vocant Apostolico, esse Ecclesiam Christi aliquam, eamque vnam Catholicam. &c. Hæc prædicata suæ congregationi exacte conuenire aiunt Pontificij: nos contra falsò eam ipsam hæc sibi arrogare pertendimus. Modice id tangit Pontificios. Hariolentur Reformati, retundentibus probét argumentis, nec finem ullum faciant garriendi. Pontificij & argumentis Hæreticorum abunde responderunt, & iura sua ex improbitate inimicorum vindicata tutantur, & quæ sunt sua hodienum conseruant, & propugnãt. Sed quid hoc ad Romanæ Græcæq; Ecclesiæ dissidiũ?

Gratias autem agimus Allatio, quod ingenue fassus sit, Honorium fuisse Hæreticum Monothelitam. Mitius me hic agam, quam par est. Pertuso dolio nihil infundas, aiebat ille. inauditum, & temerarium illud Elogium Romanæ Sedis ab Allatio enunciatum, &

a te

a te pagina 4. signatum, tam cito è memoria excidisse? *Sedes aliæ errare possunt, & errant.* &c. *Sola Romana est, quæ nec sibi unquam fucum fecit, nec alijs.* &c. Non potuit ergo Allatius, qui eam semper ab omni fuco, & fallacia vacuam fecit, in vnò Honorio hæresi obnoxiam facere. Quare reprimendus est animi impetus, & vana innoxiorum calumniandi præsumptio. Dixerant qui dissidia vrgent a Græcis singulis annis excommunicari, & a piorum societate, & communione secludi Romanum Pontificem. idque in libris Græcorum Ritualibus, nec non & alijs sedulò inuestigans Allatius, nec reperiens, falsum id esse declarauit. qua enim ratione id affirmasset, quod nusquam reperisset? & vim rationi adijciens, scripsit diuina prouidentia factum esse, vt eo quoq; loco, si ita male affecti animatiq; essent Græci contra Romanum Pontificem, ne viderentur absque causa, & legitimò nomine in Romanum inuehi, vbi commode fieri poterat, ab iniuria inferenda abstinerent. Locus autem videbatur opportunissimus in Synodico, cum tum potissimum omnes Patriarchas suos Monothelitas dignitate conspicuos nominatim condemnant, & excommunicant, mentionem quoque Honorij, siue hæretici, siue suspecti de hære-

re-

resi, vtcumque fuerit mentionem ingerere; vt is quoque inter alios Monothelitas compareret, & in Hæreticorum numero collocaretur. cum in eo loco non fecerint, multo minus in alijs locis fecisse reputandi sunt. Et tu colligis ab Allatio inter Hæreticos Honorium poni, gratiasque propterea illi agis. Non sequitur Canum Allatius, sed Græcorum factum examinat, qui non aliam ob causam nomen Honorij suppressisse existmandi sunt, & eo magis si in tot alijs religionis capitibus aduersati sunt, quam quod eum hæresi infectum esse non reputarent. Quis enim continuisset efferatos animos, & Schismatis cœco veneno correptos, ne nomen tam odiosum, publica altaque voce cum suis Patriarchis proclamassent? Stultus ipse fuerim, si credam. Præterea addis ex principijs Allatij; *Nutante, labenteq; Papa, reliqui omnes nutant, & labuntur*. An tempore Honorij omnes reliqui Episcopi lapsi sunt, ideoque Ecclesia errauit? Et illa quidem Ecclesia, quæ contra hæreticum Papam orthodoxiam firmauit? Paucis expediam. Verum est, nutante labenteque Papa, reliquos omnes nutare labique; sed probandum nutasse, & lapsum esse: Sin minus nihil concluditur. Et sic tempore Honorij reliqui omnes Episcopi lapsi non sunt,

ſunt, neque Eccleſia errauit, & multo minus ea Eccleſia, quæ Orthodoxiam firmauit, cum Papam hæreticum ſecuta non ſit. Et ſic nec Hæreticus fuit Honorius. Quare argumentum Allatij ſuo pede ſtat, Græcam Eccleſiam non excommunicare tanquam Hæreticum Romanum Pontificem ſingulis annis, cum illum non excommunicat eo tempore, quo opportune id facere poſſet. Sed Honorius fuit hæreticus. Contrarium probandi extra propoſitum Allatij eſt, cui conſenſio tantum in animo eſt. *Sed excommunicauit Latinos Cerularius.* Cerularius non eſt Eccleſia Græca, ſicuti nec fuit Dioſcorus, qui excommunicauit Leonem, & ob id tantum, non hæreſim, quam ipſe foueret, excommunicatus a Synodo eſt. Non eſt ergo, quod gratias agas Allatio: Neque enim id faſſus eſt, ſed tu odio in Romanum Pontificem dictum Allatij falſo criminaris. Conclude itaque, Græci ſi ita animati eſſent, vt Pontifici Romano hæreſis crimen appingere, ideoque eum excommunicare conarentur, tum potiſſimum facerent, cum Monothelitas ſuos Patriarchas excommunicant, non quod Honorius Hæreticus, ſed quod de hæreſi ſuſpectus fuerit. Ergo Honorius ab Allatio declaratus non eſt. & fruſtra gratias agis Allatio. Tum crambem

re-

recoquis de Liberio, de quo ſupra ſatis abunde diximus.

Rigidam nimis cenſuram Polygamiæ, vt ita dicam ſucceſſiue. Et hoc ne pertinet ad dogma? Quod liberum erat in Eccleſia Latina mitius agente cum ſuis ſubditis, id terminis præſcripſit ſtrictioribus Græca, & pœnis ſeuerioribus vetuit. Vnde hic expiſcatur diſſidium? quæ contrarietas enaſcitur? plus & minus non mutant ſpeciem. *Sed Glycas illas vocauit* παράνομον γάμον Non ne ſunt? Quod contra legem eſt, παράνομον eſt. Lex limites poſuit, qui eos tranſgreditur, legis tranſgreſſor eſt. In quadrageſimali ieiunio ex præcepto Græcus a piſcibus abſtinet, eos Latinus comedit, ſi Græcus comederit παράνομος apud Græcos audiet, & pœna etiam coërcebitur a ſuo Patre ſpirituali. Argumentare ergo, quia Latini mitius ſe gerunt, nimis rigida cenſura edentibus piſces a Græcis imponitur. Ergo inter Eccleſiam Græcam & Latinam conſenſus non eſt.

Porrectionem ſacræ Euchariſtiæ infantibus ſtatim etiam a Baptiſmate. Hoc non habetur ambiguum. In primitiua Eccleſia ſolemne erat. Regenerati ſiquidem ſpiritu, ſpiritali quoque cibo reficiebantur. Poſtmodum cum inſtaret periculum, ſanguinem

in

in ore pueri appositum, vel tussi, vel vomitu, vel aliquo alio euentu effundi, Romana Ecclesia tutiora secuta, similem communionem prohibuit, quam & Græca secuta modo, cochleari sanguine intincto tantum tangit extremitatem linguæ, subitoque parens, ad id promptissima mammam porrigit, eoque cum lacte exucto pusillum illud sanguinis deglutiunt. Et sic nullum dissidium apparet. Sed hæc opposita sunt. Nanque hic prohibet, ne fiat, Græcus facit. Verum qui modo prohibet aliquando faciebat, ergo sua opinione non erat illicitum. modo in Latina Ecclesia illicitum est, quia prohibitum. Nanque si prohibitio non accessisset adhuc licitum esset. Sed non quidquid fit, vel factum est illicitum est. *Sic nullum scelus erit illicitum. Factum est. ergo iure. Inauditum non est veneficos, & Iudæos sæpius Symbola Sacramentaria ad diros vsus adhibuisse. Ergo nec illicitum fuit.* Factum illicitum, vel licitum dicitur, quod ex sua natura bonum est, si fiat ab illo, cui illud faciendi facultas est. Cum itaque Præpositi Ecclesiæ sanguine cum atramento mixto excommunicarunt Hæreticos, factum fuit licitum, cum approbante Ecclesia a Præside illius opus per se neq; bonum, neque malum factum est. ideoque factum te-

tenet, & licite factum est.

Originem, & prima quasi semina Schismatis. &c. De origine Schismatis, Additionis in Symbolo tempore, de Photio auctore Schismatis, de Schismatis renouatione. An Photiani Schismatis fastus Patriarchæ Romani principatum supra Constantinopolitanum sibi arrogantis causa fuerit: An quod additio ista, communi Catholicæ Ecclesiæ iudicio, non vero particularis alicuius Episcopi auctoritate facta fuerit, & de auctoritate Papæ Vrbici, & aliorum Episcoporum, & de scriptis Photij combustis, nos pleraque ex Scriptoribus Græcis, etiam Schismaticis, vti ex veris fontibus in hac dissertatione, & alibi diximus. Quare non est reccurrendum ad scriptorem recentem illaudatum nullius auctoritatis, & stolidissimum hostem vnionis Græcorum Siluestrum Syropulum, vel vt vult eo stultior, atque stupidior Creyghtonus, Sgropulum contra omnium exemplariorum fidem, de quo quemadmodum & de ipso Creygthono in nostris aduersus dicti Creygthoni Historiam nunc demum editam Exercitationibus propediem edendis. Quare hic plura dicere supersedeo.

Vt non videas, qua fronte tantus vir ea, qua nunc extruit, nunc rursus destruat, & conuellat.

lit. Scribit ipse Typicon, & Triodion esse inter libros solemnes, & publicos, quibus in Ecclesijs suis vtuntur, in his autem graues, & hæreticos errores contentos esse arguit. Et nunc hoc idem repeto, inter libros Ecclesiasticos Græcorum eos esse præcipuos. Sed in illis arguit Allatius multos errores, & hæreses. Et hoc idem ingemino. Quanam ergo ratione inficiatur Ecclesiam Græcam non esse hæreticam? Quia errores illi, & hæreses in illis libris, vt adnotauit Allatius, non sunt Ecclesiæ Græcæ, sed recentiorum Græcorum assumenta, quos cum agnoscunt Ecclesiæ illius proceres, condemnant, & ab eorum recitatione, ne videantur illis assensum præbere, abstinent, alijsque, vt abstineant, pœnis præscriptis præcipiunt, quare Allatius, vt fraus hæreticorum in illis disseminandis cognita omnibus esset, notauit zizania, quæ inter triticum superseminauit inimicus homo, tempore opportuno, quod nunc serio pertractatur, euellenda. Ergo Græca Ecclesia hoc æuo, cum ea in hisce libris retineat, ea sentit, & cum erronea, atq; hæretica sunt, illa quoq; erronea, atque hæretica fuerit. Iam dixi ab ea Ecclesia esse proscripta. Saltem in aliqua Ecclesia conseruantur. Esto. etiam recitentur. An quod in aliqua Ecclesia Græca recitatur, vniuersalis Græcorum Eccle-

sia recitat, & quod vna tenet, omnes tenēt?

Non existimassem hominem Theologum in suos populares, tam truculentam ferre sententiam. Quid non expectant alij? Scripserat Allatius Hæreticos proscribendos esse, exterminandos, puniendos, & pertinaces occidendos, cremandos. Austerum hoc, & durum videtur Hæretico, & potissimum *in suos populares.* Allatius reponit; Nullum sibi popularem agnoscere, nullum familiarem, nullum intimum, nullum parentem, nullum agnatum, si Fidei Catholicæ læsio intercedat. Parcat Opponens. Ita edoctus est a Patribus, & Cyrillo Alexandrino potissimum, ne reliquos commemorem, Epistola ad Nestorium; Πίστεως γὰρ ἀδικουμένης, ἐρρέτω μὲν ὡς ἕωλος, καὶ ἐπισφαλὴς ἡ πρὸς γονέας αἰδώς. ἠρεμείτω δὲ, καὶ ὁ τῆς εἰς τέκνα, καὶ ἀδελφοὺς φιλοστοργίας νόμος, καὶ τοῦ ζῆν ἀμείνων ἔστω λοιπὸν τοῖς εὐσεβέσιν ὁ θάνατος, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσι κατὰ τὸ γεγραμμένον. *Certe si fides violatur, omnis omnino erga parentes reuerentia tanquam inanis, & periculosa valeat. facessat lex illa amoris erga liberos, & fratres, quia mori vtique satius est ijs quam viuere, vt meliorem, sicut scriptum est, inueniant resurrectionem.* Esto. Reformati aliter sentiant; ego ita animatus sum cum Græcorum Ecclesia.

Re-

Rectius Græcos de nobis iudicasse, & plura exemplaria petiisse. Adeantur verba Ieremiæ Patriarchæ, qui fastiditus responsionibus Reformatorum respondet, vt sibi ipsi sua habeant, nec de cætero scribendo permolesti sint. Græci Patres & Doctores suos habent, quorum dictis sua stabiliunt. *Rogamus itaque vos, ne posthac labores nobis exhibeatis. Nam Theologos, qui Ecclesiæ lumina fuerunt, alias aliter tractatis, armaque nostra inutilia nobis efficere vultis. Vestram ergo viam euntes, ne amplius de dogmatibus, sed amicitiæ tantum causa, si volueritis scribere.* Hoc ne est Græcos de vobis rectius iudicasse, plura exemplaria petiisse? Sed esto, morose scripserit. Estne hoc Græcos antiquis suis dogmatibus, & consuetudinibus vale dicere, & honorificentissime de Reformatis prædicare? Sed Ioannes Zygomala *promittit se, vbi oportuerit, pro Crusio, & D. Andrea in defensionem adfore.* Quis est iste Zygomala? qua auctoritate id faciet? homo in ea gente inglorius, inops, panem emendicans, quem vt consequatur, multa blanditur, multa aliter atque sunt, promit ex pectore. Idque vt videas, ex Epistolis eiusdem ad Crusium conijce. Non iniq; iniurius sum. lectitentur ipsius verba. Ἵνα δὲ ζαφλουῖτω σοι, δῆλῶ αἰτίαν προφανῆ, καὶ

 δὶ

δέῃ με ὅπλα ἀράμενον συμμαχῆσαι ἡμῖν, καὶ τῇ ἀληθείᾳ, ἴσθι ὡς πολλοὶ τῶν ὧδε Φρερίων, ἤτοι τῶν ὑποτασσομένων τῇ Ἐκκλήσιᾳ τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης, οἳ σφᾶς αὐτοὺς Παπίστας καλοῦσιν, μαθόντες αὐτόθεν ἀπεστάλθαι τὸ ῥηθὲν ὑμεδαπὸν βιβλάριον, τὸ περιέχον τὴν θρησκείαν ὑμῶν, φεῦ, ὁπόσον ἐφρύαξαν ἐναντιούμενοι ὑμῖν. ἔγωγε δὲ τούτοις ἀντεῖπον, δι' ἃς ἔχουσι καταχρήσεις, καὶ καινοτομίας ἀτόπους, καθ' ὧν ἡμῖν μὲν ἐν πολλοῖς συμφωνοῦμεν, ἐκείνοις δὲ καὶ λίαν διαφερόμεθα. *Vt autem tibi causam indicem, cur antea dixerim. Etiam si necesse fuerit me arma capere pro defensione vestri, & veritatis, scias multos e Fratribus, seu Monachis. qui hic degunt, hoc est, qui Ecclesia veteris Romæ subiecti sunt, & se Papistas nominant, cum resciuissent isthinc missum esse libellum, continentem capita religionis vestræ, mirifice infremuisse contra vos. Ego autem eis restiti, obijciens, vos dissentire ab ipsis propter ipsorum in religione abusus, & nouas opiniones absurdas, de quibus nos in multis vobiscum sentimus, ab illis vero valde dissentimus.* Audis? salua iam est Reformatorum causa, & religio, Zygomala propugnatore, & defensore, & pugnatore strenuo. Sed vocem in questum confert, & linguam habet venalem. Non credis? attende sequentia.

Δεόμεθα δὲ βοηθείας τῆς ἐν χρήμασι διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ τε μεγαλοπρεποῦς Καγγελαρίου καὶ τῆς

σῆς λογιότητος παρὰ τῆς πρωτοπαπαέρχου χρέος τῶν δυναμένων. δεῖ γὰρ τὸ Δημοσθένειον, δεῖ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων, ταῦτα διὰ τὰς πολλὰς ἡμῶν χρείας, καὶ τέλη, ἃ καθ᾽ ἔτος ἀποτιννύομεν τοῖς ἐνταῦθα κρατοῦσιν. *Indigentes autem nos præsidio pecuniario, tale aliquid petimus, Magnifico D. Cancellario, & tua humanitate intercedentibus, a munifica manu eorum, qui potentia istic valent. Nam vt Demosthenes ait, opus est pecunijs, neq; absq; his quicquam confici potest, petimus autem propter magnas necessitates nostras, & tributa, quæ quotannis pendimus his, qui apud nos dominantur.* Egestatem illius extremam debuccinat Crusius ibidem. *Ioannes Zygomala, si quando cum D. Gerlachio aliquo iret, aut nauigaret, dicebat monstrato marsupio, ἀδυνεῖ. Tunc ipse pro ipso persoluebat.* Et ego mendiculo, & miserrimo credam, & potissimum in religionis negotio? Non patitur id Dio Chrysostomus Oratione Troica; Τοὺς δὲ νῦν πτωχοὺς οὐδέν, φασιν, ὑγιῶς λέγειν, οὐδὲ μάρτυρα οὐδεὶς ἂν οὐδένα ἐκεῖνον ποιήσαιτο ὑπὲρ οὐδενὸς, οὐδὲ τοὺς ἐπαίνους τοὺς παρ᾽ αὐτῶν ἀποδέχονται ὡς ἀληθεῖς. ἴσασι γὰρ ὅτι πάντα θωπεύοντες ὑπ᾽ ἀνάγκης λέγουσιν. *Sane mendicos, qui nunc viuunt, nihil sani ferunt dicere, neque vllus illorum quempiam testem aliqua in re adhibuerit, neque laudes ab illis profectas accipiunt vt veras. Norunt*

enim, quod omnia adulantes dicant, compulsi necessitate. Huius Zygomalæ ἐμοὶ ἐλάττων λόγος ἐστὶν, ἢ πιθήκου. *Esto quod vult Allatius. Eodē modo confusi sunt Apostoli, puluerem ex calceis coram incredulis, & Euangelium reijcientibus decutientes.* Nunc primum audio Reformatos esse Apostolos, sed cuius non explicat, an ex ijs, *qui se dicunt esse Apostolos, & non sunt, & inueniuntur mendaces. qui sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur, velut ministri iustitiæ: quorum finis erit secundum opera eorum. At vnde,* ais, *hoc Allatio constat?* Effectus ipse comprobauit. Nanque apud illam nationem in nullo pretio habitus, abolitus est. & quamuis Allatius curiosius exemplar, literis scriptis etiam ad Magnates, omnibus vestigijs indagauerit, ad hunc diem nullum illi peruenit ad manus. De professionibus Fidei Græca, & Iberica lingua conscriptis, missisque in eas partes, & igne crematis prostant adhuc literæ ex illis regionibus, in quibus similia enarrantur, vt Allatio opus non sit, vbi acta publica loquuntur, popularium singularia documenta proferre. & Græcos multis pollicitationibus sollicitasse præter Cyrilli Berrhoœnsis Synodica exempla-

plaria, edicit responsio Patriarchæ Alexandrini ex Græco Latina publicata ab Allatio, qua narratio ista, quam ponit Opponens, penitus deformata cadit.

Sicut enim Patriarcha Constantinopolitanus quotannis in die Cœna Domini Pontificem Romanum cum tota Ecclesia Latina solemni ritu excommunicat. Hoc tamen, quidquid dicat Caucus, solemnissimum mendacium est. Sed Allatius illa Synaxarij recitat; *Confundantur, qui in sacrificio Azymum offerunt*. Recitat, ergo excommunicant Pontificios. Conclusio nulla est. Duo quæruntur in materia Eucharistiæ, primum an Christus confecit in Azymo, vel in Enzymo: alterum an Azymum sit apta materia? Græci, & Latini tenent vtrumque, & Azymum, & Enzymum esse, & hæc quæstio solemnis est apud eosdem. Callistus in Synaxario putat se probasse, Christum confecisse in Enzymo; sicque concludit, debere confundi eos, qui non vero facto Christi innixi in Azymo offerunt. Vbi est hæc excommunicatio Latinæ Ecclesiæ? Sed quando omnia in peius vertenda sunt, excommunicatio locum confusionis occupauit.

Et ad Opponentis quidem exercitationem hæc satis superque, quibus *Iuuenis* multas, easque lubricas, atque multis implici-

tas erroribus vias ostendimus. Verum dandum est aliquid ætati, in qua liberior animus insita sibi agitatione ad ardua quæque, quantum libido fert, sinistra directa ratione præcipitatur; ideoque sæpius dictis factisue proteruis, & malitia confidenti in alterius famam incurrit, & raro se reuocat ad bonam frugem. Adde impetum, & ardorem mentis ad gloriam, & ostentandam eorum, in quibus cæcutiunt, scientiam, & fixum ad verba, non ad res ipsas conatum. Hinc Opponenti nos & maledicentiæ, & garrulitati, & improbitati, & intemperiei ignoscimus. Cum ætas prouectior fuerit, vsu rerum matura, cupiditate gloriæ referuescente, ni me fallit opinio, prudentior facta, ac modestior refrenabit petulantiam, atque veritate cognita, discet tandem maiores natu venerari, & quam hodie parum cautus fidem insectatur amplexus, illius cognitores reuerebitur. Attamen quod condonandum videtur *Iuueni*, eoque magis si est ex gente bellicosissima, hoc vero vel maxime Dannhauerum configit, cuius cum onus ex officio esset *Iuuenis* primis adhuc literis gestientis, & non dum sacra a profanis discernere ad plenum scientis, immoderatam licentiam intra mistæ cum modestia grauitatis limites continere, & linguam audacu-

lam

Iam reprimere, ipse non tantum efflorescentem iuuenilem effrenationem inhibuit, sed laudibus euehens, & ad facta, quorum etiam aures a commemoratione abhorrent, promouit, & potissimum eum, qui profitetur se, etiam *Deum testans, toto animo abhorrere ab isto more conuicijs aduersarios proscindendi*. Sed non mirum. Opponens Aspidis Coruique ouum est, fœtus compar parenti. τοῦ πατρός ἐστι τὸ παιδίον. Hinc ille; *Tum si quis magistrum capit ad eam rem improbum, ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem adplicat*.

CAPVT XIV.

De Ecclesijs Eois alijs, ut conueniant cum Reformatis, & de eorum cum Ecclesia Romana consensu, Epistola Abrahami Ecchellensis ad Leonem Allatium, Bibliothecæ Vaticanæ Præfectum.

SEd adhuc perstat in prauitate, & perstrepit Hottingerus; habere se multa, quæ confessioni Græcorum ab Allatio adhornatæ opponat. *Sed dignam esse materiã, quæ plenius pertractetur. Interim ex Topographia Ecclesiastica, ex Symbolicis Syrorum, Arabum, Aethiopum, Coptitarum, quibus manifestum esse*

esse, ait, *in genere Ecclesias Orientales, etsi iniuria temporum grauem passæ sint cladem, ita tamen hoc commune eorum fuisse fatum, vt, cum nostræ non sint per omnia, nobis interim in essentialibus propius accedant, quam Pontificijs Tridentinis*. Et obseruat præacute, si non stolide; *Orientales, vel Reformatis per omnia accedere, vel in circumstantijs tantum variare, vel in Pontificijs videntur fauere partibus, illud aut ex principijs fluere Pontificiorum, etiam opinione erroneis, φαινομένως potius, quam ὄντως, verbis, quam rebus assensum testari maiorem. Atque sic non negamus, Orientales Ecclesias cum Romana aliquid habere simile, idem difficulter obtinebunt, plura tamen nobiscum*. Hæc & similia audet proferre Hottingerus. Conatur pobare: sed quam apte, consideret Lector. *Communes sunt Syris, & Græcis formulæ ad B. Virginem Mariam conceptæ, vel etiam ad alios Sanctos, quibus tamen superstitionibus acutissima Pontificiorum ἀγιολατρεία non defenditur, magnum enim vtrinque est διάστημα, vel in eo saltem, quod singulis vrbibus, morbis, prouincijs patronum suum Romani præficiunt. Illæ generales sunt, & Apostrophæ potius encomiasticæ. Hæ sæpe impie, & cum dedecore nominis diuini coniunctæ*. Et non erit corde & intelligentia vacuus, qui ad hunc modum ratiocinatur. Syri Græci-

ciq; vnis animis Sanctos, ac inter eos præcipue immaculatissimam Virginem venerantur, supplicant, exorant, vt diuinum Numen sibi propitium reddant: sic eorum imagines adorant, reliquias summa veneratione prosequuntur, hoc idem faciunt Pontificij Tridentini; Reformati similem cultum detestantur. Ergo Syri, & Græci conueniunt cum Reformatis, discordant a Pontificijs Tridentinis? Risum teneatis amici. Sed; *est magnum vtrinque διάστημα. Romani præficiunt singulis vrbibus, morbis, prouincijs patronum*. De Pontificijs verum est. Sed id quoque, dummodo, qui eorum libros legit, oculos habeat, de Syris, & Græcis asserendum est. Exempli gratia, Cosmas, & Damianus medicis, Chijs Isidorus, & Georgius Martyres, Constantinopolitanis Deipara, Thessalonicensibus Demetrius, Alexandrinis Marcus, & alij alijs, sicuti & prouincijs præfecti sunt. Vnde nam ergo magnum hoc διάστημα inter Orientales, & Pontificios Hottingerus expiscatur? Si idem facere, idem profiteri discordia Hottingero est, quæ erit concordia? Sed; *Sunt hæ stultæ, & miseræ superstitiones*. Adde Reformatis, non Orientalibus & Pontificijs. Sed esto, sint. Ergo Orientales, & Pontificij etiam in superstitionibus concordant.

Et

Et Hottingerus agnoſcit δόγματα, & illud magnum? *Illæ formulæ generales ſunt, & Apoſtrophæ potius encomiaſticæ*. Cur non addis, & veræ & a vero, rectoque deductæ? Res diuinæ Græcis & Pontificijs ſacroſanctæ ſunt, vt in ora eorum pro ludibrio non abeant. Quare quod eſt, & eſſe certiſſime tenent, licet tu nigris dentibus irrideas, & canem irritatum immitteris, id ore etiam palam profitentur. Nonne ipſe perridiculus eſſem apud omnes, ſi de Hottingero ſermonem habens, cum vocitarem, & doctiſſimum, & pijſſimum, & cœleſti numine percitum, cum omnes, qui cognoſcunt hominem, ſciant, eum nec pilum quidem ſapientiæ habere, & pietatem omnem ex pectore emouiſſe, & Satanico œſtro conuelli?

Petri Apoſtoli, ſediſque Romanæ apud Syros, Arabes &c. fit mentio: fruſtra tamen ad Monarchiam rapitur Pontificiam. Apud eos fieri mentionem ſummi Pontificis, vt eſt Eccleſiæ caput, vt eſt ſucceſſor Petri, vt eſt director fidei, eius voces eſſe voces Dei, voces Petri, dictata columnas fidei, Orientalium ſcripta inſinuant. quibus non poteſt dici euidentius ad Monarchiam aſſerendam, ſupremam & vnicam in vniuerſa Eccleſia poteſtatem. *Fruſtra tamen ad Mo-*

nar-

narchiam rapitur Pontificiam. Hoc vero de tuo capite eſt ſomniculoſum delirium.

Habent & Orientales ſuos Monachos, & Monaſteria, nec tamen ſine diſcrimine. Habent & Pontificij, & maiori quoque diſcrimine; cum apud hos & diuerſitas conſtitutionum, & habitus, & diuini officij recitatio, & aliorum, quæ omnia Reformati, vti purioris, atque integrioris vitæ indicia, vti malum auſpicium execrantur. Et dicis hoſce ad Reformatos propius accedere? Patrum dicta, & mentio in Æthiopum, Syrorum, & Græcorum obuia cuique ſunt. Quod nec tu negas. Dicis nihilominus pugnaciſſime. *Non tamen vt Cynoſura & Canon*, Orientales Eccleſiæ omnes poſt diuinum verbum verba Patrum ita excipiunt, & exoſculantur, & firmiter tenent; vt illa reijcientibus, & non auſcultantibus, & in omnibus obſequentibus, anathema palam dicant, & eos in numero ſceleratorum ac impiorum habentes, a communione Eccleſiæ, & fidelium conſortio excludant. quod me fuſe contra te probaſſe, memini; Hinc alia referre ſuperſedeo, ne alijs oneri ſim.

Tandem e Syrorum, Arabum, Æthiopum ſcriptis Symbolicis de Scriptura ſacra, de lapſu Adami, alijſque mentione tantum inducta in fine tuæ diſputationis abſque vlla

pro-

probatione multa ſemper tui ſimillimus infarcis, quæ tuis Reformatis regere. Nam Pontificij, nec animum quidem aduertent, qui plane cognoſcunt te in Arabicis alijſque linguis Orientalibus, æque atque in Græcis inſcitiſſimum eſſe, quamuis earum cognitionem inconſideratiſſima temeritate tibi aſſumas. Sed audi. Si quos ſeptendecim annorum iuuenis in literatura Græca habuiſti progreſſus, vt neque ligatæ, neque ſolutæ orationis, qua ſcripto, qua Typis edere non erubueris ſpecimina, ſed quis rubor in Hottingerana facie vnquam inſidere potuit? eadem, & in alijs linguis Orientalibus edidiſti, te penitus ieiunum, & pene infantem arguunt. Et vt videas, en Viri in illis linguis inſtructiſſimi, & in Orientalium moribus, ac conſuetudinibus, & potiſſimum Eccleſiaſticis verſatiſſimi Abrahami Ecchellenſis Epiſtolam, quem de hiſce a te propoſitis certiorem feci: cum ipſe eas, nec me pudet fateri, non didicerim. Eam vti accepi, vt quantus ſis Hottingere in nugis effutiendis, Reſponſioni meæ coniunctam ad te tranſmitto. Digna eſt, quæ ſemel, atque iterum a te legatur, vt ſcias, quæ neſcias, ne ſemper imperitus ardelio in tuis de diſſidio Græcorum & Pontificiorum lucubrationibus ſis.

LEO-

LEONI ALLATIO SVO,

Abrahamus Ecchellensis

S. P. D.

BIna illa Opuscula, quæ nuper ad me misisti, Clarissime Leo, nostri sæculi Literatorum decus, & ornamentum; Vnum Johannis Henrici Hottingeri Tigurini inscriptum: *Disputatio Apologetica de euidenti Ecclesiæ Orientalis, & Occidentalis, tam in dogmatibus, quam in ritibus dissensu*; Alterum, cui titulus est: *Exercitatio Historico-Theologica de Ecclesia Græcanica hodierna*, M. Eliæ Veielij Vlmensis, legi, atque perlegi, eamque præsertim partem, in qua vterque scripta mea exagitat circa variarum Syrorum, Arabumque Christianarum Sectarum consensum tam inter se, quam cum Ecclesia Romana de ritibus, & dogmatibus, quæ nos inter & Reformatos in controuersiam vocantur. Id enim vnum est, quod a me planè exigis, & cuius gratia Opuscula illa pro tua in me humanitate, & beneuolentia misisti. Tuis itaque morem gerens iussibus, eruditissime Leo, paucis ape-

aperiam, vnde vtrique tanta bilis in me etiam est. Scripseram olim in notis ad Synopsim, & Præfationem Arabicam Concilij Nicæni, necnon in Notis ad Catalogum librorum Chaldæorum Hebediesu, eos Fidei articulos, in quibus conueniunt Nationes illæ Orientales, tam inter se quam cum Ecclesia Romana, necessario ad ipsos Apostolos, & primæuæ Ecclesiæ æuum suam referre originem, ac in nullam confictionis cadere posse suspicionem. Ratio quidem mea est, quia si post suborta schismata conficta fuissent, necesse profecto esset, vt id vel ab omnibus illis Sectis simul, Romana etiam consentiente Ecclesia, factitatum fuisset, vel ab vna tantum istarum Sectarum seorsim: Sed cum neutrum fieri possit, ad ipsos Apostolos, & primæuæ Ecclesiæ æuum referenda omnino esse oportebit. Quemadmodum cordatus nemo, & sanæ mentis non concedit, & vltro largitur, ea dogmata, & Religionis articulos, in quibus conueniunt tot Protestantium Sectæ, tam inter sese, quam cum Ecclesia Romana, suam referre originem ad aureum illud sæculum, in quo Ecclesia vna erat ante Lutherum, Caluinum, aliosque tot malorum, ac turbarum auctores. Quod quidem Argumentum, cum sit maximi ponderis, ac momen-

ti, iamdudum ante ipse, eruditissime Leo, inculcasti ex Græcorum, & Latinorum consensu, quod plurimum Reformatorum latera vrget, & pectora ferit. Videns dein

Bartholdus Nihusius ذو الذكر الصالح

quique pro bono Ecclesiæ longiori vita dignus erat, idem hoc argumentum maiores sumere vires ex aliorum Orientalium consensione, duo nostro Hebediesu, dum illum vna cum nostris notis recudi curauit Moguntiæ, adiecit programmata ad Academicos Protestantes, quibus eos prouocat ad singulare hoc certamen. Præsertim cum non defuerint apud ipsos, qui meris, & nudis assertionibus Orientalium hunc consensum sibi vindicare sint conati, vti testis vberrimus, & omni exceptione maior, nobis esse potest vir clarissimus Iulius Blumius, qui vna nobiscum plures huius generis assertiones contulit Parisijs. Huius autem argumenti ex consensione tot populorum adstructum, vim, & efficaciam effugere, atq; euitare volentes Veielius, & Hottingerus, opposita prorsus diuerticula, & flexiones arripiunt, eodem tamen collimantes, nempe veritatem ipsam eludere. Veielius enim, vt se hinc citius expediat, hunc irridet, & improbat consensum, ita pag. 2. scribens:

Hinc nuper prodit libellus Abrahami Ecchellensis Maronitæ Professoris in Gymnasio Romano, de concordia Nationum Christianarum per Asiam, & Africam, cum Ecclesia Latina contra Protest. cum notis ad Catalogum librorum Chaldæorum Hebediesu, quem in Germania nobis curauit officiendo officiosissimus Nihusius, adiectis 2. ad Academicos Protestantes programmatibus. Quæ sunt autem illæ Nationes Christianæ in Asia, Africa? Sunt Hæretici, Armeni, Nestoriani, Melchitæ, Iacobitæ, &c. vt habet titulus, & asseritur in Epistola Abrahami Ecchellensis, tam inter se, quàm cum Romana Ecclesia inueterata, & incredibilia exercentes odia. Improbat is quidem, sed improbando nostri argumenti rationem corroborat potius, quam soluit; quia fieri omnino nequit, vt tot Nationes tam inter se, quam cum Ecclesia Romana inueterata, & incredibilia exercentes odia, conuenire possint ad aliquod adstruendum commentum. Vnde Tertullianus: *Quod apud multos inuenitur, non est erratum, sed traditum.* Et Arist. lib. 7. mor. Nic. c. 13. *Non prorsus fama illa perit, quam multa per Orbem turba hominum celebrat. Quod enim omnibus videtur, id esse affirmamus.* Hinc scriptum reliquit Iacobus Arminius, primariæ auctoritatis inter Reformatos, Disput. priuat.

Thes.

Thes. 13. de obiecto Christianæ Religionis num 14. *Accedit denique perpetuus, & vniuersalis omnium populorum consensus, qui instar legis, imo Oraculi diuini habendus est.* Et Oratione 3. de certitudine sacro-sanctæ Theologiæ: *Negare miracula, quæ Gentilium, & Iudæorum testimonia habent, manifestæ impudentiæ est, & execrandi stuporis.* Quantæ igitur impudentiæ, & quidem manifestissimæ, & execrandi stuporis erit, vel ex ipsorummet Reformatorum sententia, negare perpetuum, & vniuersalem consensum non solum Iudæorum, & Mohammedanorum, sed tot etiam Christianorum Orientis populorum? Ad huius autem consensus originem, & rationem velim respondeat Veielius, eiusque Reuerend: Fhelauius; & quomodo ad aliquod commune mendacium confingendum conspirare possunt tot Nationes longissimis terrarum dissitæ spatijs, varijs imbutæ moribus, diuersis vtentes linguis, & persuasionibus, atque inueterata cœteroquin exercentes odia. Dicat præterea Veielius: si Orientales illi populi in hisce articulis, de quibus Reformati controuersiam nobiscum habent, conuenirent cum ipsis, quas ille excitaret aduersus nos turbas? quos ad astra vsque extolleret clamores? quas vociferationes in foro suorum

Reformatorum emitteret? Sane tot, quot Hottingerus, licet falſo, & fallaciter, vt mox infra patebit, & forte maiores. Imo iam titubat Veielius, iam canit palinodiam, animos reſumit nouos, Hottingeri fretus armis, & auxilio; adeoque quem ſupra improbauit conſenſum, paulo poſt comprobat, vt oſtendat omnibus, ſe nequaquam ſibi eſſe compotem, qua falſæ, & vagæ cauſæ eſt patronus. Nam poſtquam verba quædam mea, quibus ſuos Proteſtantes prouoco ad ſingulare hoc certamen de conſenſu Orientalium populorum, ſtatim ſubdit: *Quam prouocationem Nibuſius lepida ſimul, & Thraſonica innitatione, ad exemplum Rabſacis 2. Regum 18. 23. 24. progr. §. 7. 55. ornat. Quam vero non cohorreſcant ad iſtiuſmodi gloriantes abunde iam docuiſſe celeber. Hottingerus præfat. in Lex. har. & Topograph. Eccleſiæ Orient. contra Ecchellenſem, poſtquam hæc ſcripſiſſem, vidi*. Igitur poſtquam vidit, quæ ſcripſit eius celeberrimus Hottingerus de conſenſu Orientalium, illum ſibi, & ſuis adſciſcens, accedit libenter Veielius, & nos cohorreſcere iubet tanquam falſo hunc conſenſum nobis vindicantes. Res igitur cum ad Orientalium conſenſum redeat, redeamus & nos ad Hottingerum, qui eum ſibi vindicat, & ſuis, ac ſingulas eius aſſertiones expendamus

mus ad Orientalium trutinam, momentisque suis ponderemus, & videamus, quinam cohorrescere debeant, nos, an Veielius, Hottingerus, & qui ab ipsorum in hoc argumento stant partibus.

Hottingerus itaque in arenam animose descendens, postquam pag. 28. num. 28. plura in genere sine vlla probatione, testimonio, vel auctoritate garriuit de Orientalium consensu cum Reformatis *in capitibus fidei, ritibus, ac regimine Ecclesiastico*, ad speciem tandem deueniens hæc subdit: *In specie vero vbi ad singulorum dogmatum deuentum fuerit examen, obseruamus, Orientales, vel Reformatis per omnia accedere, vel in circumstantijs tantum variare; vel vbi Pontificijs videntur fauere partibus; illud aut ex principijs fluere, Pontificiorum etiam opinione erroneis, aut φαινομένως potius quam ὄντως, verbis, quam rebus assensum testari maiorem. Atque sic non negamus, Orientales Ecclesias cum Romana aliquid habere simile (idem, difficulter obtinebunt)*. His itaq; vult Hottingerus, Orientales Ecclesias cum Romana aliquid habere simile, at non idem; φαινομένως, & non ὄντως; cum Reformatis verò ὄντως, & rebus. Hinc vero ad articulorum, in quibus consentiunt Orientales cum Reformatis, vt ait, concedens enumerationem ita scribit: *Plu-*

ra tamen nobiſcum ſic 1. occurrunt in Orientalium, Græcorum cumprimis, & Syrorum ſcriptis variæ formulæ ad B. V. Mariam conceptæ; vel etiam ad alios Sanctos, quibus tamen ſuperſtitionibus auctiſſima Pontificiorum ἁγιολατρεία non defenditur. Magnum enim vtrinque eſt διάστημα, vel in eo ſaltem, quod ſingulis vrbibus, morbis, Prouincijs patronum ſuum Romani præficiunt.

Hic non ratiocinatur Hottingerus, ſed plane inſanit. Nam vel conueniunt cum Orientalibus Reformati in eiuſcemodi formulis, vel non. Si conueniunt, vt contendit ille, qua ratione impius non erit in ſe, ſuoſque Reformatos, eas appellans formulas ſuperſtitiones, in quibus conueniunt Orientales cum Reformatis ex ipſius ſententia? Si vero non conueniunt, qua fronte, qua impudentia, & qua cauteriata conſcientia, eos conuenire, dicit? Suis itaque capitur paralogiſmis, & dilemmate concluditur; apparetque inde luculentiſſime, eum ex fraude, fallacijs, ac mendacijs conſtare totum. Et quis proinde erit, vel ſit Reformatus, qui eum apertiſſimi, ac turpiſſimi mendacij, fraudis, & contradictionis non arguet, & conuincet? Quam autem hic vocat auctiſſimam ἁγιολατρείαν Pontificiorum Hottingerus, nullæ caſtæ Chriſtianæ

au-

tures sine indignatione, & stomacho excipere possunt; cum eadem hæc sit summorum heroum primæuæ Ecclesiæ sententia de SS. inuocatione, vt infinita, quæ occurrunt passim, ipsorum id comprobant testimonia. Sed quæ adhuc Hottingeri impudentia, & insania est, qui eodem asserto condemnat omnes Orientales, quos hic pro se laudat? Ex quo plane patet, eum non ratione duci, & veritatem sequi, sed effrænata quadam rabie, & furiosa rapi. Porro qui non cohorreat impius cum Velelio, Sanctorum inuocationes condemnans, ad his sui Lutheri execrandas voces, & formulis, non ad B. V. Mariam, aliosque Sanctos conceptas, sed ad ipsum Sathanam in *Colloquijs* ita intonantis: *Sancte Sathan ora pro nobis: minime tamen contra te peccauimus clementissime Diabole?* Hæc est, quæ Hottingero arridet Diaboli λατρεία, non B. V. & aliorum Sanctorum δουλεία. Magnum verò illud διάστημα, quod ponit, magnum quidem eius impudentiæ argumentum est, quia omnes Christiani Orientales eodem prorsus modo, ac Romani, & vrbibus, & morbis, & Prouincijs suos præficiunt patronos. Sic Antiochia patronum agnoscit D. Petrum, Alexandria Marcum, Hierusalem Iacobum, Damascus Paulum, Berytus Geor-

gium, Mesopotamia Addæum, & sic de alijs. Item S. Antonius Abbas præficitur Energumenis, & a Diabolo vexatis, Romanus Paralysi, Lucius oculorum ægritudinibus, & alij alijs morbis. Et quidem illud *saltem* ad quod saltat, plane vanitatem eius pronunciati de illis formulis indicat; est enim titubantis, & inconstantis animi constantissimum argumentum. Nullum igitur in hisce διάστημα agnoscendum est, nisi quod Hottingerum inter, & ipsam veritatem interest, quod quidem maximum esse, oportet, cum tantum sit, quantum ab ipsa veritate distat mendacium.

Pergit Hottingerus: *Illæ generales sunt, & apostrophæ potiùs encomiasticæ; hæ sæpe impiæ, & cum dedecore Nominis diuini coniunctæ.*

De formulis generalibus, & encomiasticis non est hic nobis laborandum, quia passim occurrunt etiam in Ecclesiæ Romanæ Officijs, & scriptis symbolicis, adeoque conueniunt in illis cum Occidentalibus Orientales. De specialibus itaque videamus, an Orientales quoque habeant ad B. V. Mariam, aliosque nominatim Sanctos conceptas, quibus illos inuocant, eorum implorant opem, atque deprecantur, vt sibi adsint, pro se orent, & apud Deum intercedant.

Pri-

Primo autem loco accedant Melchitæ, quos hic Græcos appellat Hottingerus, & pro se primo loco laudat. Isti itaque in Troparijs ad Deiparam Mariam per circulum totius anni inter cætera hoc recitant ad vesperas Dominicæ in primo tono : أعجب العجايب الباهره تشاهد الخليقه فتسرّ وتبتهج بحبلك الذى بغير زرع يا ممتليه نعمه وولدتي ولادتك التى لا توصف التى لا يستطيعون روسآ الملايكه ينظرون نحوه اليه توسّلى من اجل نفوسنا. *Mirabilissimum mirabilium obstupefacientium conspicit creatura, & lætatur ideo, atque exultat concipiente te sine semine, o gratia plena, quæ peperisti partum tuum ineffabilem, in quem Archangeli respicere non possunt, deprecare illum pro animabus nostris*. Item ad Vesperas feriæ 2. in primo tono : حبلتى بغير احتراق من نار اللاهوت وولدتي من غير زرع الرب ينبوع الحياة يا والدة الاله الممتليه نعمه خلصي الذين يعظمونك : *Concepisti absque combustione ab igne Diuinitatis, & peperisti sine semine Domi-*

minum fontem vitæ. O Dei genetrix, gratia plena, salua magnificantes te. Item ad Vesperas fer. 3. in tono 3. انتي ملجانا وقوتنا يا والدة الاله يا معونة العالم القويه بشفاعتك استري عبيدك من كل شده ايتها المباركه وحدك

Tu es Refugium nostrum, & virtus nostra, o Deipara, o forte Mundi auxilium, tuis intercessionibus protege seruos tuos ab omni afflictione, o sola benedicta. Item in Menologio die 4. Septembris in Tropario commemorationis S. Moysis Prophetæ: اننا معيدون لتذكار نبيك موسى وبه نتوسل اليك يا رب خلص بطلباته نفوسنا:

Vtique festum agimus commemorationis Prophetæ tui Moysis, per quem te supplicamus Domine, vt salues precibus illius animas nostras. Eodem die de S. Babila Antiocheno.

ايها الشهيد في الكهنه بابيلا لما وضعت في قلبك عظايم الايمان وحفظتها لم تجزع من المغتصب ولم ترهب من المعاند فلذلك احفظنا يا خادم المسيح

المسيح وصوننا : O *Martyr inter Sacerdotes Babila, cum posueris in corde tuo magnalia Dei, & custodieris ea, nequaquam timuisti tyrannum, neque metuisti aduersarium, propterea serua nos, o Minister Christi, & custodi nos.*

افخولوجيون Εὐχολόγιον cap. 82. cuius titulus est: صلاة تقال على مريض معذب من الارواح النجسه *Oratio dicenda super ægroto vexato à spiritibus immundis:*

يا مراتب قوات الملايكه الغير هيولانيين
مع الرسل والشهدا توسلوا مبتهلين
الى سيد الكل ان ينجي عبده هـذا
من هذه الشده الثقيله جدا . ايتهـا
السيده الدايمه البتوليه ملجا المومنين
ايتها المعونه القويه لنا نحن عبيدك
بشفاعاتك خلصي عبدك
من هذه الشدة الحاضره :

O *ordines Virtutum Angelorum immaterialium, cum Apostolis, & Martyribus, deprecemini supplicantes Dominum omnium, vt eri-*

piat

piat famulum hunc suum ab hac grauissima affictione. O Domina semper virgo, refugium fidelium, ò fortissimum nostrum seruorum tuorum auxilium, tuis intercessionibus libera famulum hunc tuum à præsenti affictione.

Maronitæ, qui Syri sunt, & Syriaca in sacris functionibus vtuntur lingua, obuias quoque eiusmodi ad B. Virginem Mariam, aliosque Sanctos formulas habent, ex quibus paucas. In Procemio primæ stationis Nocturni Dominicæ simplicis Officij sic ad B. Virginem orant: ܠܟܝ ܕܝܢ ܡܬܟܫܦܝܢܢ
ܡܬܟܫܦܝܢ ܐܘ̈ ܐܡܐ ܕܚܝ̈ܐ
ܘܡܒܘܥܐ ܕܚܕ̈ܘܬܐ ܕܐܝܟܢܐ ܕܐܬܦܪ̈ܣܬܝ
ܐܝ̈ܬܝ ܠܢ ܟܠܗܝܢ ܛܒ̈ܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ.
ܗܟܢܐ ܘܠܒܪ̈ܝܬܐ ܘܠܡܫܡ̈ܫܢܘܬܐ ܕܢܦܫܢ
ܒܪ̈ܘܚܐ ܒܗܢ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܒܥܠ̈ܡܐ ܕܠܗܘ
ܕܠܐ ܡܫܬܠܡܢܘܬܐ ܘܩܝܡܐ ܠܟܠܗܝܢ
ܡܢܟܝ ܐܝܟܢ ܕܒܟܝ ܐܬܦܪܣ ܦܢܝܐ
ܥܠܝ ܦܘܪܩܢܐ ܘܫܘܘܕܝܐ ܕܢܦܫ̈ܬܢ
ܘܦܓܪ̈ܝܢ. *Te autem supplicamus, o mater vitæ, & fons lætitiarum, vt quemadmo-*

modum per te nobis euenerunt omnia bona de cælo, ita & preces nostras, atque humiles supplicationes cum suffitu hoc thymiamatum, illi, qui inuariabiliter, & qua Deum decet, ex te natus est, offeras pro salute, & liberatione animarum nostrarum, & corporum. Ibidem statione 2. ad sanctos Prophetas, Apostolos, & Martyres. ܪ̈ܒܝ ܒ̈ܬܐ ܐܢܬܘܢ

ܢܒܝ̈ܐ ܘܫܠܝ̈ܚܐ ܘܣܗ̈ܕܐ. ܦܬܚܘ ܠܓܙܐ

ܕܨܠܘ̈ܬܟܘܢ. ܘܗܒܘ ܥܘܕܪ̈ܢܐ ܠܡܣ̈ܟܢܐ.

Oeconomi estis Prophetæ, Apostoli, & Martyres, Aperite thesaurum precum vestrarum, & auxilia præbete egentibus. Item in hymno S. Iacobi, qui legitur in commemoratione Beatæ Virginis Mariæ ad Missam.

ܫܡܠܐ ܒܢ ܚܘܒܟ ܒܨܠܘܬܐ ܐܡܟ

ܕܡܬܟܫܦܐ ܠܟ. ܕܢܩܪܒ ܠܟ ܒܣ̈ܡܐ

ܕܟ̈ܝܐ ܒܝܘܡ ܕܘܟܪܢܗ̇: ܘܗܒ ܠܢ ܡܪܝ

ܒܨܠܘ̈ܬܗ ܚܘܣܝܐ ܫܘܒܩܐ. ܘܒܒܥܘ̈ܬܗ

ܫܝܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܡܫܝ̈ܚܝܘܬܐ.

Perfice in nobis amorem tuum precibus matris tuæ, quæ te supplicat, vt offeramus tibi thura pura in die illius commemorationis. Concede no-

nobis Domine noster orationibus illius remissionem debitorum, necnon ipsius precibus parce omnia crimina.

Iacobitæ in Officio diurno ad Vesperas diei Dominicæ: ܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܐܡܐ ܕܟܝܬܐ ܕܠܐ ܡܘܡܐ ܐܬܟܫܦܝ ܠܝܚܝܕܟܝ ܕܢܥܒܕ ܪ̈ܚܡܐ ܥܠ ܟܠܢ

Virgo sancta, mater pura sine macula supplica Unigenitum tuum, ut misericordias faciat omnibus nobis. Ibidem de Sanctis: ܢܒܝܐ ܩܕܝܫܐ ܘܫܠܝ̈ܚܐ ܒܢ̈ܝ ܡܠܟܘܬܐ ܨܠܘ ܕܠܐ ܢܛܒܥ ܒܝܡܐ ܫܓܝܫܐ ܕܚܛܗ̈ܐ. *Prophetæ sancti, & Apostoli filij regni, orate, ne mergamur in mari perturbato peccatorũ.* Paulo post in 2. Officio:

ܡܘܬܐ ܛܥܡܐ ܕܒܬܘܠܬܐ ܘܡܫܟܢܗ ܕܫܪܝܐ. ܐܬܩܪܝܘ ܕܢܦܩܘܢ ܠܡܪܘܬܐ. ܘܐܠܗܘܬܐ ܕܗܘܝ ܚܒܪܐ. ܡܘܬܐ ܐܝܟ ܠܥܝ̈ܢܐ ܕܡܫܘܬܐ. ܘܡܫܟܢܗܘܢ ܡܚܠܐ ܘܡܚܬ̈ܪܐ ܘܡܠܟܘܬܐ. ܡܘܬܐ ܚܒܠܐ ܡܫܟܢ ܐܚܝܐ. ܘܡܫܟܢܗܘܢ

ܘܫܡܥܘܢ ܕܚܕܬܐ ܬܪܝܗܘܢ ܠܚܕܕܐ
ܫܘܝܢ. ܡܘܫܐ ܐܚܬ ܠܘܚܐ ܕܢܡܘܣܐ. ܘܫ
ܡܥܘܢ ܩܒܠ ܩܠܝܕܐ ܕܡܠܟܘܬܐ.

Moyſes Princeps Veteris, & Simon Nouæ, ambo ſibi ſunt ſimiles. Moyſes deſcendere fecit tabulas Legis; & Simon accepit claues Regni: Moyſes ædificauit Tabernaculum temporis; Simon vero ædificauit Eccleſiam ex Veteri, & Noua. Tibi laus Domine, Alleluia, oratio eorum auxilietur nobis.

Neſtoriani in Officio diurno ad Veſperas in commemoratione B. Virginis Mariæ:

ܨܠܘܬܗ ܡܪܝ ܕܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ.
ܘܒܥܘܬܗ ܕܐܡܐ ܡܒܪܟܬܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ
ܘܬܟܫܦܬܗ ܕܡܟܝܟܬܐ ܦܫܝܛܬܐ ܡܪܢܝܐ
ܡܪܝܡ ܦܘܪܫܢܬܐ ܗܘܬ ܠܢ ܐܡܝܢܐ
ܫܘܪܐ ܫܪܝܪܐ ܘܟܢܫܐ ܕܟܢܘܫܝܐ ܡܫܝܚܝܐ.
ܠܐ ܬܒܪܐ ܘܠܐ ܬܫܒܘܩ ܠܐܒܕܢ ܒܥܩ̈ܬܐ
ܡܛܠ ܕܡܫܝܚܐ ܘܡܢ̈ܝܚܢܐ
ܒܨܠܘܬܗܘܢ ܐܒ̈ܗܬܐ ܘܢܒ̈ܝܐ.

Oratio, Domine, Virginis Sanctæ, & precatio

catio Matris benedictæ, supplicatio, ac deprecatio gratia plenæ Beatæ Mariæ sit nobis semper alta mœnia, & munitum refugium, liberet, vindicet, & custodiat animas nostras a Malo, eiusque satellitibus omnibus temporibus, & momentis. Ibidem in commemoratione SS.

ܨܠܘܬܗܘܢ ܡܪܝܐ ܕܡܠܦ̈ܢܐ ܫܪܝܪ̈ܐ
ܘܒܥܘܬܗܘܢ ܕܟܐ̈ܢܐ ܓܡܝܪ̈ܐ ܕܥܒܕܝܢ
ܨܒܝܢܟ ܢܒܥܘܢ ܠܟܐܢܘܬܟ ܕܬܫܝܢ
ܠܢ ܫܝܢܐ ܘܫܠܡܟ ܒܟܠܗܘܢ
ܝܘܡ̈ܬܐ ܕܚܝ̈ܝܢ.

Oratio, Domine, Doctorum veracium, & deprecatio Iustorum perficientium voluntatem tuam supplicet pro nobis iustitiam tuam, vt concilies nobis tranquillitatem, & pacem tuam omnibus diebus vitæ nostræ. Ibidem ad B. Virginem:

ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܐܡܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܦܪܘܩܢ ܐܬܒܥܝ ܘܨܠܝ
ܥܡܐ ܟܠ ܚܛ̈ܗܐ ܕܠܐ ܢܬܒܥܘܢ.
ܕܒܝܬܝܐ ܦܬܓܡܗܘܢ. ܢܬܠܘܢ
ܚܘܒܐ ܬܗܘܐ ܠܗܘܢ ܒܝܢܬܗܘܢ
ܫܠܡܐ ܘܚܘܒܐ ܕܢܬܒܢܐ:

Ma-

Maria Virgo Sancta, Mater Iesu Saluatoris nostri, supplica, & deprecare misericordias peccatoribus, ne pereant. Qui ad tuas orationes confugiunt, oratio tua sit illis murus in hoc Mundo, atque in futuro. Ibidem ad Sanctos:

ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܟܐܢܐ ܕܐܚܒܘܟ ܦܪܘܩܢ
ܘܦܘܩܕܢܝܟ ܢܛܪܘ ܘܫܡܠܝܘ ܨܒܝܢܟ.
ܚܝܠܐ ܕܟܣܐ ܒܗܘܢ ܢܛܪ ܠܥܠܡܐ.
ܘܡܒܘܥܐ ܢܗܘܘܢ ܠܥܕܬܐ ܕܥܘܕܪܢܐ. ܟܪܝܗܐ
ܢܬܐܣܘܢ ܘܢܬܚܠܡܘܢ. ܘܚܓܝܪܐ ܢܗܠܟܘܢ
ܘܢܬܩܝܡܘܢ ܡܢ ܥܘܕܪܢܐ ܕܓܪ̈ܡܝܗܘܢ

Beati sunt iusti, qui dilexerunt te, Seruator noster, & mandata custodierunt tua, ac voluntatem perfecerunt. virtus abdita in ipsis custodiat Mundum, sintque in Ecclesia scaturigines auxiliorum. Infirmi sanentur, & curentur, claudi ambulent, & erigantur ab auxilijs ossium ipsorum.

Quid plura? omnia sane Orientalium, quos pro se laudat Hottingerus, sine vlla tamen probatione, symbolica scripta huiusmodi formulis refertissima sunt. Quamobrem vnam producamus nunc, vel alteram formulam ex ijs, quibus Romana vtitur Ecclesia, vt collatione facta cum mox allatis, videant æqui, & probi Lectores,

& iudicent, in quo consistat *magnum Hottingeri* δ᾽ὄγμα. Oratio ex Officio paruo B. V. Mariæ ad Laudes: *Deus, qui de B. Mariæ Virginis vtero, Verbum tuum, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis, vt qui vere eam Genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur*. Alia ad Primam: *Deus, qui salutis æternæ B. Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum*.

Pergit deinde Hottingerus: 2. *Petri Apostoli, Sedisq; veteris Romanæ honorifica hincinde apud Syros, Arabes &c: fit mentio, frustra tamen ad Monarchiam rapitur Pontificiam*.

Si verba profundere inania, & garrire duntaxat, esset probare, egregie profecto hanc suam assertionem probauit nugiuendulus, sed cum non verbis inanibus, & meris assertionibus hic certandum sit; quis sanæ mentis compos, & æquus veritatis indagator non videt, Aduersarium desperatæ causæ esse patronum, & cæca tantum duci animi libidine? Etenim qui ad Monarchiam Pontificiam id rapi dicitur, quod omnium Orientalium mirifico consensu, & suffragio Pontifici Romano ex Nicæni Concilij decreto, & Canone decernitur?

Ca-

Canon est 44. Concilij laudati ita loquētis:

وان ينظر البطريرك في كل امر عمل
به احد من مطارنته او اساقفته في
بلدانهم التي يلونها: فان وجد منها
شيا على غير ما ينبغي فليغيره ويامر
فيه بما يرى لانه ابو جميعهم وهم
بنوه وانما المطران في رياسته عليهم
وتوقيرهم اياه بمنزلة الاخ الكبير
الذي يقدمونه اخوته ويوجبون
طاعته لحسن سياسته وكبره: فاما
البطريرك فانه بمنزلة الاب في سلطانه
على بنيه: وكما ان للبطريرك سلطان
على من تحت يديه فكذلك يكون
لصاحب رومية سلطان على ساير
البطاركة مثل بطرس فيما كان له
من السلطان على جميع روسا النصرانية
وجماعة اهلها لانه خليفة المسيح
على بيعته وكنايسه وشعوبه ومن خالف
هذه الحنه فجماعة السونودوس تحرمه

Qq 2 Pa-

Patriarcha igitur inſpiciat quodcunque negotium fecerit aliquis ſuorum Metropolitarum, ſiue Epiſcoporum in ſuis Prouincijs, quibus præſunt. Si autem inuenerit ex illis quicquam, quod non decet, permutet illud, ac de illo conſtituat, prout ſibi videtur; etenim omnium ipſorum pater eſt, & illi filij ſunt ipſius. Metropolitæ autem principatum ſupra ſe agnoſcere, eumque venerari debent inſtar fratris maioris, quem ſibi anteponunt fratres, illique parere ducunt ob eius optimum regimen (ſeu officium) & maioritatem. Patriarcha porro inſtar patris eſt in ſua iuriſdictione ſuper filios ſuos. Quemadmodum vero Patriarcha poteſtatem habet ſuper ſubditos ſuos; ita quoque poteſtatem habet Romanus Pontifex ſuper vniuerſos Patriarchas, quemadmodum habebat Petrus ſuper vniuerſos Chriſtianitatis Principes, & Concilia ipſorum; quoniam Chriſti Vicarius eſt ſuper redemptionem, Eccleſias, & cunctos populos eius. Quicunque autem Sanctioni huic contradixerit, Patres Synodi illum anathemate percellunt.

Fruſtra ne id rapitur ad Pontificiam Monarchiam ſtatuendam, an vero clariſſimis verbis, & Solis radijs ſcriptis aſſeritur ab Orientalibus eiuſmodi Monarchia? Nec cauilletur Hottingerus, vel quiſpiam alius eiuſdem farinæ dicens; Canonem hunc non

non esse verum, ac legitimum Concilij Nicæni. De hoc enim nobis cum Hottingero, & Symmystis inpræsens controuersia non est: Sed vtrum Romani Pontificis Monarchiam in suis Symbolicis scriptis asserant Orientales illæ Nationes, an vero cum Reformatis in hoc conueniant? Nobis enim satis est inpræsens ostendere, Canonem hunc pro vero, ac legitimo Nicæno haberi a Chaldæis, Syris, & Arabibus, nempe Melchitis, Maronitis, Iacobitis, Nestorianis & Cophtitis, quibus adde Æthiopes, in quorum omnium Conciliorum editionibus hic extat Canon, & pro Nicæno habetur; refertúrque præterea in suarum Ecclesiarum Constitutionibus cap. *De Patriarchis*. De hoc vide quæ diximus par. 2. cap. 14. & seqq. nostri *Eutychij vindicati*. Garrit igitur Hottingerus hic, vt & alibi, atque gannit, suaque conficitur rabie, nulla veritatis habita ratione; nihil tamen in Christum Domini proficiens. Quamobrem audiat illud Arabis Poëtæ, in ipsum pene compositum.

اصبر على كيد الحسود
فان صبرك قاتله
فالنار تاكل بعضها
ان لم تجد ما تاكله

Inuidi sustine petulantiam,
Patientia enim tua illum interimit:
Ignis enim sese consumit,
Si quid consumat, non reperit.

Prosequitur Hottingerus illud suum tam celebre; *Plura tamen nobiscum sic: 3. habent & Orientales suos Monachos, & Monasteria, nec tamen sine discrimine.*

Habent profecto Orientales suos Monachos, qui paupertatem obseruant, Castitatem seruant, Obedientiam suis præstant Præsulibus, quæ sunt præcipua, ac palmaria huius professionis, & instituti capita. Sed hæc eadem sancte, ac religiose coluntur a Monachis Pontificijs: Ergo in hisce nullum est inter vtrosque discrimen. Agunt Monachi Orientales communem vitam, sunt cucullati, calceati aliqui, nonnulli discalceati; septem persoluunt canonicas horas, Beatissimam Virginem Mariam, aliosque inuocant Sanctos, eorum venerantur reliquias, iuge offerunt sacro-sanctum Missæ sacrificium, tam pro Viuis, quam pro Defunctis; plura habent peculiaria ieiunia, & eiusmodi. Sed hæc omnia sancte præstant Monachi Pontificij, ergo in hisce nullum etiam est discrimen. Orientalium Monachi quidam pro parente, & duce habent D. Antonium Abbatem, quidam Di-

uum Basilium, quidam Pachomium, & iuxta regulas ab his traditas, suos instituunt mores, & vestigia sequuntur, eodem plane modo, ac Pontificij, quorum aliqui pro parente S. Benedictum agnoscunt; nonnulli S. Augustinum, alij D. Bernardum, alij D. Dominicum, alij D. Franciscum, & alij alios; Ergo nullum agnoscitur discrimen. Si vero aliquid intersit, tam inter ipsos Orientalium Monachos, quam cum Pontificijs discrimen, id sane erit in rebus adiaphoris, & supererogatorijs, vti sunt quædam ieiunia, abstinentiæ, ciborum delectus, vestitus asperior, & eiusmodi. Nunc assignet ipse Hottingerus, quos habent Reformati Monachos, & in quibus conueniunt cum Orientalium Monachis, cum præmittat hunc enumerans articulum: *Plura tamen nobiscum sic*, nisi in medium proferat Apostatas suos Lutheros, Oecolampadios, & eiusmodi alios, qui abiecto cucullo, & abiurato Monachatu, in omnium vitiorum illuuiem sese dederunt.

Pergit adhuc Hottingerus: 4. *Patrum mentio, & allegata obuia sunt in Aethyopum, Syrorum, & Græcorum scriptis, neque tamen, vt Cynosura, & Canon.*

Si semel mendax, suspectus in omnibus habendus est, vel ex ipsiusmet Lutheri sen-

tentia in Assertion. Teuton. art. 21. *Qui semel mentitur, hic certissime ex Deo non est, & suspectus in omnibus habetur*, quantus mendax habendus erit Hottingerus, ex hoc sui Lutheri placito, qui non semel, sed bis, terque, quaterque, imo semper mendax deprehensus est? Et quidem, si

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem,
Testa diu,

Quanto magis diutissime mendacijs imbutus fœdissimis Hottingerus, *Cacabus*, mendaciorum seruabit fœtorem. Etenim nihil aliud Arabibus denotat الطنجير *Hottinger*, quam *Cacabus*, *Olla*. Vnde egregie Poëta Arabs de Hominum cognomine,

وقل ما ابصرت عيناك من رجل
الاّ ومعناه ان فتشت في لقبه

Pauci sunt, quos tui vident oculi, homines,
Quorum notionem, si perquisiueris, non designat cognomen.

Asserit itaque الطنجير *Hottinger*, Patrum mentionem, & allegata obuia esse apud Orientales, non haberi tamen ab eis, vt Cynosuram, & Canonem; Sed habentur; ergo mẽtitur, & ex illo fœtidissimo *Cacabo*,

hoc

hoc putidum profert mendacium, non autem ex Orientalium monumentis. Ostendamus, & primo ex Græcorum, seu Melchitarum Symbolicis scriptis.

Melchitæ in Menologio, sub die nona Iunij hoc de sancto Cyrillo Archiepiscopo Alexandriæ recitant Troparium.

ظهرت ايها الملهّج بالله كيرلس مرشداً
الى الامانه المستقيمه ومعلّم بالديانه
البهيه ودليل الى النقاوة وكوكب
للمسكونه وجمال لروسا الكهنه ايها
الحكيم الالهى وبتعاليمك انرت الكافه
بمعرفه الروح فتشفع الى المسيح
الاله فى خلاص نفوسنا

Extitisti, o diuino inflammate amore, Cyrille, director ad fidem Orthodoxam, Doctor illustris Religionis, Dux ad puritatem, & CYNOSVRA Orbi habitabili, ac decus Principibus Sacerdotum, o Sapiens diuine, documentisque tuis illuminasti Vniuersum cognitione Spiritus. Quamobrem intercede apud Christum Deum pro salute animarum nostrarum. En *Cynosura*, Hottingere. Quo etiam titulo decoratur ibidem S. Gregorius Archiepiscopus Arme-

Armenorum, ſub die 30. Septembris; eodem S. Philippus Diaconus, ſub die 11. Octobris; ſanctus Nicander Epiſcopus Myræ, ſub die 4. Nouembris; ſanctus Paulus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, ſub die 6. eiuſdem menſis; ſanctus Theodorus Abbas, ſub die 11. eiuſdem; Sanctus Ioannes Damaſcenus, ſub die 4. Decembris; Sanctus Maximus, ſub die 21. Ianuarij. Eodem ferme omnes ſancti Patres Eccleſiæ Doctores.

Eoſdem etiam Patres eſſe Fidei Canonem, idem teſtatur Menologium. Sic enim ſub die decima octaua Februarij legimus de ſancto Leone Papa: لقد

اظهرتك افعال الحق لرعيتك
قانونا للامانه وصورة للوداعه ومعلما
للامساك ايها الاب لاون لاجل هذا
اقتنيت بالتواضع الرفعه وبالمسكنه
الغنا فتشفع الى المسيح الاله
ان يخلص نفوسنا

Profecto te promulgarunt opera veritatis gregi tuo CANONEM ad fidem, & exemplar ad manſuetudinem, atque Doctorem continentiæ, O Pater Leo; quapropter comparaſti humilita-

litate exaltationem, & paupertate diuitias, quamobrem intercede apud Christum Deum, vt saluet Animas nostras. En CANON. quo etiam adiuncto ornatur S. Nicolaus Episcopus Myræ, sub die 6. Decembris; sanctus Syluester Papa, sub die 2. Ianuarij; S. Leo Episcopus Catanensis, sub die 20. Februarij; sanctus Tharasius Archiepiscopus Constantinopolitanus, sub die 25. eiusdem. S. Porphyrius Episcopus Gazæ, sub die 26. eiusdem; sanctus Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus, sub die secunda Iunij; S. Metrophanes Patriarcha Constantinopolitanus, sub die 4. eiusdem; sanctus Andreas Cretensis, sub die 4. Iulij. Eodem, & omnes fere sancti Patres. Garrit igitur ex more Hottingerus, & suos Reformatos, male cautos suis lactat mendacijs.

Ex Maronitis D. Ioannes Maro in præfatione Commentariorum ad Liturgiam sancti Iacobi, sic de Patrum iudicat doctrinam: ܐܒܗ̈ܐ ܕܡܚܣܢ ܕܐܠܗܐ ܚܝܠܐ
ܠܗܘܢ ܡܢ ܫܡܝܐ ܦܘܫܩܐ ܡܬܘܠܡܢ
ܐܦܣܩܐ ܕܝܢ ܡܠܦܢ ܡܢ ܕܚܢܐ
ܘܡܬܚܫܒܢܐ ܘܐܥܒܕ ܠܗܘܢ ܠܡܫܡܠܝܐ
ܐܠܗܝܐ

ܠܥܕܬܐ ܕܩܬܘܠܝܩܐ ܩܕܝܫܬܐ ܐܝܟ ܕܝܠܦܬ
ܕܡܟܠܐܢܝ ܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ
ܬܪܝܨܬܐ ܐܪܬܘܕܘܟܣܝܬܐ ܘܐܝܟ ܟܘܟܒܐ
ܡܕܒܪܢܐ ܒܗ ܢܗܪܘ .

Custodite itaque diligenter quod vobis traditum est ab Ecclesia sancta Catholica, quemadmodum didicit illa a Prophetis, atque Apostolis, & consignauit ipsi tertius Chorus Sanctorum Doctorum, qui omni tempore claruerunt in vera fide Orthodoxa, ac tanquam Sydera dirigentia in ea illuxerunt,

Imo sancti Patres sunt ipsis Maronitis Lampades. Officium sanctorum Basilij, & Gregorij ad Vesperas : ܒܪܝܟ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܓܒܐ ܠܗ ܟܪ̈ܘܙܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ . ܘܐܝܟ ܠܡܦ̈ܐܕܐ ܣܡ ܐܢܘܢ ܘܢܗܪܬ ܒܗܘܢ ܒܪܝܬܐ ܟܠܗ̇

Benedictus est Christus, qui sibi elegit præcones fidei, ac tanquam lampades constituit, & illuminata est ab eis tota creatura.

Sol, ibidem paulo infra : ܡܫܡܫܢܐ ܠܢܘܗܪܐ

ܢܘܗܪܐ ܕܫܪܪܐ ܕܐܢܗܪ ܠܐܪܥܐ
ܒܙܠܝܩܘܗܝ ܒܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܘܡܠܦ̈ܢܐ
ܬܪ̈ܝܨܝ ܫܘܒܚܐ ܘܢܗܪܘ ܡܢܗ ܐܝܟ
ܫܡܫܐ ܘܢܦܩܘ ܘܛܪܕܘܗܝ
ܠܚܫܘܟܐ ܕܛܘܥܝܘܬܐ.

Christus lumen veritatis, qui illuminauit terram suis radijs per Patres sanctos, & Doctores Orthodoxos, illuminatique sunt ab eo tanquam Sol, & egredientes expulserunt tenebras erroris.

Architecti, & lumen. Ibidem paulo inferius: ܐܪܕܝܟܠܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܩܕܝܫܐ
ܒܣܝܠܝܘܣ ܘܢܘܗܪܐ ܕܬܐܘܠܘܓܝܐ
ܫܒܝܚܐ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ

Architectus fidei sanctus Basilius, & lumen Theologiæ gloriosus Gregorius.

Petræ electæ. Ibidem infra: ܛܘܒܝܟܝ
ܥܕܬܐ ܡܗܝܡܢܬܐ ܕܐܝܬ ܠܟܝ ܟܐܦ̈ܐ
ܓܒܝ̈ܬܐ ܡܫܪܪ̈ܢ ܡܫܒܚ̈ܢ ܒܐܠܗܘܬܐ.

Beata es Ecclesia fidelis, cuius eiusmodi Petris

tris electis sunt confirmata , & posita fundamenta.

Præcones Spiritus sancti. Ibidem paulo inferius: ܒܥܕܬܐ ܩܘܕܫܐ ܡܬܟܪܙܐ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܗܿܝ ܕܐܟܪܙܘ ܠܢ ܩܕܝ̈ܫܐ ܟܪ̈ܘܙܐ
ܕܪ̈ܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܒܣܝܠܝܘܣ
ܥܡ ܪܒܐ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ
ܘܝܘܚܢܢ ܦܘܡܐ ܕܕܗܒܐ.

In Ecclesia Sanctitatis prædicatur fides illa, quam prædicarunt nobis sancti Præcones Spiritus sancti Basilius, cum magno Gregorio, & Ioanne Chrysostomo.

Athletæ feruidi veritatis, & Milites victores contra errorem. Ibidem: ܐܬܠ̈ܝܛܐ
ܚ̈ܡܝܡܐ ܕܫܪܪܐ ܘܦܠܚ̈ܐ ܢܨܘ̈ܚܬܢܐ
ܒܣܝܠܝܘܣ ܥܡ ܪܒܐ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ
ܒܩܪܒܐ ܠܘܩܒܠ ܛܘܥܝܝܢ.

Athletæ feruidi veritatis, & milites victores sunt Basilius, cum magno Gregorio in certamine contra errorem.

Sal terræ. Paulo infra: ܡܠܚܐ
ܕܐܪܥܐ

ܐܢܬܘܢ ܟܐܪܥܐ ܕܒܗ̇ ܡܬܡܠܚܝܢ
ܦܟ̈ܝܗܐ ܘܒܡܠܦܢܘܬܟܘܢ ܐܬܒܣܡܘ
ܘܩܢܘ ܛܥܡܐ ܒܣܝܡܐ.

Sal terræ eſtis, quo condiuntur inſipidi, & veſtra doctrina ſapidi facti ſunt, ac ſuauem obtinuerunt guſtum.

Luminaria. Ibidem: ܗܠܝܢ ܕܗܘܘ
ܐܝܟ ܢܗܝܪ̈ܐ ܒܟܠܗ̇ ܬܐܒܝܠ
ܘܗܝܡܢܘܬܗܘܢ ܐܝܟ ܐܝܡܡܐ
ܒܥܠܡܐ ܕܢܚܬ܀

Iſti, qui facti ſunt, vt luminaria in vniuerſo Orbe, eorumque fides tanquam dies in Mundum orta eſt.

Lux Mundi. Ibidem: ܒܟܘܢ ܗܘ
ܫܠܡܬ ܗ̇ܝ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܡܪܝܐ
ܕܩܘܫܬܐ ܕܐܢܬܘܢ ܐܢܬܘܢ ܢܘܗܪܗ
ܕܥܠܡܐ ܕܚܫܟ ܒܚܛܝܬܐ.

In vobis impletum eſt verbum illud, quod dixit Dominus veritatis: Vos eſtis Lux Mundi, qui obſcuratus eſt peccato.

Erectores Eccleſiæ, veri Paſtores, Doctores probati, Euerſores Hæreſum. Ibidem

dem ad Completorium . ܒܥܕܬ ܩܘܕܫܐ

ܡܬܟܪܙܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܗ̇ܝ ܕܐܠܦܘܢܢ

ܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕܝ̈ܫܐ. ܡܬܩܢ̈ܢܐ ܕܥܕܬܐ ܪ̈ܥܘܬܐ

ܫܪ̈ܝܪܐ ܘܡܠܦ̈ܢܐ ܒܚܝ̈ܪܐ ܘܡܣܚܦ̈ܢܐ

ܕܟܠ ܗܪ̈ܣܝܣ. ܒܣܝܠܝܘܣ ܥܡ

ܪܒܐ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܐܬܢܣܝܘܣ

ܘܡܓܕܠܐ ܕܫܪܪܐ ܩܘܪܝܠܘܣ

ܐܘܣܛܬܝܘܣ ܘܝܘܚܢܢ

ܟܪܘܣܘܣܛܘܡܘܣ ܥܡ ܐܦܪܝܡ ܓܒܝܐ

ܘܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܥܡ ܡܪܝ ܡܪܘܢ

In Ecclesia sancta prædicatur fides illa, quam nos docuerunt Patres sancti Erectores Ecclesiæ, Pastores veri, Doctores probati, atque omnium Hæresum euersores, Basilius, cum magno Gregorio, Athanasius, ac Turris Veritatis Cyrillus, Eustathius, & Ioannes Chrysostomus, cum electo Ephrem, & D. Iacobo, cum Diuo Marone.

Spiritus, qui loquutus est per Prophetas, loquutus etiam est per Patres. Ibidem:

ܪܘܚܐ ܕܡܠܠܗ̇ ܒܢܒܝ̈ܐ ܒܐܒ̈ܗܬܐ ܡܡܠܠܐ

ܘܡܡܠܠ

ܘܡܒܣܪܘ ܒܗ ܗܘ ܠܡܐܬܝܬܗ ܕܡܫܝܚܐ
ܗܘ ܡܡܠܠ ܒܟܘܢ ܒܣܝܠܝܘܣ
ܘܓܪܝܓܘܪܝܘܣ. *Spiritus, qui loquutus per Prophetas antiquis temporibus, & prædixerunt aduentum Christi, ipse loquutus est in vobis Basili, & Gregori.*

Iacobitæ. Episcopus in Homologia, quam habet ad Ordinatos post commemorationem Patrum trium Synodorum, (quartam enim, quæ contra eorum Hæresim congregata est, reijciunt) sic de alijs Patribus loquitur; ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܝܢ
ܘܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܗܘܝܘ ܪ̈ܘܚܢܝܐ
ܘܩܕܝܫܐ ܡܠܦܢܐ ܐܬܢܐܣܝܘܣ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܡܫܒܚܐ ܘܗܘܝܐ. ܒܣܝܠܝܘܣ
ܕܩܣܪܝܐ. ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܕܪܘܡܝ.
ܩܠܝܡܝܣ ܕܪܘܡܝ. ܛܝܡܬܐܘܣ
ܕܐܦܣܘܣ. ܛܝܛܘܣ ܕܒܘܣܛܪܐ.
ܐܝܓܢܛܝܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ.
ܦܘܠܝܩܪܦܘܣ ܕܣܡܘܪܢܐ.

ܘܡܫܡܫܢܘܗܝ ܕܐܬܠܡܫ.
ܐܦܝܣܩܘܦܘܗܝ ܕܪܘܡܝ. ܦܛܪܝܪܟܘܗܝ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܐܘܣܛܐܬܝܘܣ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܐܬܐܢܣܝܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ.
ܫܡܫܢܘܗܝ ܕܦܛܪܝܪܟܐ. ܐܘܣܛܐܬܝܘܣ
ܕܪܘܡܐ. ܡܩܪܝܘܣ ܕܐܘܪܫܠܡ.
ܘܡܫܡܫܢܘܗܝ ܕܦܛܪܝܪܟܝܐ.
ܐܘܣܛܐܬܝܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܠܩܛܪܝܘܣ
ܕܡܝܛܪܦܘܠܝܣ. ܐܪܐܒܝܘܣ
ܕܡܝܛܪܦܘܠܝܣ. ܐܘܐܠܝܣ
ܕܡܝܛܪܦܘܠܝܣ: ܐܐܘܦܠܘܣ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܐܦܝܣܩܘܦܘܗܝ ܕܐܡܝܕ.
ܡܘܦܣܐܬܘܗܝ ܕܢܝܩܝܐ. ܡܘܪܝܩܠܝܘܣ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܦܪܘܬܓܘܣ
ܕܡܝܛܪܦܘܠܝܣ. ܐܦܝܠܝܘܣ
ܕܡܘܦܣܘܣ. ܐܢܛܝܠܘܣ ܕܩܠܘܕܝܘܦܘܠܝܣ.
ܡܕܝܢܬܐ ܕܩܠܘܡܒܐ. ܐܦܪܝܡ
ܡܕܝܢܬܐ

ܡܕܟܘܚܐ. ܐܝܟܢܐ ܡܕܟܘܚܐ. ܘܡܦܪܫܐ.
ܠܘܠܝܢܘܣ ܚܣܝܐ ܕܐܘܪܫܠܡ
ܘܐܣܩܘܦܗܘܢ. ܘܠܡܫܡܫܢܘܬܗܘܢ ܕܩܕܝܫܐ
ܘܕܡܫܝܚܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܐܒܗܬܐ.
ܘܕܠܐܢܛܝܟܝܐ ܕܒܝܬ ܩܕܝܫܐ ܡܫܡܫܢܐ
ܕܠܘܬ ܡܢ ܦܘܪܫܢܐ ܘܡܬܡܟܟܐ
ܠܡܫܡܫܢܐ ܕܡܫܝܚܐ. ܐܘ ܒܡܫܪܬܐ
ܐܘ ܒܡܩܛܪܢܘܬܐ. ܐܘ ܒܦܫܝܛܐ
ܐܘ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ:

Nominatim vero, & peculiariter suscipiatis, & agnoscatis Iacobum Episcopum Hierusalem Apostolum, & Martyrem, Linum Romanum, Anacletum Romanum, Clementem Romanum, Timotheum Ephesinum, Titum Cretensem, Ignatium Antiochenum, Polycarpum Smyrnensem, Dionysium Atheniensem, Hypolitum Romanum, Petrum Alexandrinum, Gregorium Neocæsariensem, Athanasium Alexandrinum, Basilium Cæsariensem, Gregorium Nazianzenum, Gregorium Nyssenum, Meletium Antiochenum, Dionysium Alexandrinum, Eustathium Antiochenum, Nectarium Constantinopolitanum,

Arſacium Conſtantinopolitanum, Ioannem, Conſtantinopolitanum, Theophilum Alexandrinum, Amphilochium Iconij, Cyprianum, Carthaginenſem, Iraneum Lugdunenſem, Methodium Olympiadis, Ephrem Doctorem, Iſaac Doctorem &c. His volumus adhæreatis, & amplexemini, eorumque doctrinas puras, & probatas diligatis, & amplectamini, quicquid præſtiterunt in Eccleſia ſancta Dei ab eorum ortu vſque ad finem vitæ, ſiue in Canonibus, ſiue in ſcriptionibus, ſiue in Deciſionibus, ſiue in excommunicationibus.

Et poſt aliqua iubet, vt ſubſcribant Homologiam, & ſignum Crucis imprimant, iterumque ſubdit; ܡܛܠ ܕܗܐ ܡܣܗܕ

ܐܢܐ ܩܕܡܘܗܝ ܕܐܠܗܐ. ܕܬܗܘܘܢ ܠܡܠܦܢܘܬܐ

ܥܬܝܩܐ ܘܬܐܘܠܘܓܝܐ ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܗܘܢ

ܦܩܕܢܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ. ܘܐܡܠܟܬܐ ܕܗܘܠܝܢ

ܢܩܒܠ ܕܝܢ ܠܟܠܗ ܗܕܐ ܗܘ ܠܡܗܘܐ

ܫܪܝܪܐ ܟܠܗ ܟܠܗ ܘܡܠܟܘܗܝ ܒܡܘܕܥܐ

ܕܢܛܪ ܐܢ ܠܡܫܒܚܘܬܗܘܢ ܚܙܐ ܕܡܢ ܘܟܠܢ.

ܘܐܦܢܝܢ. ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ.

Quoniam ecce coram Deo proteſtor aduerſus

vos

vos, Obseruate Canones Apostolicos, & Homologiam hanc, & intelligite, quod signum hoc adorandæ Crucis testimonium futurum sit inter me, & vos in die Iudicij, si quippiam istorum mutaueritis; & dicent Amen, Amen.

Item Daniel in Breuiario Constitutionum Ecclesiæ Iacobitarum, capite 7. de Canone librorum, post sacras Paginas Patrum recenset libros. ومن الكتب المقبوله ايضا كتب الايمه اعنى ايمة الدين مثل اثاناسيوس وقوريللس وغريغوريوس الثاولوغوس ويوحنا فم الذهب ومن يجرى مجراهم

Ex libris quoq; receptis sunt libri Antistitum, nempe Præsulum Religionis, vti sunt Athanasij, Cyrilli, Gregorij Theologi, Ioannis Chrysostomi, & aliorum huius notæ.

Ex Cophtitis. Abnal-hassal in Præfatione Collectionis Can. & Constit. Ecclesiæ Alexandrinæ, postquam pluribus disseruit de traditionibus Apostolicis, hæc subdit: والاصل المعتمد عليه في جملة هذا المعنى هو قول ربنا له المجد لتلاميذه امضوا وتلمذوا كل الامم وعمدوهم باسم

باسم الاب والابن والروح القدس وعلّموهم
جميع ما وصيتكم بــه وهانــذا انــا
معكم الى انقضا العالم . ومعلوم انهــم
لم يبقوا دايمــًا فى العالم فظاهــر انــه
اشار بهذا القول الى خلفايهـم القايمين
فى التلمذه له مقامهم ويوكّـد هــذا
قوله لهم الذى اقوله لـكم للجميــع
اقوله ولذلك قبلت قوانــين الجامــع
المقدسه والروسآ القديسين العلما مثـل
يوليوس بطريرك روميـه وباسيليــوس
اسقف قيساريه ومــن يجـرى مجراهمـا

Principium autem, cui innitendum est in summa huius sensus, est dictum Domini nostri, cui gloria, Discipulis suis: Ite, & docete omnes gentes, & baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & docete omnia quæcunque mandaui vobis: & ecce ego vobiscum sum vsq; ad Consummationem Seculi. Notum autem est, eos haud mansisse semper in Mundo. Manifestum igitur erit, eum hoc innuisse dicto illorum Successores, qui ei in docendo ipsorum supplent vicem. Quod & confirmat dictum illi-

illius ad eosdem : quod vobis dico , omnibus dico. Hinc recepti sunt Canones sanctorum Conciliorum , & Principum sanctorum Doctorum , uti sunt Iulij Patriarchæ Romæ , Basilij Episcopi Cæsareæ , & aliorum huius notæ. Idem cap. 4. *De Patriarchis* , inter ea , quæ obseruare Patriarcha tenetur , hanc primo recenset loco conditionem : ويلزمه من امورهم خمسة اشيا احدها حفظ الدين على اصوله المستقرة وما ثبت عند الاجماع من اقوال الرسل ثم الجامع المقبوله ثم الابا المجتمع على قبول اقوالهم

Tenetur autem ad quinque ; Vnum est obseruare Religionem iuxta constantia principia , & quod confirmatum est communi consensu , seu traditionibus ex dictis Apostolorum ; Deinde receptorum Conciliorum , demum Patrum , quorum vnanimis consensus dicta acceptat .

Ex Nestorianis. Iesuiab Patriarcha , & Scriptor perantiquus , secundum post sacra Eloquia Patrum Canonibus tribuit locum , sic in Præfatione ad tractatum de Iudicijs Ecclesiasticis, tam vniuersalibus , quam particularibus scribens:

ܘܗܠܝܢ ܕܝܢ ܕܐܘܪܚܐ ܦܫܝܛܬܐ ܡܢ
ܓܘܐ ܗܢܘܢ ܕܟܬܒܐ ܩܕ̈ܝܫܐ. ܡܛܠ ܐܬܪ̈ܬܝܢ
ܥܠ̈ܠܢ ܦܫܝܛܬܐ. ܚܕܐ ܡܢ ܐܝܟ ܕܒܨܒܥܐ
ܘܒܡܚܙܝܬܐ ܠܪܝܫܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܕܥܕ̈ܬܐ
ܢܬܚ̈ܙܘܢ. ܕܢܐܠܦ ܘܠܡܕܒܪ̈ܢܐ
ܘܡܢܗ ܢܐܠܦ ܦܘܩ̈ܕܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ
ܕܒܢܒ̈ܝܐ ܘܒܫ̈ܠܝܚܐ ܐܬܡܠܠܘ ܒܪܘܚܐ.
ܘܐܬ̈ܪܝܢ ܕܝܢ ܕܝܬܝܪ ܡܢ ܩ̈ܢܘܢܐ
ܕܐܒ̈ܗܬܐ ܗܠܝܢ ܥܠ ܠܘ̈ܚܐ ܕܠܒܐ
ܕܠܐ ܕܢܬܚ̈ܬܡܘܢ ܘܢܬܢܛܪ̈ܘܢ

Hæc autem descripsi ex ipso contextu diuinarum Scripturarum duplici de causa; vna vt tanquam digito, & in speculo Principi, & Rectori Ecclesiarum conspiciantur, vt edificat, & a se dirigendos doceat diuina præcepta, quæ per Prophetas, & Apostolos Spiritu prolata sunt. Altera, vt magis, quam Canones Patrum, hæc oporteat cordis tabulis obsignari, & custodiri. Subdit præterea, illa Scripturarum eloquia, & Patrum dicta, vt pupillam oculi custodiri oportere: ܠܐ ܬܫܢܐ ܠܥܘܡܩ ܕܟܬܒ̈ܐ ܩܕܝ̈ܫܐ

ܠܟܘ̈ܐ ܟܬܒ̈ܐ ܐܬܟܬܒܘ ܘܐܦܠܐ ܕܐܝܟ
ܙܡܝܪܬܐ ܘܡܬܠܐ ܥܠܡܢܝܐ ܢܬܙܡܪܘܢ
ܒܥܕܬܐ. ܐܠܐ ܕܚܕܐ ܡܢܗܘܢ ܠܐ ܢܦܠ
ܥܠ ܐܪܥܐ ܘܐܝܟ ܒܒܬܐ ܕܥܝܢܐ ܢܬܢܛܪܘܢ

Non enim vt reponantur diuini libri in fenestris, scripti sunt; & neque vt sicut cantilena, & Parabola quædam mundana occinantur in Ecclesia: Sed vt ne vnum quidem ex eis cadat super terram, & vt sicut pupilla oculi custodiantur.

Timotheus item Nestorianorum Patriarcha in sua Nationali Synodo Can. 1. hoc idem afferit: ܡܛܠ ܕܟܬܒ̈ܐ ܥܠ ܗܢܝܢ
ܕܥܬܝܩܬܐ ܘܕܚܕܬܐ ܕܡܫܬܠܡܢ
ܒܟܢܘܫܝ̈ܗܘܢ ܡܕܒܪܢܝܬܐ ܘܡܫܪܝܢܬܐ
ܠܡܬܢܛܪܘ ܐܝܟ ܒܒܬܐ ܕܥܝܢܐ ܢܬܒܥܘܢ.
ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܡܫܬܒܩܢܘܬܐ ܠܐܢܫ ܕܢܟܬܘܒ
ܥܠ ܡܢ ܡܕܡ ܡܢܗܘܢ. ܘܕܟܬܒܘܗܝ ܐܟܬܒ̈ܐ
ܡܩܕܫܐ ܘܡܕܝܢ̈ܬܐ ܕܟܢ̈ܫܐ ܒܡܠܐܟܐ
ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܠܡܣܡܟܘܢ ܟܠܗܘܢ
ܘܠܡܦܪܩܘܢ

ܘܠܡܪ̈ܕܝܗܘܢ ܒܩܪܝܢܐ ܕܒܗܘܢ ܘܠܢܛܪܘܢ ܐܢܘܢ

Canon primus. Quod Canones Apostolici, & priscorum Patrum in Synodis tam Occidentalibus, quam Orientalibus definiti, tanquam pupilla oculi custodiantur; nec vlli fas sit transgredi vllum eorum; & vt omnes pij Patres, & Rectores Ecclesiarum sedulo, & diligenter eos meditentur, ac in eorum se exerceant lectione, & custodiant illos. Ex his vide, doctissime Leo, quæ sit Hottingeri in rebus Orientalibus eruditio, nisi id adscribatur malitiæ, & fraudi, quæ ipsi proprietas est inseparabilis. Sed ad reliqua.

Post hæc plura aggerit Hottingerus tumultuarie, ac sine numerorum notis ad ostendendam varietatem Romanos inter, & Orientales, & primo: *Sed & plures*, inquit, *ad euincendam varietatem, diuersos dies festos, Ieiunia vtrique habent, multum ipsis testibus, & Pontificijs, & Græcis distantia*. Quasi vero dierum festorum, ac Ieiuniorum varietas ipsi officit Religioni, & variam efficit. Quod nemo profecto sanæ mentis dicet, nisi insanire, & Hottingerum agere velit. Etenim in ipsa Romana Ecclesia quidam alicubi celebrantur dies festi, qui alibi, vel minime, vel alio tempore, quemadmodum, & quædam Ieiunia.

Ta-

Tamen nemo prudens existimat, hæc in Ecclesia Romana variam efficere Religionem. Hoc idem & Orientalibus solemnissimum est; Nam quædam Ieiunia, aliter obseruantur a religiosis viris, aliter a Laicis, tam diuersitatem temporis, quod attinet, quam ciborum delectum. Imo & ipsi Religiosi eiusdem instituti, ac Laici eiusdem persuasionis aliter, atque aliter nonnulla obseruant Ieiunia in diuersis Prouincijs, quemadmodum, & ipsos dies festos. Et vt de cæteris nunc taceam, Cophtitarum aliqui Quadragesimale ieiunium, ac Pascha, alio, quam reliqui, tempore celebrant, vt plene constat ex Epistola Michaëlis, & Basilij Episcoporum, hac de re differentium.

Prosequitur Hottingerus: *cætera de Scriptura sacra, eius authoritate, necessitate transferendi in linguas vernaculas* &c.

Qui nunc extant in nostro Oriente, quid quæso, aliud censent de Scripturæ auctoritate, quam quod ipsi Romani a Nugiuendulo isto scire velim? contra id vero, quod dicit de necessitate transferendi Scripturam in vernaculas linguas, publicus vsus, & vbique per totum Orientem praxis reclamat, eumque consueti mendacij arguit, & temeritatis. Etenim Syri, Chaldæi,

Coph-

Cophtitæ, Armenì, Æthiopes, aliæque Christianæ gentes, licet nunc habeant Arabicam, vel Turcicam, vel Persicam, vel Indicam, & eiusmodi pro vernaculis, communibus, & vulgaribus, nihilominus tam ipsam Scripturam, quam diuinas Liturgias, Officia, aliasque Ecclesiasticas functiones nulla alia obeunt lingua, nisi ea, qua sacro-sanctum Euangelium ipsis primo prædicatum est, & Euangelica lex tradita. Arabicam linguam si obijciat Hottingerus, sciat, hanc esse primariam, & ea primo prædicatum fuisse Arabibus Euangelium, quemadmodum Latina Latinis, Græca Græcis, & Syriaca Syris. Nec id sane vetat modo Ecclesia Romana, quinimo plurimum fauet, cum sacro-sanctum Euangelium Arabice hic Romæ ad vsum illarum gentium iamdudum typis ediderit, & nunc vna totum excudit ad eundem finem Vetus Testamentum. Et quidem si lingua Latina adhuc Latinis vulgaris esset, quemadmodum antiquitus erat, quando prædicatum est illis Euangelium, & sacræ Liturgiæ institutæ, nequaquam aliam sibi quæreret Ecclesia Latina reconditiorem linguam ad sua sacra obeunda. Garrit igitur Hottingerus cum Petro Molinæo in suo impio illo antibarbaro, & calu-

lumniandi quærit occasiones, & ansas.

Pergit: *De lapsu Adami, peccati primi enormitate amissa imagine Dei, & effectis lapsus.*

Ego sane quid his velit, vt ingenue fatear, non capio, nec quorsum collimat, scio; cum nihil aliud de his sentiant Orientales, quam quod Ecclesia Romana.

Prosequitur: *Legem seruandi impossibilitate.*

Paradoxum hoc est Hottingeri in suorum Reformatorum gratiam, nimirum Caluini in cap. 15. Act. & 2. Instit. cap. 17. Bezæ 2. par. Respon. ad acta Colloq. Montisbel, Piscatoris in thes. lib. 2., & aliorum, nuper in Oriente a Hottingero excogitato, cum in nostro nullum eiusmodi impium dogma habeatur, solumque dicant, ad id requiri fidem tanquam radicem, & gratiam tanquam adiutricem; proinde passim ita Deum deprecantur: ܗܒܠܢ ܡܪܢ ܛܝܒܘܬܟ ܕܢܛܪ ܟܠܗܘܢ ܦܘܩܕ̈ܢܝܟ

Da nobis Domine noster gratiam tuam, vt seruemus omnia præcepta tua.

Pergit: *De Iustificatione, quæ absque verborum inuolucris ita proponitur, vt peccatori omnis gratiæ fons in Christi merito fi-*

fide apprehenso ostendatur.

Purumputum mendacium est, si intelligat, sola fide sine operibus nos iustificari. Contrarium quippe testatissimum est apud omnes Orientales, quibus, Catholica Epistola D. Iacobi authentica, & canonica est, ac proinde passim illum cum Paulo conciliare totis viribus satagunt, vti nos ex ipsis in nostris notis ad Commentaria D. Ioannis Maronis in Liturgiam D. Iacobi fuse demonstramus. De hoc etiam Doctissimorum Orientalium integra extant opuscula.

Pergit: *De Ordinatione Ministrorum ad praeconium Verbi diuini, & Sacramentorum administrationem.*

Putidum quoque mendacium est, quia non solum ad hæc fit Ordinatio Ministrorum apud Orientales, verum etiam ad plura alia, & ea præcipua, vti expressissimis verbis habetur in ordine ordinationis Presbyterorum Ecclesiæ Syriacæ in Oratione inuocationis Spiritus sancti. Et cumprimis quidem ad sacro-sanctum Missæ Sacrificium, ad peccata remittenda, soluendo, & ligando, & eiusmodi. Episcopi vero ordinantur insuper ad gregem sibi concreditum pascendum, ad alios ordinandos Ministros, ad Chrisma conficiendum, Ecclesias, Altaria, & multa alia id genus be-

ne-

nedicenda. Nunc ingenue dicat Hottingerus, velim, in quibus consentiunt Orientales cum Reformatis? forsan in numero Sacramentorum, ad quorum administrationem, ex ipsius sententia, ordinantur Ministri? An vero in ipsa Ministrorum Ordinatione? Sed quis nescit, septem numerari apud Orientales omnes Sacramenta, apud Reformatos vero adhuc fere non constare, duo sint, vel minus? de Ministrorum Orientalium Ordinationibus ipsa loquuntur Ritualia, & Pontificalia; quæ autem extent apud Reformatos, proferat Hottingerus ex Reformatorum Ritualibus, & Pontificalibus, si vsquam reperiantur in rerum natura, & cum Orientalium tum conferat Ordinationibus, si tantus est, deinde confidentius prædicet illud suum, *Plura tamen nobiscum sic*. Conueniunt forsan in ritu celebrandi Missam, vel ipsius corporis Christi dogmate? Sed sane tantum absunt in vtroque, quantum Oriens ab Occidente, imo quantum verum a falso.

Pergit vlterius: *De regimine Ecclesiastico, Cleri coniugio, ea in promptu sunt Orientis testimonia, quibus ementitum Allatij, & Ecchellensis consensum facile pessundare alia occasione poterimus.*

Pessundare facile poterit, sed iure Hottin-

tingeriano, ex *Cacabo* de more depromptis consuetis paralogismis, fallacijs, mendacijs, & fraudibus, quæ semper ipsi in promptu sunt ex conficto ab eo Oriente, non autem nostri, testimonijs, quæ ea sunt, vt facile tam impudentia mendacia in os illud impurum retundere possint. Quid Sodes, commune habent Orientales cum Hottingeri Reformatis, aut quod proxime accedit, regiminis Ecclesiastici? Illi omnes per ordinem Hierarchicum suas administrant Ecclesias. Suos enim habent Patriarchas, Metropolitas, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Hypodiaconos, reliquosque Ordines cum subordinatione inferiorum ad superiores, Primi tres ordines Chrismaconficiunt, Ordinationes obeunt, Ecclesias, Altaria, & instrumenta ad diuinum instituta cultum benedicunt, ac alia præstant eiusmodi, quæ alijs non licent. Ostendat modo Thraso, hæc in sua Reformata Ecclesia, & magnus nobis erit Apollo. Quod vero de coniugio Cleri subdit, summæ impietatis, & petulantiæ nota non caret; cum Clerus constet primo, & principaliter ex Patriarchis, Metropolitis, & Episcopis. Hos vero non esse coniugatos apud Orientis gentes omnes, nec vel ipse Hottingerus ignorare potest, nisi semper

Hot-

Hottingerus esse velit. Præterea, cum nullus apud eosdem Orientales ad ordinem Patriarchalem, Metropolitanum, aut Episcopalem assumi potest, nisi ex ordine Monachali, ipsi quoque Monachi magnam Cleri constituunt partem, & Clero adscribuntur. Hos quoque non esse coniugatos Lippis, & Tonsoribus notissimum est. Planum igitur ex his relinquitur, Hottingerum temere hanc positionem protulisse simpliciter, & absolute. Si vero eam intelligit de simplicibus Presbyteris, id nemo ipsi negauit, aut negat. Porro isti non sunt Clerus, sed pars Cleri minus principalis. Verum neque Ecclesia Romana hoc damnat, cum libere permittat Presbyteris Orientalibus coniugatis, etiam hic Romæ Sacrum conficere, & reliqua obire Sacerdotalia munia; nimirum Græcis, Maronitis, Syris, Armenis, & Chaldæis. Pariter nec Orientales Cœlibatum damnant Sacerdotum, imo de illius laudibus, & commendatione integri apud eos extant tractatus, vti Eliæ Nisibensis Nestoriani aduersus Giahetum scriptorem Mohammedanum, qui id impugnat libro *De Animalibus*: Iahiæ Benadi Iacobitæ, Dissertatione aduersus asserentes, Christianos diuinis aduersari legibus Cœlibatum obseruantes:

Seueri abnalmokfahi Cophtitæ Epiſcopi Aſmonin in Ægypto lib. *De Cœlibatu*, & aliorum. In Commentarijs etiam ad hæc verba Apoſtoli Epiſt. 1. ad Timotheum cap. 3. iuxta Syriacam editionem:

ܘܿܠܐ ܕܝܢ ܕܢܗܘܐ ܩܫܝܫܐ ܐܝܢܐ
ܕܡܘܡܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚ ܒܗ . ܘܗܘܐ
ܒܥܠܐ ܕܚܕܐ ܐܢܬܬܐ܀

Oportet, vt Presbyter ſit ille, in quo macula non reperitur, & qui fuit vir vnius vxoris. Multi volunt, Apoſtoli verba intelligenda hic eſſe de Bigamia, non autem de permiſſione vnius vxoris viuentis, cum aperte tam hæc Syriaca editio, quam aliæ Orientales dicant: *Qui fuit vir vnius vxoris.* De varijs opinionibus circa horum verborum intelligentiam agimus in notis ad cap. 7. lib. D. Ioannis Maronis, *De Sacerdotio*, vbi de hoc differit argumento, & varias affert Interpretum ſententias in ſupra laudatam Pauli ad Timotheum Epiſtolam. Quapropter non deſunt apud Orientales Presbyteri cœlibes, neque Cœlibatus apud eos vlla lege, Canone, aut decreto interdicitur, imo plurimum commendatur, vt apud ſupra laudatos Scriptores vi-

videre eſt. Sed nunc ad ea duo palmaria Hottingeri capita, de Confeſſione nimirum peccatorum; & ſtatu Animarum extra Purgatorium, quæ ad hunc locum reſeruauimus.

De Confeſſione ſic habet Hottingerus: *De Confeſſione peccatorum, cuius elegantiſſimas formulas ad Deum conceptas Syriaca habet Eccleſia*. Quaſi hiſce dicat, homines Eccleſiæ Syriacæ ſoli Deo ſua confiteri peccata, non autem Sacerdotibus, & in hoc conuenire cum Reformatis, Vnde illud eius: *Plura tamen nobiſcum ſic.*

Mirum eſt, quantum mendacijs delectatur Hottingerus, & paralogiſmis, qui etiam confitendo ipſi Deo ab illis temperare nequit. An, quæſo, quia Eccleſia Syriaca elegantiſſimas habet formulas ad Deum conceptas, neget propterea Confeſſionem, & formulas, quibus ſua peccata pœnitentes confitentur Sacerdotibus? An vero formulæ illæ ex ſua vi, & natura excludant alias, & auriculari Confeſſioni, tam Reformatis moleſtæ, aliquo opponantur modo? Sed an & Eccleſia Romana, quæ auricularem Confeſſionem inter Sacramenta enumerat, non habeat etiam elegantiſſimas formulas ad ipſum Deum conceptas? Audiat Hottin-

gerus Orationis præparatoriæ ad Confessionem verba: *Tibi confiteor, Pater pijssime, peccata mea: quæ si volo abscondere non possum tibi Domine; parce mihi, Christe, quem ego nuper multum offendi cogitando, loquendo, operando, & in omnibus modis in quibus ego fragilis homo, & peccator peccare potui, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo, Domine, precor tuam clementiam, qui de Cælo pro mea salute descendisti, qui Dauid a peccati lapsu erexisti, parce mihi, Domine, parce mihi Christe, qui Petro te neganti pepercisti.* &c. Eiusmodi infinitæ propemodum extant formulæ. Concordat itaq: Syriaca Ecclesia cum Romana in formulis ad Deum conceptis. Videndum itaq: nunc superest, vtrum conueniat, & congruat etiam in auriculari, & sacramentali Confessione, quæ fit Sacerdotibus. Hoc enim est, quod male habet, & pungit Hottingerum, quasi aculeis, & stimulat.

Gregorius Barhebræus, Vir inter Iacobitas celeberrimus, Tractatu inscripto:

ܕܙܠܝ̈ܩܐ ܥܠ ܫܘܬܐܣܐ ܥܕܬܢܝ̈ܬܐ

Dilucidationum de fundamentis Ecclesiasticis.

ܡܐܡܪܐ ܬܡܝܢܝܐ ܥܠ ܚܐܪܘܬܐ

ܒܚܪܬܐ ܗܘ ܕ: *libro 8. de libero arbitrio, & fine.*

ܦܣܘܩܐ

ܦܘܫܩܐ ܩܕܡܝܐ ܡܢ ܡܘܬܒܐ ܕܡܘܕܝܢܘܬܐ.
ſectione 3. de Confeſſione . : ܬܠܝܬܝܐ
Dilucidatione prima , Quæ Iacobitarum ſit
ſententia hiſce aperit verbis: ܐܡܬܝ ܕܐܦܢ

ܐܢ ܠܐ ܡܨܐ ܡܫܬܘܕܐ ܕܢܘܕܐ ܚܛܗܘܗܝ ܠܟܗܢܐ
ܩܕܡ ܕܡܫܘܕܐ ܡܫܬܪܝܢ ܒܚܛܗܘ.
ܠܐ ܡܟܝܠ ܠܟܗܢܐ ܘܠܡܫܡܫܢܐ ܗܘ.
ܗܘܝܘ ܡܘܕܐ ܐܦܢ ܕܠܟܗܢܐ ܐܝ ܠܐ ܡܨܐ
ܢܫܬܘܕܐ ܠܡܬܠܡܕܐ ܠܐ ܡܟܝܠ
ܠܟܗܢܐ ܘܡܬܚܢܢ ܘܢܫܬܒܩ
ܠܚܛܗܘܗܝ ܘܢܫܬܘܕܐ ܥܠ ܚܛܗܘܗܝ
ܠܗܘܢ . ܐܝܟ ܡܢ ܕܢܫܬܒܩܘܢ .
ܒܗܘܢ ܡܫܪܝܢ ܘܡܬܩܝܡܝܢ
ܡܫܬܒܩܝܢ . ܘܚܛܗܐ ܡܬܚܫܒ ܡܬܒܩܝܢ
ܠܗܘܢ : ܗܟܢܐ : ܐܝ ܡܫܝܚܐ ܘܠܐ
ܕܒܠܥܕ . ܐܝܟܢܐ ܡܢ ܗܘܝܐ
ܕܟܪܐ ܕܒܗܠܐ : ܒܗܘܢ ܦܬܓܡܐ ܕܢܫ
ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܐܘܠܦܢܐ ܐܡܪ

ܚܛܝܐ

ܚܙܐ ܐܢܬ ܒܢܦܫܐ ܡܫܬܪܝܐ ܕܐܝܟ. ܠܐ ܬܕܡ
ܐܬܚܫܒܬ ܕܒܝܫ ܥܠܘܗܝ ܒܥܡܕܐ ܐܦܢ ܡܫܝܚܐ
ܘܠܐ ܒܐܒܢܝܐ: ܐܝ ܕܡܢ ܗܘ ܠܐ ܟܐܢܐ.
ܒܫܡܐ ܡܫܬܪܝܐ ܐܝܟ ܠܗ ܕܗܘܐ ܠܡܥܡܘܕ:
ܐܦܢ ܓܒܪ ܠܡܕܝܢ ܡܫܝܚܝܐ ܐܢܫܐ
ܕܐܝܬܘܗܝ: ܡܬܦܠܠ ܕܫܠܡܘܬܗ. ܒܪܢܫܐ
ܕܦܫܐ ܒܥܡܕܐ ܠܐ ܢܟܝܢ. ܘܦܫܘܪܐ
ܒܡܫܝܚܐ ܘܟܢܪ ܡܢܗܘܢ ܦܫܝܛܐܝܬ:
ܒܪܘܚܐ. ܡܢ ܫܠܡܘܬܗ ܐܬܟܢܝ.
ܘܠܐ ܐܬܚܙܝ ܠܡܥܡܘܕ ܡܫܝܚܝܢ:
ܐܝܟܢܐ. ܦܐܝܕܝܢ ܢܦܩܐ ܗܘܐ
ܠܘܬܗ ܐܘܪܫܠܡ ܘܟܠܗ ܝܗܘܕ. ܘܟܠܗ
ܐܬܪܐ ܕܚܕܪܝ ܝܘܪܕܢܢ. ܘܡܥܡܕܝܢ ܗܘܘ
ܒܝܘܪܕܢܢ ܢܗܪܐ ܡܢܗ. ܟܕ ܡܘܕܝܢ
ܚܛ̈ܗܐ ܕܝܠܗܘܢ: ܡܥܡܕ. ܘܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܦܘܕܝܢ ܫܠܡܘܬܗܘܢ ܡܢ ܚܛܝ. ܘܗܘܝ ܠܗܘܢ
ܦܪܘܩܐ ܡܢ ܟܠ ܡܢ ܐܝܟܢܐ ܕܐܬܐܡܪ:
ܦܪܘܫܘ. ܗܢ̈ܝܐ ܡܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܡܫܒܚܘ.

ܕܗܝܡܢܘ . ܐܢܫܝܢ ܗܘܘ ܘܡܫܬܡܠܝܢ
ܒܟܘܠܗܘܢ . ܘܡܬܝܕܥܝܢ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܝܢ
ܗܘܘ : ܘܡܢܗܘܢ ܒܟܢܫܐ . ܠܐ ܡܬܝܕܥܝܢ
ܒܫܘܩܐ ܡܬܘܡܝܢ ܗܘ ܘܐܝܟܢܐ
ܕܠܡܥܒܕܘ ܠܗ ܡܫܘܩܐ . ܘܐܝܟܢ
ܡܢ ܟܠܗ ܒܥܠܡܐ : ܐܬܟܠܝܘ ܒܗ.
ܘܟܠܗ ܒܥܠܡܬܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܕܠܝܬ ܠܐ
ܕܠܐܢܫܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܠܥܠܡܝܢ . ܗܘܐ
ܟܠܗ ܐܢܫܝܢ ܕܠܝܬܘܗ ܡܢ ܐܢܫܐ
ܡܢܟܠܡܢ : ܒܥܠܡܐ : ܡܬܘܡܝܢܐ
ܠܠܐܝܟ ܕܐܝܟ ܕܠܐ ܦܩܕ ܒܫܘܩܐ
ܒܫܒܝܠܐ ܕܡܬܝܕܥܝܢ . ܒܐܬܪܐ
ܐܬܐܘܡܝܢ ܕܢܬܝܕܥܘܢ ܒܗ ܡܢܗܘܢ .
ܘܐܝܟ ܒܟܠܗܘܢ ܒܗ ܒܟܠܗܘܢ ܕܐܝܟܢܐ
ܦܪܝܫ . ܘܗܠܐ ܟܠܗ ܐܝܟ ܕܝܫܘܥܗܘܢ
ܒܡܬܟܠܡܢ ܦܬܓܡܝܢ ܬܘܡܝܗܘܢ :
ܡܬܘܡܝܢܬܐ ܐܪܐ ܡܠܝܢ ܡܢ ܗܘ ܕܐܬܝܗܒ
ܦܬܓܡܐ : ܦܘܠܘܣ : ܠܐ ܒܫܘܫܠܐ ܗܝܟܠ

ܐܬܘܒܢ

ܐܝܟܢܐ ܕܐܣܝܐ ܓܘܫܡܢܝܐ. ܐܢ ܠܐ

ܩܕܡ ܝܕܥ ܓܘܫܡܢܝܬܐ ܕܡܬܓܕܫܢ. ܐܝܠܝܢ

ܕܐܝܟ ܐܘܡܢܘܬܗ. ܣܘܟܠܐ ܡܬܩܪܝܢ. ܠܐ ܡܫܟܚ

ܠܡܐܣܝܘ. ܐܘ ܠܡܥܒܕ ܚܠܝܡܘܬܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܟܗܢܐ

ܐܣܝܐ ܕܢܦܫܬܐ. ܐܢ ܠܐ ܩܕܡ ܝܕܥ ܚܫܐ ܕܢܦܫܬܐ.

ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܐܣܝܘ. ܟܪܝܗܐ ܕܝܢ ܕܟܣܝܢ ܟܘܪܗܢܝܗܘܢ

ܘܡܬܚܦܛܝܢ ܠܡܐܣܝܘ ܢܦܫܗܘܢ: ܛܥܝܢ ܡܢ ܢܝܫܗܘܢ.

ܡܛܠ ܕܡܚܝܠ ܚܝܠܗܘܢ. ܘܫܓܝܫܐ ܡܘܙܓܗܘܢ.

ܘܡܛܠܗܕܐ ܚܠܝܐ ܐܝܟ ܡܪܝܪܐ ܡܬܚܙܐ ܠܗܘܢ.

ܫܘܪܪܐ. ܐܝܘܒ: ܐܢ ܚܛܝܬ ܕܠܐ ܨܒܝܢܐ

ܒܗܬܬ ܡܢ ܣܘܓܐ ܕܚܒܠܐ ܕܥܡܐ.

Quemadmodum Medicus, nisi præcognoscat corporea accidentia, quæ iuxta illius professionem notiones vocantur, nequit omnino curare aut mederi; ita & Sacerdos Medicus animarum nisi præcognoscat passiones animarum, nequit sanare. Infirmi vero, qui celant suos morbos, & procurant, seipsos sanare, aberrant a suo scopo, quoniam infirma est eorum virtus, & perturbatus humor, adeoque dulce videtur illis amarum. CONFIRMATIO. *Iob: Si peccavi invoIuntarie, erubui a multitudine læsionis populi.*

puli. Quem versiculum exponens S. Ioannes dicit: Vides animam Iob præclaram, quæ non erubuit coram toto populo dicere: peccata mea inuoluntaria. Si enim ille non erubuit, quanto magis id nos facere oportet. Dic itaque prius peccata tua, vt iustificeris. Prouerbia Salomonis: Homo, qui abscondit iniquitatem suam, non prosperabitur; qui vero confitetur peccata sua, & ab illis recedit, liberabitur. Barasira (Ecclesiasticus): Ab iniquitatibus tuis recede, & ne erubescas confiteri peccata tua. Euangelium: Tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane flumine, confitentes peccata sua. Iacobus: Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt sanemini. Acta: Multi ex ÿs, qui crediderunt, veniebant enarrantes peccata sua, & confitentes actus suos. Ioannes: Si confiteamur peccata nostra: fidelis est, & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate nostra. Theologus: Omne onus, quo iuste obtrectare videmur, ne nostros morbos nostris aperiamus medicis, eo tendit, vt id obtrectando, sanitatem euitemus. OBIECTIO. *Confessio causa est, vt sine intermissione homines peccatis polluantur, nimirum contaminantur, vt sanctificentur confitendo, & rur-*

sus

ſus ad idem vomitum reuertendo, & ſic omnibus diebus vitæ ſuæ ſuis concupiſcentijs animas ſuas maculant; Confeſſio igitur plus affert damni, quam vtilitatis. RESPONSIO. Ne ex æquiuocatione errorem inferatis; quoniam non omnem Confeſſionem vtilem eſſe dicimus; ſed eam peculiarem tantum, quæ fit poſt veram pœnitentiam, quæ eſt contritio animæ de peccato patrato tempore præterito, & diſceſſus ab illo tempore præſenti, & promptus receſſus tempore futuro. Poſt adimpletionem autem horum trium Canonum, ſi rurſus ſuccumbit natura, qua variabilis, & fluxa, non eſt mirum, nec deſperemus, oportet, præſertim audientes illud: ſeptuagies ſepties. Dilucidatione porro ſecunda ſeptem recenſet methodos, quibus animæ curantur morbi, analogia eleganter deducta ex curatione corporis morborum.

Ijdem Iacobitæ in ſuo Rituali integrum inſtituunt tractatum ſub hoc titulo: ܛܟܣܐ ܓܘܢܢܝܐ ܕܥܠ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܡܘܕܝܢ ܡܘܕܝܢܘܬܐ ܐܝܟ ܕܦܩܝܕ܀

Ordo vniuerſalis de omnibus ijs, qui Confeſſionem emittunt, prout præceptum eſt; ex quo nos breuitati conſulentes hæc pauca:

ܐܝܟܢ

ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܕܢܦܩ ܒܪܢܫܐ ܕܢܚܘܐ
ܘܢܚܝܠ ܡܣܝܒܪܢܘܬܗ ܕܗܘܐ. ܐܘ ܐܢܫܐ.
ܐܘ ܡܚܠܐ. ܐܘ ܫܒܥܘܬܐ. ܐܘ ܟܐܒܘܬܐ.
ܐܘ ܡܬܐܟܠܢܘܬܐ: ܐܘ ܡܕܡ ܕܗܘ ܡܢ
ܫܘܕܥܬ̈ܐ ܒ̈ܝܫܬܐ ܕܣܛܢܐ. ܢܕܥ ܒܗ
ܠܦܘܫܩܐ. ܐܘ ܠܫܘܥܠܐ. ܐܘ ܠܒܥܝ
ܕܗܘ ܐܢܬܘܢ ܡܬܒܥܐ ܘܐܬܡܢܥܝܢ ܠܗ
ܡܘܕܝܢܘܬܐ. ܕܢܗܘܐ ܕܢܦܩ ܗܘܢܝܢ
ܗܘܢܝܢ ܕܒܬܐ. ܝܕܥ ܦܬܚ ܘܡܬܦܬܚܐ.
ܕܠܐ ܗܘ ܚܝܠܐ ܠܡܟܒܫ ܕܢܦܫܗ. ܐܠܐ ܐܝܟ
ܟܠܗ ܢܘܗܪܐ ܢܦܫܗ ܠܐ ܡܫܟܚ. ܐܡܬܝ
ܕܗܘ ܠܐ ܢܥܒܕ ܘܢܥܠ ܠܒܝܬܗ ܕܝܫܘܥ:
ܘܐܬܩܪܝ ܕܐܦܠܐ ܗܘ ܢܬܒܥ ܒܡܫܝܚܘܬܗ
ܗܘ ܒܪܢܫܐ. ܣܓܝ ܕܐܦܝܫ ܒܥܒܕܘܗܝ:
ܘܡܥܠ ܠܝ ܡܥܠ ܘܡܢ ܬܪܥܐ ܡܫܟܚܗ.
ܠܐ ܗܘ ܢܦܘܩ ܡܢ ܬܪܥܐ ܒܟܠܗܘܢ.
ܘܐܦܠܐ ܢܥܒܕܘܢ. ܐܠܐ ܐܝܟܢܐ ܕܢܗܘܐ
ܗܘܐ ܒܗ ܗܝܟ ܕܝܚܝܠ. ܘܐܝܟܢܐ ܠܢܦܫܗ
ܒܗ

ܠܚܒܝܒ ܗܘ ܘܐܦܠܐ ܕܡܢ ܠܘܬ܃ ܒܗ
ܡܕܝܢ. ܢܫܬܘܕܥܐ ܡܛܠ ܐܘ . ܠܐܦܘܗܝ
ܫܘܟܠ ܡܛܠ ܐܘ. ܐܪܡܐ ܕܦܢܝܐ ܡܛܠ ܐܘ
ܕܝܘܬܪܢܐ ܕܥܒ̈ܕܐ ܕܢܚܬܐ ܡܕܝܢ ܘܡܬܘܒ̈ܥܢܐ:
ܘܐܡܪ ܕܒܗ ܘܐܦ . ܦܘܫܚܐ ܗܘܐ ܐܡܬܝ
ܠܝܬܩ̈ܢܫܫ ܚܒܝܒܘܬܐ ܕܟܠ ܘܗܫܡܫܡ
ܥܝܢܐ ܗܘ ܦܘܫܚ ܡܐܟܠ . ܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܐܢܘܡܣܘܬܐ ܕܢܣܡ ܐܢܐ ܗܘܐ : ܒܬܚܘܡܐ
ܐܡܝܢ ܗܘܝܐ ܕܝܠܗ ܒܡܪܥܝܬܐ : ܠܗܘ
ܐܘܢܐܘܬܡܘܣܒܠ ܠܥܠ ܐܦܘܬܘܣܒܠܡܘܬܐ . ܗܘ
ܐܝܬ ܒܐ ܠܐܢܫܐ . ܐܢܫܝܢ ܕܡܫܠܡ ܐܪܥܐ ܒܝܕ ܐܘ
ܐܢܫܐ ܒܐܝܕܗ ܕܐܪܥܐ ܘܫܠܝܛ ܥܠ ܟܠ
ܐܪܥܐ ܒܝܬ ܐܦ ܩܘܡ ܐܪܥܢ܆
ܐܡܪ ܕܘܝܕ ܢܘܚܡܐ ܕܠܐ ܐܦܪܘܣܘܢ ܐܡܝܢܝ ܘܦܫ
. ܐܠܗܝܘܬܐ ܡܬܒܥܢܘܬܐ ܡܬܒܥܐ ܐܠܗܐ ܕܡܢ
ܐܘܒܕܢܐ ܕܒܗ ܘܢܦܩ ܠܘܬܗ ܫܪܟܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܐ ܟܕ
ܐܠܗܐ ܕܠܐ ܡܛܠ . ܒܗ ܫܪܟܐ ܗܘܐ ܠܐ ܘ ܫܠܝܛ
ܡܫܬܒܚܢܐ ܗܘ ܡܬܒܥܢܘܬܐ ܡܫܬܒܚܢܘܬܐ ܗܘ
ܫܪܟܐ

ܚܙܐ ܘܩܪܒ ܡܢ ܩܕܡ ܦܪܨܘܦܗ܆ ܦܩܘܕܝܢ
ܢܓܝܠ ܒܫܘܐ ܘܐܬܦܢܝ ܠܗ ܠܡܕܒܪܐ
ܕܒܪܬܗ ܠܫܠܝܘܬܐ ܘܠܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܫܪܝ
ܡܫܡܫ ܘܕܒܩ ܠܐܠܗܐ ܡܢ ܟܠܗ ܠܒܗ
ܡܫܡܗܘܬܐ ܐܝܟ. ܘܢܗܝܪ ܐܝܟ ܕܠܐ ܗܘܐ
ܘܟܠܠܗ ܗܦܟ ܐܝܟ ܠܡܕܝܢ ܕܒܪܟܐ
ܗܟܝܠ. ܘܠܐ ܦܠܚܐ ܐܝܟ ܟܠܐ ܣܓܝܐܐ.
ܗܐ ܡܢ ܗܝܕܝܢ ܗܘ ܠܟܠܐ ܕܐܝܬܝܗ ܐܦܪܝ
ܠܗ ܕܢܬܟܢܫ ܠܗ ܣܓܝܐܐ܆ ܘܗܘܘ ܥܡܗ
ܗܘܝܐ ܕܣܓܝܐܐ ܕܡܕܒܪܐ ܐܝܟ
ܕܢܫܡܝܢ. ܘܐܘܝܟ ܕܫܡܝܐ. ܠܐ ܗܘܐ
ܢܗܘܐ ܘܠܐ ܒܫܘܒܚܐ ܪܒܐ ܕܝܠܗ. ܘܠܐ
ܦܠܚܐ ܐܝܟ ܡܫܡܫܢܘܬܗ ܘܟܠܗ ܡܢ
ܕܡܢܐ ܕܠܐܝܬܘܬܐ܆ ܘܦܣܝܩ ܢܦܫܗ
ܒܟܠܗܘܢ ܡܕܡ ܐܝܟ ܕܦܫܝܛܐ ܠܗ.
ܘܡܢܐ ܟܠܗ ܐܟܚܕ ܡܝܬܪܐ. ܘܟܘܪܗܢ
ܕܟܝܢܐ ܕܒܥܬܐ. ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ.
ܐܦܝܣܩܘ ܐܘܪܚܬܐ ܕܢܝܚܬܐ
ܠܡܫܝܚܐ



Quoties accedit homo ad confitenda, & aperienda sua errata, adulterium scilicet, siue fornicationem, siue homicidium, siue furtum, siue fraudem, siue criminationem, siue quicquid eiusmodi est operum malorum peccati, oportet, vt Episcopus, siue Presbyter, siue quisquis mediator est, & confessioni præfectus magnopere caueat primo, ne vnquam manifestum faciat id, quod audiuit, sed vt Deus misericordia moueatur erga peccatores, nec temnat omnino, aut aspernetur eum, qui peccauit. Secundo, ne diminuatur prorsus in oculis eius homo ille, eo quod percepit peccatum eius. Et quantumcumque durum, & amarum sit eius peccatum, ne deijciat eum spe, neque despiciat, sed quemadmodum aspiciebat illum ante Confessionem, sic aspiciat illum. Verum etiam nec accipiat faciem eius, siue propter amicitiam aliquam, siue propter gradum, & dignitatem, aut propter spem lucrorum immundorum, seu donorum, & munerum. Quippe qui medicus spiritualis est, adeoque oportet, vt iuxta mensuram morbi dimetiatur ipsi medicamenta sanitatis, prout satis est peccatori ad ferendum. Fiat autem Confessio ita. Ad portam Ecclesiæ sedeat ille, qui excipit, nempe sustinet Confessionem, siue ante ianuam Alta-

ris

ris; pœnitens vero aperto capite, & genu dextero super terra flexo, & inclinatus oculis in terram defixis, & complicatis ante pectus manibus, confiteatur tanquam coram Deo Confessionem perfectam, ac sine verecundia, nec aspiciat illum, cui confitetur, & aperit; neque is in eum aspiciat, quoniam ipsi Deo, qui omnia videt ante esse, offertur Confessio. Tunc respondebit Sacerdos, & dicet pœnitenti omni tranquillitate, & suauitate: vide mi dilectissime, & scito, quod si ex toto corde tuo confiteris, & caues, ne iterum, & in æternum facies, quod modo reuelasti, nec reuerteris ad peccatum, ecce ex nunc Deus per me tibi dicit: remissa sunt peccata tua; & opera ista peccatorum, quæ voluntarie reuelasti, ac te fecisse confessus es, nequaquam iterum reuelabuntur, neque in die magni Iudicij, neque ratio pro illis a te exigetur a Iudice iusto. Tunc vero imponit illi Canonem, prout ipsi videtur, ieiunium scilicet ad tempus determinatum, & genuflexiones temporibus orationum, & misericordiam, scilicet eleemosynas pauperibus elargiendas, secundum eius facultatem.

Hæc ex Iacobitis paulo fusius, & pauca ex multis, eo quod fuerunt nonnulli, qui mera quadam, futili, ac lepida assertione scriptum reliquerunt; Iacobitas Confessionem nullam admittere, sed soli Deo confi-

fitendum censent. Hæc sententia sic sine vlla auctoritate, vel testimonio prolata plurimum arridet Aduersarijs, vt qui semper negatiuis, & falsis propositionibus gaudent. Sed quam falsa sit ex allatis mox ipsorum Iacobitarum Symbolicis scriptis, & Scriptoribus planissime constat. Qui autem eam amplectuntur, & laudant Hottingerus, & M. Elias Veielius Vlmensis, ostendant, demonstrent, & probent Iacobitarum Syrorum aliqua auctoritate, & testimonio, & herbam porrigemus vtrique. En Rhodus, en saltus. Nec satis est, vt Reformatis verbis, & inanibus appellet Veielius clarissimi viri Bartholdi Nihusij ad id prouocationem, lepidam simul, & Thrasonicam inuitationem. Res ipsa in foris clamat, in patulo est. Accedat Veielius, accedat Hottingerus, accedant quicunque a partibus eorum sunt, videamusque, vtrum nos, an illi hæc thrasonice, & lepide iactent.

Quid porro hoc de argumento sentiant Nestoriani, & Cophtitæ, diximus alias in notis ad Catalogum librorum Hebediesu, eorumq; fuse retulimus testimonia, quo remittimus nunc Aduersarios, qui auctoritatibus, & testimonijs respondeant ad auctoritates & testimonia, cum hisce nunc certetur, non autem inanibus verbis, & nudis assertio-

tionibus. Hac enim ratione vnico verbo, imo vnica particula omnia Reformatorum effata & ego euertere poſſum, ſi dicam: *Non*.

Ex Maronitis vero, præter ea, quæ habentur in Catechiſmo, plures de hac etiam materia ſcripſerunt, inter quos tamen Gabriel Klahi vir doctiſſimus, & in omni litterarum genere eruditiſſimus, integrum edidit Opuſculum, quo petulantia ora retundi facile poterunt, ſi Epiſtolæ limites hoc nobis permitterent. Sed alias, & opportuniori occaſione, Deo ſoſpitante.

Melchitæ hoc de argumento fuſe agunt in ſuo Catechiſmo, vbi inter cætera hæc ſubijcitur: مرثية على الاعتراف *Adhortatio ad Confeſſionem*, ligata oratione, vt facilius memoriæ tradatur, & retineatur.

بغير الاعتراف لا تجد لك توبةً. ولا
محو ذنب ولو قتلت شهيدا:
ولو صمت كل الدهر بالمسك والعيا.
واحنيت طي الركبتين مديدا:
ولو سحجت يدك في الارض بالعطا.

على قاطنيها مزملا وشريدا :
فما ذاك الا مثل خرقة حيضة .
اذا لم يكن اقرار منك لسيدا :
فلا يطغوك الضاللين بقولهم . الى الله
دفع الاعتراف حميدا :
فقد قال عزّ الله قولاً . ختم به
فيكفا به من قايل وشهيدا :
بان خلاص الناس بالناس كاينا . فلا
تبتغي بعدهما مزيدا :

Sine Confessione nulla est tua pœnitentia, nec tuum deletur crimen, etiamsi Martyr obieris.

Et quamuis totum ieiunaueris seculum continentia, & laboribus, ac vtrumque iugiter flexeris genu.

Etiamsi elargita manus tua liberaliter fuerit in terra dando eius incolis obsequentibus, & inobedientibus.

Hoc nihil aliud erit, nisi instar panni menstruatæ, si præceptori confessus non fueris.

Nec te decipiant seductores dicendo: Deo Confessionem offerre, est laudabile.

Iam enim conclusit Deus gloriosus dicto, quod

quod satis sit pro asserente, atque teste. Quod salus hominum per homines est, cui posthac nihil addendum esse contendas.

Videatur etiam يوحنا الصوّام *Ioannes Ieiunator*, & ثاودوروس ريس دير الاصطاديون *Theodorus Abbas Monasterij Alastadiun*, qui disertissime, & fusissime de hac scripserunt materia, vt nec ipsas minutissimas ad illam spectantes prætermiserint circumstantias. Nunc ad celeberrimam de Purgatorio quæstionem.

De Purgatorio fuse egimus in notis ad Catalogum librorum Hebediesu pagina 165. & seqq. vbi diximus primo loco, Orientales, Syros præsertim, nomine ܫܝܘܠ *Sciul*, seu *Inferni* intelligere tam locum, in quo cruciantur Damnati æternum, quam eum, in quo animæ leuioribus criminibus, & maculis coinquinatæ purgantur, atque (licet nomine differat) re tamen ipsa eundem esse, ac Romanum Purgatorium. Quinimo nunc addimus ibi dictis, nomine ܫܝܘܠ *Sciul* apud Chaldæos de solo loco, in quo animæ ad tempus cruciantur, intelligi. Quod quidem con-

ſtat ex ipſa definitione, ſeu deſcriptione ipſius ܫܝܘܠ *Sciul*, quam affert Hebediesu Chaldæus in ſuo libro inſcripto: ܥܠ ܛܘܟܣܐ ܕܕܝ̈ܢܐ *De Ordinatione*, ſeu *diſpoſitione Iudiciorum*, qui eſt collectio Canonum, & Conſtitutionum Eccleſiæ Neſtorianorum, cap. de ܦܘܫܩܐ ܕܫܡ̈ܗܐ ܕܚܫܝܚܐ ܘܡܬܒܥܝܢܐ ܝܕܥܬܗܘܢ ܠܟܠܗܘܢ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܡܝܬܪܐܝܬ ܠܛܟܣܐ ܕܟܗܢܘܬܐ *Explicatione vocabulorum, quorum cognitio vtilis, & neceſſaria eſt omnibus Chriſtianis, præſertim ordini Sacerdotum*; Vbi ſic illud nomen definit: ܫܝܘܠ ܐܝܬܘܗܝ ܒܝܬ ܡܚܒܘܫܐ ܟܪܝܐ ܕܢܦ̈ܫܬܐ ܡܟ̈ܝܟܬܐ *Sciul eſt domus Carceris triſtis animarum imbecillium*, ſeu *coinquinatarum*. A quo autem loco ſtatim contradiſtinguit Gehennam, locum Damnatorum, ratione durationis, ſic definiens; ܓܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܝܬ ܫܘܢܩܐ

ܡܘܬܐ ܕܫܢܩܐ ܕܠܐ ܫܘܠܡܐ

Gehenna est domus cruciatus, qui durat sine dissipatione, seu *fine*. Hinc quando oratur apud Orientales pro Defunctis, supplicatur Deus, vt animas eorum eruat a pœnis *Sciul* siue *Inferorum*; At nunquam a pœnis Gehennæ, a quibus nulla est redemptio; etsi oretur, ne mittantur in eam. In quo quidem sensu intelligendum venit illud Ecclesiæ Romanæ in Officio Defunctorum: *A porta Inferi erue Domine animas eorum*. Demonstrauimus præterea in ipsis notis, suffragia viuorum pro Defunctorum animabus, nihil prodesse Damnatis, & id ex capite 39. Constit. Ecclesiæ Maronitarum, & Melchitarum, cap. 22. Cophtitarum, & cap. 5. sect. 1. Iacobitarum; vbi verba referuntur traditionis Apostolicæ, ac inter cætera dicitur: *Et sane credimus, id fieri pro illis, qui præditi sunt continentia, fide, & iustitia, nam pro maiorum (criminum) patratoribus, & Infidelibus, etsi in eleemosynam erogaretur quicquid in hoc mundo bonorum est, nihil illis proderit*. Hanc eandem traditionem Apostolicam sub Iacobi nomine totidem, ac numeratis verbis refert Hebedjesu libro supra laudato, titulo ܕܫܘ

ܣܘܡ̈ܟܐ ܕܝܘ̈ܡܬܐ ܕܐܬܬܢܝܚܘ
ܘܠܡܫܪܝܘܬܗܘܢ . ܕܝܥܩܘܒ

De diebus obdormientium, ſiue *Defunctorum*, *& qui ſunt abſoluendi*; *Iacobi*. Oſtendimus etiam ibidem ex auctoritate, ac teſtimonio Ioannis Epiſcopi Darenſis, Scriptoris celeberrimi 4. ſæculi a Chriſto Domino, apud Syros, animas Defunctorum leuioribus delictis, & ſordibus coinquinatas igne Purgatorio purgari. Quam quidem tam vetuſti Scriptoris auctoritatem, vt quæ plurimum pungit, & vrget latera Hottingeri impudentiſſime aſſerentis, ac ferrea fronte pronunciantis, *Nullam plane in Syrorum Symbolicis Scriptis Purgatorij mentionem eſſe*, hic iterum repetere non pigebit, vt videant inde, qui ab eius ſtant partibus, qualem meretur in reliquis fidem. Verba ipſiſſima ſunt ex lib. 4. *De Reſurrectione Mortuorum* cap. 24. *Si leuibus alis*, inquit, *prædita eſt anima, in ſuo diſceſſu ad illum, qui eam attraxit, in lætitia erit perfecta; ſi vero onus paſſionum geſtat, afflictionem patitur, non quod odit, aut vlciſcitur Creator, ſed vt ad ſe attrahat PVRIFICATAM; Quemadmodum materiam, quæ commixta eſt auro, in ignem immittunt, vt purificetur, quæ conſumi-

mitur, & dissipatur, puritas vero auri remanet; ita quoque malitia, cum, igne purificante omnia, absumitur, & dissipatur, necesse etiam est, vt anima, cui illa adhæsit, vna in igne sit, donec sordes, & malitia prauorum operum, quæ in ea congregata sunt, illo igne purificentur. It post pauca subdit: *Ita etiam ab anima, quæ passionibus materialibus est inquinata, vi tormentorum isthæc abraduntur. Hæc autem afflictio non est ad damnationem, sed ad PVRGATIONEM peccatorum, & macularum.* Et paucis interiectis: *Scopus enim mentis diuinæ is est, vt omnis perfectio sit naturæ nostræ. Sunt quippe, qui statim in mundo a malitia purgantur; & sunt etiam, qui post hanc vitam per ignem iuxta passiones suorum vulnerum curantur.*

His plane suffragatur D. Ioannes Maro in Comm. Liturgiæ D. Iacobi cap. 40. ad hæc verba: ܐܢܝܚ ܐܢܘܢ ܘܫܪܝ ܘܫܒܘܩ ܐܠܗܐ ܣܟܠܘܬܐ ܘܒܘܪܝܐ ܕܟܠܢ ܐܝܢ ܕܒܝܕܥܬܐ ܐܘ ܕܠܐ ܒܝܕܥܬܐ

Requiescere fac eos, indulge, ac dimitte Deus iniquitates, & defectus nostrum omnium, siue scienter, siue ignoranter. Isthæc enim sic commentatur. ܗܘܦܫܩ ܐܢܝܚ ܒܫܘܠܡܐ

ܒܡܫܠܡܘܬܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܠܟܘܢ ܘܠܗܘܢ
ܡܢ ܒܬܪ ܡܦܩܢܢ ܕܡܢ ܗܘ ܫܠܡܐ.
ܘܐܪܥܐ ܘܐܒܢܝ ܘܫܒܘܩ ܣܘܪ̈ܐ ܕܣܠܡ
ܘܕܫܢܝܐ ܡܫܘܬܦܢܘܬܐ ܕܫܡ̈ܝܐ ܘܠܐ ܕܫܡ̈ܝܐ.
ܐܘ ܕܒܪ ܚܕܬܐ ܐܫܬܟܚܢ . ܐܘ ܕܠܐ
ܚܕܬܐ : ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܡܕܟܢܝܢ
ܕܣܘܪ̈ܐ ܘܡܘܙ̈ܐ ܦܫܝܛܡܢ ܠܗ
ܕܗܘ ܕܟܠܗ ܕܟܠܗ . ܐܠܐ ܐܦ ܕܗܘ
ܐܢܫ̈ܐ . ܘܡܬܚܫܒ ܥܠܡܐ ܣܘ̈ܪܐ ܕܗܘ
ܡܕܡ ܕܟܠܗ . ܠܐ ܐܬܟܣܝ ܕܚܕܬܐ
ܘܠܐ ܕܚܕܬܐ . ܐܘ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ
ܠܗܘܢ . ܠܐ ܦܫܝܛܐ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ
ܠܫܡܗܘܢ . ܘܐܘ ܠܐ ܢܚܙܐ . ܠܐ ܢܟܪܐ
ܗܘܐ ܕܗܘܝܐ ܕܟܢܝܫܐ ܟܠܗ ܕܝܢ ܘܠܐ
ܦܫܝܛܐ ܗܘܐ ܠܫܡܗܘܢ ܕܟܠܗܘܢ
ܟܪ̈ܐ : ܕܡܬܚܙܐ ܕܝܢ ܠܗܘܐ ܣܘ̈ܪܐ
ܘܡܘܙ̈ܐ ܡܚܕ ܕܗܘ ܕܟܠܗ ܕܟܠܗܘܢ
ܡܢ ܐܘܟܝܬ ܠܗܘܢ . ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܡܢ
ܢܦܫ

ܐܦܢܝ ܒܝܡܐ ܕܐܬܐܠܐ ܗܡܢܘܬܐ ܐܣܝܪܐ :
ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܢ ܦܘܠܚܢܗ ܕܠܐ ܡܪܘܬܐ
ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܗܘܦܟܬܐ ܡܪܘܬܐ
ܘܒܥܘܬܐ ܒܗܪܘ ܕܗܘܐ ܡܥܒܪܢܝܢ
ܘܡܥܒܪܢܝܢ . ܒܟܦܪܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܥܠܝܐ .
ܘܗܘܐ ܡܢܝܢܐ ܗܘ ܢܨܠܐ ܠܗ . ܘܡܨܠܐ
ܘܒܥܘܬܐ ܡܥܠܝܐ . ܘܒܟܦܪܐ ܕܟܠܗܘܢ
ܐܝܟܢܐ ܐܬܝܗܘܢ . ܗܘܐ ܠܦܪܨܘܦܗܘܢ .
ܘܐܝܟ ܕܢܦܠ ܒܟܦܪܗ . ܗܘ ܕܟܝܠ ܠܐܣܝܪܘ
ܢܦܩܠܐ . ܘܐܝܟ ܕܒܟܦܪܗ ܠܐܦܝ ܢܦܫܗ .
ܗܘ ܕܡܢ ܢܦܫܗܘܢ . ܗܘܝܐ ܕܡܢ ܐܢܫ
ܘܡܢ ܢܦܫܗ : ܐܬܟܠܠܗ ܗܘܐ ܐܡܪ .
ܩܕܝܫܐ ܕܐܦܢܝ ܒܥܘܬܐ ܩܕܝܫܝܢ
ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܐܣܝܪܬܐ ܒܗܘܢ ܕܡܡܪ
ܒܩܝܡܬܐ . ܘܡܡܪ ܐܦܝܠܐ . ܕܐܦܠܐ ܐܝܟ
ܒܩܝܪܐ ܒܪܘܚܐ . ܘܦܬܓܡܐ
ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܟܠܗ ܒܫܡܝܐ :
ܦܪܨܘܦܗܘܢ ܐܝܟ ܕܢܘܗܪܐ : ܘܬܘܒ
ܗܘ ܟܠܗ

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Requiescere fac in regno tuo cælesti nos, & illos post egressum nostrum de hoc mundo; & ignosce, transfer, & remitte peccata nostra, ac Defunctorum fidelium, voluntaria, & inuoluntaria, vel deliquerimus scienter, vel ignoranter. Hinc quidem cognoscimus, peccata, & delicta dimitti non solum in hoc mundo, verum etiam in alio; Deumque exigere peccata in hoc, & illo mundo, vel commissa sint scienter, vel ignoranter. Et sane nisi ea exigeret, nequaquam pro illis Ecclesia deprecaretur; & nisi dimitteret, nequaquam Commemorationem faceret Defunctorum omni tempore, neq; supplicaret pro illis in omnibus orationibus. Deum autem exigere peccata, & delicta quædam in eo mundo, manifestum est ex Euangelio: Non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Beatus vero Paulus Epistola prima ad Corinth.

indi-

indicat, igne delicta eiusmodi deleri, & purgari: Vniuscuiusque opus manifestum erit; dies enim ille reuelabit illum, quoniam igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis segregabit. Si cuius opus manserit, quod ædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamen quasi ex igne. Theologus quoque dicit: Accidit, vt ibi igne baptizentur nouissimo baptismo, qui longe laboriosior est, ac longior, quique comedit materiam tanquam stipulam, & consumit paruitatem totius malitiæ. Gregorius quoque Nyssenus: quoniam itaque virtus purgatiua insit igni, & aquæ, qui baptizati non sunt hac purgatione, scilicet aqua lacrymarum, & igne contritionis, necessario igne purgandi erunt. Abbas Euagrius: Cruciatus est dolor per ignem, qui iuste purgat passionem animæ.

Hisce adstipulatur Gregorius Barhebræus Iacobita tractatu *De Fundamentis Ecclesiæ*, libro 7. capite 3. sectione 3.

ܡܛܠ ܢܘܚܗܘܢ ܕܥܢܝܕܐ

De obdormientibus, siue *Defunctis*, Dilucidatione 4., ita scribens: ܠܒܘܩܝܬܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܗܝ ܠܐ ܡܫܡܠܝܢ ܙܘܕܩܐ ܥܒܕܝܢ ܦܘܪܥܢܐ

ܪܘܚܢܐ ܗܘܐ ܒܡܢܝܚܢܘܬܐ ܙܟܘܬܐ
ܕܠܒܘܫܝܢ . ܐܘ ܡܬܡܛܝܢ
ܒܡܢܝܚܢܘܬܐ ܙܟܘܬܐ ܘܠܒܘܫܝܢ
ܡܢܝ ܡܬܬܫܘܚܝܢ ܠܡܫܒܚܘ
ܠܡܫܬܡܗܘܢ ܡܢ ܛܘܒܬܐ ܕܩܕܝܫܝܢ
ܒܗܘܢ ܐܝܟ ܛܒܥܬܐ ܐܠܗܝܐ
ܡܫܬܡܗܝܢ ܡܢ ܒܢ̈ܝܬܗܘܢ ܡܬܝܕܥܝܢ
ܡܬܚܙܝܢ ܒܗܐ ܦܘܪܫܢܐ : ܒܗ ܕܝܢ
ܡܬܐܢܐ ܕܐܬܚܙܝ ܗܘ ܡܢ ܙܟܘܬܐ
ܒܪܝܫ ܕܡܫܬܐ ܐܠܗܝܐ ܡܢ ܡܬܬܐ
ܕܒܡܬܬܐ ܡܢܘܬܗ ܠܫܡܐ ܡܬܡܬܡܬܐ
ܒܦܫܩ̈ܬܗܘܢ ܡܙܕܗܪܐ ܠܠܘܩܒܠܐ
ܕܥܠܝ ܐܦ ܗܘ ܠܥܘܕܪܢܐ ܕܐܠܗܝܐ
ܦܬܓܡܐ . ܘܠܡܢܝܚܢܘܬܗܘܢ ܛܒ
ܦܫܝܛܐ : ܒܠܡܕܘܫܐ ܐܠܗܝܐ
ܙܟܘܬܐ ܘܦܘܪܩܢܐ ܒܝܕܥܬܝ ܡܢ ܢܘܗܪܐ
ܐܝܟ ܕܐܦܠܐ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܡܥܡܪܐ
ܐܢܫܝܐ . ܘܠܒܒܘܬܐ ܗܢܐ ܕܢܒܥܐ
ܗܘܘ

ܩ̈ܠܝܢ ܕܩܒܠܝܢ ܠܡܥܕܪܢܘܬܐ ܣܠܩܝܢ ܗܘܝ .
ܟܕ ܕܫܠܡܝܢ ܗܘܝ ܘܠܐ ܢܣܒܝܢ ܗܘܝ .
ܡܛܠ ܕܒܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܦܐܪܐ ܗܘܝ ܡܬܚܫܒܝܢ :

Animæ fidelium, ſi inquinatæ non fuerint, lætitia quadam Spirituali exultant, ex perceptione precum pro ſe: ſi vero fuerint inquinatæ, perceptione precum pro ſe magis ſatagunt ad abſtergenda ſua ſpecula a maculis, quæ eis adhærent, ac tanquam ſubmerſi quidam a ſuis adiuti ſocijs ſeſe mouent ad ſalutem. Ego vero maius agnoſco emolumentum ex precibus, piorum porro hominum virtutibus præditorum, quia ſe conformando anima inquinata animabus eorum, diuinis informatis imaginibus, ipſa quoque deificatis illis ſeſe inſinuabit, & conformatione ad eas ſatis digna fiet. Infidelibus autem nulla prodeſt oratio, quia lumine carent, quemadmodum illa Samuëlis minime Sauli profuit, & Hebræis illa Prophetarum, qui pro eis orare ſatagebant. Hoc quippe redarguuntur: petitis, & non accipietis, eo quod male petatis.

Neſtoriani in libro Conſtitutionum Eccleſiaſticarum Collect. Hebedieſu capite

ܥܠ ܩܘܪܒܢܐ ܕܥܢܝܕܐ

De

De Sacrificijs pro Defunctis. ܥܠ ܩܘܪ̈ܒܢܐ

ܘܕܘܟܪ̈ܢܐ ܘܢܝ̈ܚܐ ܕܥܒܕܝܢ ܡܗܝܡ̈ܢܐ
ܠܡܝ̈ܬܝܗܘܢ ܐܝܟ ܩܢܘ̈ܢܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ
ܡܬܦܠܓܝܢ ܠܐ ܝܕܘ̈ܥܐ: ܐܢ ܓܝܪ ܠܐ
ܡܘܬܪܝܢ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܘܕܘܟܪ̈ܢܐ ܠܡܝ̈ܬܐ
ܐܝܟܢܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܕܡܪܢ ܡܫܝܚܐ
ܗܝܟ ܐܡܪܗ. ܩܪܒ ܢܦܫܗ ܩܘܪܒܢܐ
ܠܐܒܘܗܝ. ܘܦܪܥ ܚܘܒܬܗ ܕܐܒܘܢ
ܐܕܡ. ܘܫܒܩ ܚܛܝܬܗ. ܗܝ ܕܗܘܬ
ܥܠܬܐ ܕܡܘܬܐ: ܐܝܢܐ ܓܝܪ ܕܥܠ ܗܕܐ
ܡܬܦܠܓ ܟܪܣܛܝܢܐ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ:

De Sacrificijs, commemorationibus, & requiebus, quæ faciunt fideles pro Defunctis suis secundum Canones Apostolicos, dubitant indocti. Si enim nō prosunt Sacrificia, & commemorationes Defunctis, quomodo credimus, quod Dominus Iesus Christus (cuius Maiestati adoratio) semetipsum obtulerit Sacrificium Patri, & soluerit debitum patris nostri Adami, ac peccatum eius remiserit, quod fuit causa mortis? Qui enim de hoc dubitat, Christianus non est.

Ex Cophtitis عبـد المسـيح

Ab-

Abdalmasia Tract. *De immortalitate animæ rationalis* Cap. *De animis separatis, eorumque post emigrationem e corporibus, statu*, hæc ex Basilij, & Gregorij interrogationibus, & responsionibus habet: وايضا قال باسيليوس اخبرني عن النصارى الذين خرجوا من هذه الدنيا وخطاياهم معه وقد حبست نفوسهم في الخزاين المظلمه اينفعهم القربان الذين يقربونه في حياتهم وهل تحس النفس بذلك : اجابه غريغوريوس ان موسى الطوباني صنع قربانا وسال الله ان يغفر لروبيل بن يعقوب ذنبه وكانت نفسه مع نفوس الخطاة فردها الله الى عند اخوته فكيف الكاهن الذي اعطى السلطان ان يربط الخطايا ويحلها . ومثلهم مثل اناس محبوسين ولهم اصدقا يهمون بهم فهم يطلبون الى القاضي والوالي من اجلهم كل حين والى القيام على راس

راس الملك وعلى بابه ولا يقرّون حتى تتخلّص اصحابهم

Dixit quoque Basilius: indica mihi de Christianis, qui demigrarunt ex hoc mundo peccatis coinquinati, quorumque animæ inclusæ sunt in locis tenebrosis, prodest ne illis Sacrificium, quod statis temporibus offertur? & vtrum anima id percipiat? Respondit illi Gregorius: si B. Moyses Sacrificium operatus est, Deumque rogauit, vt condonaret Rubeno filio Iacobi peccatum illius, cuius anima cum animabus peccatorum erat, quam propterea restituit Deus ad fratres suos; quanto magis Sacerdos, cui data est potestas ligandi peccata, & soluendi? Horum autem comparatio est instar eorum hominum, qui in carcere detinentur, habentque amicos de ipsis sollicitos, qui omni tempore rogant pro eis iudicem, præsidem, & ad regis caput adstantes, & ad ianuam illius, nec desistunt, donec liberentur amici eorum. Et paulo inferius hæc subdit: وايضًا فلو لم يحسّوا براحة تصل اليهم من جهة القرابين والطلبات عنهم لما امرنا به ونحن فاعلوه باجماع

Præterea, nisi perciperent aliquam requiem ex

ex Sacrificijs, & precibus pro illis, nequaquam id nobis præceptum fuerit, neque nos id facere-mus ex communi consensu.

Ex hactenus allatis Orientalium testimonijs æquum ferant modo Iudicium, vel ipsi Reformati de hoc Hottingeri pronunciato; *De statu Defunctorum extra Purgatorium, cuius nulla plane in Syrorum, Arabum, Aethiopum scriptis Symbolicis mentio.* Quo quid, quæso, magis temere, aut impudentius in mortalium theatrum, & lucem proferre poterat Hottingerus? Etenim vel hæc, & eiusmodi viderat ille, vel non. Si viderat; qua cauteriata conscientia negauit? si non viderat. insigni profecto temeritatis nota, & impudentiæ inurendus est. Etenim negauit, quasi vero omnia Orientalium euoluisset monumenta, quæ vix forte e limine salutauit, primisque degustauit labijs. Negando etiam, se rem, de qua loquitur, nescire apud omnes prædicat, quia ex Philosopho Metaph. 3. *Ille scit rem, qui scit affirmatiue, non negatiue.*

Huc etiam spectat, quod ibidem pag. 23. ad num. 25. ita scribit Hottingerus: *Purgatorium incendere ignem irritæ plane est operæ, vtrumque enim non violentis consequentiarum fidiculis: sed verbis expressis largiuntur cum reliquis Orientalibus Græci, & Purgatorium*

Romanum se ignorare, & tamen ritum orandi pro Defunctis, vt ex viatoribus fiant beati Spectatores se retinere.

Hæc quam temere, ex allatis patet. Purgatorium ignem irrita opera incendimus violentis consequentiarum fidiculis, an Orientales ipsi expressissimis largiuntur verbis? Constat hoc ex eorum Symbolicis scriptis, nec ne? Nos ea attulimus Orientalium testimonia, quæ ignem hunc incendunt; proferat modo Hottingerus illa, quæ illum extinguunt, & in promptu habet, quibus ementitum, vti ait, Allatij, & Ecchellensis consensum facile pessundare poterit. Adiutrices porrigat manus M. Elias Veielius. Reforment Orientalium Purgatorium. De Græcis res Hottingero cum Magno Leone est. Reliquos Orientales Purgatorium Romanum ignorare, Hottingeri maxima ignorantia est, nisi consuetis commentis Romanorum nomine aliquod comminiscatur in agro Romano Purgatorium, quod vbi sit, facile ignorare potuerunt Orientales. Quod vero dicit de ritu orandi pro defunctis, vt ex viatoribus fiant beati spectatores, eodem excidit plane argumento. Quia hoc asserere, non est negare Purgatorium, neque cum dogmate de Purgatorio repugnat, etiamsi

lar-

largiamur ei, animos separatos esse viatores, cum tamen proprie, & stricto modo non sint, nec id ab Orientalibus dicatur.

Concludit tandem Hottingerus: *Quamquam in Syrorum libris leiturgicis obseruauerim, precibus, ideo potissimum Defunctos Deo commendari, vt tempore vltimi Iudicij clementem resuscitati experiantur Iudicem; gloriosaque adeo beentur resurrectione.*

Concludit profecto, verbisque modo imponit finem Hottingerus; Sed *si mutare potest Aethiops pellem suam, aut Pardus varietates suas*, & Hottingerus poterit mutare malitiam, cum didicerit malum ab ipsa ineunte ætate. Imposuit finem verbis, sed vtinam fallacijs, vtinam paralogismis. Nam quis Hottingero id inficiatus est, aut inficiatur? An in Ecclesia quoque Romana hoc deprecandi genus pro Defunctis in vsu non sit? & an, qui id præstant, Purgatorium excludant, & negent? Nequaquam profecto, imo Syri vtrumque deprecandi genus impense pro Defunctis absoluunt, nimirum, vt Deus propitius sit eis tempore vltimi Iudicij, & vt eos liberet a pœnis Purgatorij ignis. Primum obseruauit probus, ac ingenuus suo more Hottingerus; adeoque probatione non eget; alterius, quod oculos illos Reformato linitos

pharmaco fugerat, nobis incumbit probatio; quanquam satis superque ex iam allatis probatum sit. In Officio 5. Dominicæ Quadragesimæ, quod est de Paralytico sanitati a Christo Domino restituto, hæc apud Syros ad cantum: ܒܨܦܪܐ ܨܠܝ ܕܢܝܐܝܠ *Mane orauit Daniel*, habetur oratio. ܠܟܘܪܗܢܐ ܕܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ ܕܝܠܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ . ܗܒ ܣܘܥܪܢܐ ܕܪ̈ܚܡܝܟ ܘܕܚܢܢܟ ܟܕ ܠܢܦ̈ܫܬܢ ܡܚܠܠ ܐܢܬ ܡܢ ܒܝ̈ܫܬܐ ܘܚܛ̈ܗܐ . ܠܢܦ̈ܫܬܐ ܕܝܢ ܕܒܚܛ̈ܗܐ ܚܝܘܗ ܐܢܬ ܘܦܫܐ ܡܢ ܛܘ̈ܠܫܐ ܘܡܢ ܩܘ̈ܒܠܐ ܕܚܘܠܐ . ܐܢܬ ܕܐܝܬܝܟ ܡܛܠ ܕܬ̈ܡܝܢܐ ܐܘ ܡܪܝ ܠܟܠܢ ܚܘܣ . ܐܝܟ ܣܓܝܐܘܬ ܪ̈ܚܡܝܟ ܐܣܝܐ ܘܐܘܡܢܐ ܕܢܦܫܬܐ :

Infirmitatibus animæ, & corporis nostri, Domine Deus, elargire visitationem misericordiarum tuarum, ac tuæ pietatis, animas lauans nostras a malis, & peccatis; animas ve-

vero Defunctorum nostrorum purga a sordibus, & maculis iniquitatis, tu qui misericordiarum plenus es, & tuæ misereris creaturæ, Pater, & Fili, & Spiritus sancte.

Ibidem in Prooemio Matutini: ܠܟ
ܗܟܝܠ ܐܣܝܐ ܛܒܐ ܘܐܠܗܐ
ܫܪܝܪܐ ܘܒܪܘܝܐ ܚܟܝܡܐ
ܘܡܚܕܬܢܐ ܪܒܐ ܘܡܗܝܪܐ
ܡܬܟܫܦܝܢܢ ܠܟ ܥܠ ܥܛܪܐ ܗܢܐ
ܕܒܣܡܐ ܟܕ ܫܐܠܝܢܢ ܡܢ
ܪ̈ܚܡܝܟ ܡܣܓܝ̈ܐܐ ܫܠܡܘܬܐ
ܦܓܪܐ ܘܐܣܝܘܬܐ ܡܫܡܠܝܬܐ
ܠܟܠܗܘܢ ܕܡܝ̈ܬܐ ܘܠܚ̈ܝܐ
ܕܢܫܬܒܚܘܢ ܒܬܪܥܐ ܪܒܐ
ܘܡܬܢܟܦܢܘܬܐ. ܚܝܠܐ ܘܫܘܒܚܐ
ܘܐܝܩܪܐ ܠܟ ܘܠܐܒܘܟ ܘܠܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ
ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝ̈ܢ:

Te itaque, Medice bone, Deus vere, Creator sapiens, & instaurator magne, ac perite, deprecamur super suffitu hoc Aromatum, petentes a tuis misericordiis multiplicibus incolumi-

tatem perfectam, & sanitatem integram omnibus infirmis, atque in angustia positis, qui magnam tuæ miserationis pulsant ianuam, vt ignoscas, mundes, & purges peccata, & maculas nostras, & Defunctorum nostrorum.

Hæc pauca ex multis, vnde planissime patet, Syros, quemadmodum & reliquas Orientis gentes non solum Defunctos Deo commendare, vt ipsum tempore vltimi Iudicij clementem resuscitati experiantur Iudicem; verum etiam, vt eorum animas purget, ac mundet a sordibus, & maculis iniquitatis, eisque peccata, & delicta ignoscat. Concluditur his itaque Hottingerus, & enormissimorum mendaciorum ex more agitur reus. Quamobrem concludamus & nos Epistolam hanc nostram, tibi clarissime, & doctissime Leo, Nestoreos deprecantes annos, vt diutissime incolumis, & sospes viuens Ecclesiam Catholicam tuis eruditissimis Scriptis exornare pergas, & Vulpeculis, quæ fraudibus, & astutia viuunt, & scriptitant, terror, Leo semper sis, dolosque & fallacias in dies aperias; Titanos vero, & gigantes cum Deo, eiusque bellantes Ecclesia, veritatis gladio conficias, & prosternas. Felix diu Vale.

Quid

Quid hic ais Hottingere? Vides? Eoæ Ecclesiæ, Coptitæ, Melchitæ, Maronitæ, Iacobitæ, Nestorianæ sanctos Angelos, Prophetas, Apostolos, Martyres, Doctores, Iustos inuocant, eorum operam implorant, & apud Deum patrocinium. Prouinciæ, Vrbes singulæ, Artes, Professiones sibi priuatum vnum aliquem ex illis, quem sibi magis profuturum existimant, aduocatum, & monitorem asciscunt, & in rebus aduersis propitium, & generalibus, & priuatis precibus intercedunt, vt sanent animas, vt ipsos seruent, vt custodiant, vt eripiant a grauissimis afflictionibus, vt auxilia præbeant egentibus, vt auxilientur, vt concilient tranquillitatem, & pacem omnibus diebus, vt sibi a Deo obtineant remissionem peccatorum, vt infirmi sanentur, curentur, claudi vt ambulent, & erigantur ab auxilijs ossium eorum, & tandem ne mergantur in mari perturbato peccatorum. Et potissimum Deiparam Virginem, quam, & gratia plenam, fidelium refugium, fortissimum Christianorum, Mundique auxilium, matrem vitæ, fontem deliciarum, per quem omnia bona euenere hominibus, & quid non in laudem eius non φαινομένως, sed ὄντως accumulant? vt offerat pro salute, & liberatio-

ne animarum, & corporum, vt miſericordias faciat, vt ſit ſemper alta mœnia, munimentum, refugium, & vendicet, liberet, & cuſtodiat animas fidelium a malo.

Et cum inter Canones Eccleſiaſticos Concilij Nicæni Canonem 44. numerent, eumque vt legitimum Nicæni agnoſcant, Romanum quoque Pontificem agnoſcunt ſuper omnes Patriarchas, quemadmodum habebat Petrus ſuper vniuerſos Chriſtianitatis Principes, & Concilia ipſorum, quorum Chriſti Vicarius eſt ſuper redemptionem, Eccleſias, & cunctos populos eius. Et quicunque ſanctioni huic contradixerit, Patres Synodi illum anathemate percellunt. Monachi earum inſtitutis illis, quibus & Pontificij, licet in nonnullis leuibus, & adiaphoris, vti & Pontificij inter ſe differunt, vitam agitant, corpus affligunt, vt animæ ab illecebris terrenis puriores euadentes, meliori mente cum immaterialibus conſumant ætatem.

Sanctorum Patrum, & Doctorum Eccleſiæ, nec non Conciliorum effata, vti Cynoſuram, & Canonem ſequuntur. Hinc eos vocant, Directores ad fidem Orthodoxam, Doctores illuſtres religionis, Duces ad ſanctitatem, Decus principibus Sacerdotum, Lampadas, Solem, Architectos

Fi-

Fidei, Theologiæ lumina, Præcones Spiritus ſancti, Erectores Eccleſiæ, veros Paſtores, Euerſores hæreſum, Spiritus Sancti, vti Prophetæ fuere, Interpretes, & tandem Cynoſuram, & Canonem.

Confer tu Hottingere reliqua Epiſtolæ, ſi tanti es; poſtmodum infla claſſicum, clamaque, *propius Reformatis Eoas Eccleſias accedere*. Hinc collige a Romana diſſidere; tum eadem per eadem dicito. Ne te afflictes. aude aliquid pro more tuo, a theſi ad hypotheſim arguta pedibus, quando ſani capitis copia non eſt: caue tamen ne ſaltu illo pertinacius obluctando collum abrumpas. Vel ſaltem ad illa tua te conferas; *Eſt tamen aliquid diſcrimen*. Magnum tibi, qui caligantibus oculis vteris *aliquid* eſt. Eoæ Eccleſiæ concordant cum Pontificijs fere in omnibus, & diſcrepant ab illa aliquo diſcrimine. Ergo propius accedunt Reformatis. Quæ eſt hæc argumentandi ratio? Si eſſet inter eas & Reformatos aliquid diſcrimen, in reliquis vero magna conſenſio, conſenſum cum Reformatis probantibus ſimilia poſſes occinere. Sed apud te vnum ſunt omnia, & nox menti offuſa non ſinit ſtatuere, quid interſit inter magnum, & paruum, virtutem, & vitium, pietatem & impietatem, veri-

ta-

tatem & falsitatem, probitatem atque improbitatem. Hinc omnia confundis, & turbas, & pro albo nigrum venditas, & præpostere loqueris. *Est tamen aliquid discrimen*. Ergo propius accedunt Reformatis. Ergo consensus inter Ecclesias Eoas & Pontificiam nullus, sed dissensus in omnibus est. Pace tua dixero, quamuis sciam, quæcunque dixero, stultitia tua minora futura, non es apud te, ideoque alios ex tuo ingenio iudicas, sed improbe, sed proterue, sed insulse, sed obtuse.

Conclusio Dissertationis.


ET tandem dic Hottingere. Fuit ne vnquam ante Schisma Photij inter Ecclesiam Romanam, & Græcam vnio, & consensio? si negas, ἐμβροντητος εἶ, ἢ τό γε ἀληθὲς τεθρον εἰπεῖν, ἀνοητότατος. Si fateris. Iam Iupiter mihi pluit mel. *Sed* tum cum nullum inter has Ecclesias dissidium erat, sed plenissima concordia, Græca Ecclesia trinam in Baptismo immersionem vsurpabat, Chrismatis immediatam cum Baptismo vnctionem, Panem enzymum in Eucharistia, multa alia tum in Missarum sacrificijs faciendis, & celebrandis, tum in Sacramentis conferendis

dis, vel etiam ſuſcipiendis obſeruabat: cum tamen alijs ritibus, moribus, atq; inſtitutis Romana vteretur, a ſuffocatis abſtinebat, Grana aquæ calidæ in conſecrato calice admiſcebat, Ieiunium præcipue quadrageſimale, & alia rigidiſſime celebrabat, ſacram Euchariſtiam infantibus ſtatim etiam a Baptiſmate porrigebat, ſub vtraque ſpecie communicabat, Clerogamiam admittebat, Symbolum abſque additione recitabat, aliter diuinum penſum exoluebat, aliter diuinas preces recitabat, ante ſacros ordines Lectores tantum Clericos, non item Oſtiarios, non Exorciſtas, non Acolythos, in peruigilijs Apoſtolorum ieiunium non ſuſcipiebat, matrimonio adſtrictos ad ordines promouebat, Sabbato non abſtinebat a carnibus; cum Latina Eccleſia abſtineret, matrimonio adſtrictos non promoueret ad ordines, in peruigilijs Apoſtolorum ieiunaret, Clericos ordinaret ad quatuor ordines minores, aliter diuinas preces recitaret, aliter diuinum penſum exolueret, Symbolum cum additione recitaret, Clerogamiam prohiberet, ſub vnica tantum ſpecie Azymo communicaret, infantibus communionem denegaret, ieiunia veluti Græca non celebraret, aquam calidam in conſecrato calice non immiſceret, a ſuffocatis non abſtineret,

neret, Chrismatis vnctione adultos signaret, vnicam immersionem, vel infusionem obseruaret; & tamen vnio & consensus perstabat, eratque cum Graeca Romanæ arctissima consuetudo. Ergo prænarrata omnia, quæ tu vel alij inter dissidij capita commemorant, nulla sunt. Nanque si nunc dissidij capita sunt, tum quoque fuissent: Neque enim in Ecclesia quod semel iudicatum est innoxium, noxium subsecutis temporibus fuerit; nisi noua emergente hæresi illud ad eam sustinendam, vel comprobandam assumatur: tum enim non ipsius, sed hæreseos causa improbatur, vt vidimus in voce *Christipara*, quam prohibuisse Ecclesiam, cum Nestoriana hæresis grassaretur, ea postmodum extincta in Ecclesiam redijsse, certum est. Ergo insulsissimi sunt, qui ob hæc, vel similia capita dissidium inter vtrasque Ecclesias vrgent, & inter eos Hottingerus frustra operam insumit, cum in discrimine discrimen aliquod expiscatur, vt dissidium probet. Quodsi id stabilire animus fuisset, non vndique dicta Auctorum emendicasset, qui dissidia inter Græcos, & Pontificios narrant; sed dicta Ecclesiæ Græcæ, & illius Doctorum ab Allatio producta considerate examinasset, postmodum respondisset serio, quod cum non fecerit,

ne-

neque ſcriptis ab Allatio reſcripſerit, ſed in rabiem verſus, aliorum verbis inſulſiſſime, & extra rem obganniens chartas oppleuerit, plane deprehenſus eſt, πλάσμα πολύτροπον τοῦ πονηροῦ, καὶ τοῦ σοφιστοῦ τῆς κακίας. Habes iam Hottingere, & quicunque alius, qui ſimilia conſenſui noſtro opponit, rationes aliquando etiam repetitas inculcataſque, pro vt opponentium calumniæ depoſcebant. plurimæ præferri poſſent, ſi tam imperitorum ardelionum lucubrationes dignæ eſſent, quæ ſemel, atq; iterum lectæ ad amuſſim examinarentur. Quibus lectis cui non perſuaſum fuerit, tantam eſſe Hottingeri inſcitiam, quanta illorum eſſe poteſt, qui nec ingenij, aut iudicij acumine, nec multa, accurataque lectione ſunt commendandi; ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ πέρα τοῦ μετρίου.



DE

IOANNA PAPISSA

FABVLA

AB ALLATIO PROFLIGATA

Nonnullorum Clarorum Virorum

ELOGIA.

ANTONIVS CARACCIOLVS
Cler. Regul. & in Diœcesi Neapolitana
Librorum Censor.

OPusculum hoc eruditissimi Viri, & Græcis literis excultissimi Leonis Allatij aduersus Ioannam Papissam τὴν μυθώδη, si paginas Lector numeres, paruum profectò est; si pondera expendas argumentorum, re vera magnum, adeoque validum, vt sicut de Tertulliano Lirinensis ait, quot in eo sensus, tot sint victoriæ. Complures quidem ad idem monstrum interimendum suas quisque ingenij, styli que vires certatim contulerunt, sed pace illorum dixerim, Allatius a Græcis quibusdam Scriptoribus, quos hactenus nemo hominum tam diligenter excussit, ea profert iacula rationum, vt, nisi velint se ipsos excœcare hæretici, cogendi sint, cum legent, fabellam abijcere, quam

quam in Romanæ Ecclesiæ probrum, vaframento plane ridiculo, adornauerant. Quocirca Lucubratiuncula hæc aureola, & laude dignissima est, & in Bibliothecis omnibus merito locum habebit, Quod attestor.

BARTHOLOMÆVS VECCHIVS I. C.
Senensis.
BARTHOLOMÆO SANGVINACCIO,
Archidiacono Patauino, &
Vicario Capitulari.

Quod olim Herodianus de Marco Antonino Philosopho, & Imperatore dixit, Πολύ τε πλῆθος σοφῶν ἀνδρῶν ἤνεγκεν ἡ τῶν ἐκείνου καιρῶν φορά. Φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν, *hodie etiam, Præsul Reuerendissime, experimur. Quando enim maior fuit in omni studiorum genere litteratorum hominum prouentus, quam hoc, alioqui ferreo, atque infelici æuo, quo Vrbanus VIII. Pont. Max. magno Christianæ Reipublicæ bono gloriose, feliciterque dominatur? qui non solum auctoritate, ac benignitate, sed etiam, quod semper rarum fuit in Viris Principibus, exemplo bonarum artium omnium studia promouet. Leonis Allatij de Ioanna Papissa fabula Commentationem nuper editam, doctam Iupiter, & laboriosam, magna mea cum voluptate re-*

relegi, Auctoris eruditionem ac diligentiam admiratus. Certe fuit operæ pretium Romanæ Ecclesiæ calumniatores, etiam ab ipsis hostibus, quod egregie præstitit Allatius, sumptis argumentis conuincere. Quare doctæ huic Commentationi Dauidicum illud meo iudicio ἐπιφωνήσειεν ἄν τις δικαίως יִסָּכֵר פִּי דוֹבְרֵי שָׁקֶר*. Gratias igitur tibi maximas ago, Præsul Reuerendissime, quod mihi eam legendi copiam feceris. Vale.*

FORTVNIVS LICETVS
Eidem.

Leo Allatius, Reuerendissime Domine, secundo Maximi Pontificis Vrbani VIII. spiritu nixus, & mira sua eruditione, summaq; iudicij solertia, ceu geminis intellectus alis, adeo sublime scandere potuit, vt celsissimum antiquitatis Olympum superauerit; ibique lectas in Ara Historicæ veritati dicata, densis ignorantiæ nubibus, ventosisque malitiæ turbinibus inaccessa, priscorum scriptiones non altero tantum anno, sed multis retro seculis exaratas ad nos tandem retulit incorruptas, quibus vt de Ioanna Papissa vulgatam aliquando famam vere fabulam esse conuincit, ita Leo mysticus interemit Hæreseos vrsam, quæ fidelem

ca-

canem contubernalem Valeriano dilacerare tentauerat. Vale ex Musæo nostro IV. Nonas Nouembris MDCXXX.

FRANCISCVS MOLINVS
Canonicus Patauinus.
Eidem.

Ioannis Papissæ fabulam, prauorum figmentum, Hæreticorum commentum semper recta iudicaui lance; tum quia illius temporis Scriptores, tam Catholici, quam Hæretici, de ea ne verbum quidem, sed fideli historica successione, Leoni IV. Benedictum III. Benedicto Nicolaum, Nicolao Adrianum &c. sufficiunt. Cum etiam mihi nunquam in animum inducere potuerim, Spiritum sanctum, qui de fide vniuersali astat Ecclesiæ contra Iesu Christi, & Dei institutum, hoc monstrum, & portentum in Ecclesiæ dedecus permisisse. Hinc Reuerendissime Domine, summa animi voluptate, spiritalique gustu diligenter perlegi, quæ abs te mihi missa sunt hac de re Leonis Allatij scripta. Vere Leo animalium principis Leonis ad instar inter omnes aurea corona, regalique sceptro donandus; vere Allatus, cum sese ad sublime super omnes euexerit. Dignum quæso mecum adiudica, vt de eo Ecclesia Romana, quam ex Hæreticorum sordibus, & squalloribus exemet,

met vindicauit, non vulgariter bene mereatur. Bene vale.. ex Laribus nostris III. *Nonas Nouembris MDCXXX.*

IOANNES THVILIVS
Humaniorum literarum in Gymnasio Patauino Professor.
Eidem.

Singulari voluptate legi Commentarium Leonis Allatij de Ioanna Papissa, doctum sane & elegantem, si quidquam aliud. Gratulor seculo nostro, quo Hæreticorum temeritas maxime sibi plaudit, eandem nouis telis configi, & profligari. Nam præter quam absurditas istius fabulæ ex pluribus patescit, nimirum, quod nemo Scriptorum eius temporis id memoriæ prodidit, a recentioribus autem dubio vestigio tactum sit; quod Moguntinus simul, & Anglus iste Ioannes fuisse fertur, cum Moguntia toto Orbe, vt sic dicam, ab Anglia diuisa sit: præter quam quod grauidam fingunt, iam senio effœtam, & si quæ sunt alia omnibus nænijs anilibus leuiora, quæ iam pridem sublimium ingeniorum calamo fuerunt explosa: solidum nobis iste Commentarius suggerit argumentum ab ipsis aduersarijs desumptum, qui si hoc delirum figmentum veritatis aliquid habuisse comperissent, bone Deus, quam illi albis equis

trium-

triumphassent, & Pontificiam auctoritatem temerario ausu conculcassent, præsertim Photius ille Græcorum Schismatum antesignanus. Verum hac de re latius tecum disserere non patitur tua doctrina, nec præsumit mea modestia, ne videar aquam in mare. Interim habeo gratias, quod me tam iucunda lectione non indignum iudicaueris. Vale Vir eruditissime & Reuerendissime. Patauij ex Musæo meo.

MARTINVS SANDELLIVS
Patauinus Philosophiæ Professor,
Eidem.

Commentationem Leonis Allatij de Ioanna Papissa fabula ab humanitate tua mihi commodatam, Reuerendissime Domine, legi, ac relegi pari animi voluptate, & Auctoris admiratione; qui in eo argumento adeo feliciter est versatus, vt vel ab hostibus ipsius veritatis extorserit veritatem, & tam veterum, quam recentiorum Hæreticorum calumnias meridiana luce effecerit clariores. Agit enim, vt dicitur, signatis tabulis, & ita annorum, ac Pontificum ducit rationem, vt plane stupidus sit, qui ex ipsamet supputatione, fucum factum bonis Auctoribus, non agnoscat. Multi sane in ea fabula refutanda cum laude versati sunt, quos Auctor ipse in calce disputationis recenset: ve-

rum eruditissimus Allatius mihi videtur huic operi coronidem imposuisse, atque omne, vt aiunt, tulisse punctum. Quod ipsum tibi optimo rerum æstimatori, & alijs viris doctissimis audio summopere probari. D.O.M. *Reuerendissimam Dominationem tuam ad Ecclesiæ Patauinæ bonum, & nobilissimæ familiæ tuæ ornamentum diutissime tueatur incolumem. Patauij ex meis ædibus* VIII. *Idus Nouembris, anno Christi* MDCXXX.

LAVRENTIVS PIGNORIVS
Eidem.

Percurri, vt tu imperasti, Commentarium Leonis Allatij, conscriptum aduersus imposturam male feriatorum quorundam, qui Ioannam, nescio quam, Papissam nobis obtrudere sunt conati. Is mihi adeo sapidus est visus, vt bis, terque regustare libuerit. Multos equidem vidi, qui idem argumentum tractauerunt, non sine laude: at vero qui adeo perite collimauerit, adhuc neminem. Ego sane gratulor Auctori, quem rogatum velim, vt ad huiusmodi conscriptiones conferat stylum, quo multis misere deceptis lux aliqua tandem veritatis affulgeat. Vale. Vir Reuerendissime, non sine insigni a me gratiarum actione. Domi.

IDEM

IDEM PIGNORIVS
LEONI ALLATIO. Romam.

Eruditissimus fœtus tuus literarius, Vir Reuerendissime, quem Antonius meus ad me transmisit, præter voluptatem, qua me ubertim affecit, illud etiam perfecit, vt eruditissimos viros, non huius nostri Italici cœli alumnos, compulerit, quod factum gaudeo in tui venerationem, cum amussitata veritatis indagatione. Argumentum pertractatum alijs, tu causa, & industria ista fecisti adeo tuum, vt nemo in posterum audeat sibi ne tantillum quidem arrogare. Reponat tibi Deus præmium, quod & homines non sero accurabunt. Quæso te, vt pergas strenue nostrum hoc seculum ditare aureis conscriptionibus, quas calamus parit iam olim consecratas immortalitati. Obsequium, studiumque Pignorij tui deferet tibi Antonius meus, tui admirator acerrimus, cui ego dedi in mandatis, vt te conueniat frequenter, pollicitus illi futuram consuetudinem tuam fructui, & laudi. bene vale Vir Reuerendissime, quem Deus bene fortunet. Patauij die XXVI. Nouembris MDCXXX.

FLAVIVS DE FLISCO,
Iano de Amico.

De Ioanna Papissa fabula disertam Commentationem ad te mitto, Amice, vere amicum, scio enim te diu Romanorum Pontificum historias perscrutatum esse, & quandoque Ioannis Baptistæ Platinæ incuriam, vt ita dicam, pace tua, ægre tulisse, qui inter sua monumenta aliquid de hac fabella delineauit. Habes nunc veritatem ex selectis auctoribus ab eruditissimo viro Leone Allatio accurate excerptam. Videbis malignam Hæreticorum impietatem non solum auctoritatibus, sed huius ingenio, & argumentis euersam, prostratam. Fateor me pluries hoc opusculum legisse, ita a te facturum arbitror, cum elocutionem, dispositionem, confutationem, & concinnitatem gustaueris. Vale.

FRANCISCVS MARINVS
Clericus Regularis
Ciuitatis Vincentiæ Præpositus.

Fabulam esse leuissimam, nullo roboratam argumento, de Ioanna Papissa Hæreticorum figmentum, Chimæram ostendit Leo Allatius. Vere Leo, Marianum Scotum, Sigibertum, Martinum Polonum ab Hæreticis pessime habi-

bi-

bitos, turpiter fœdatos, erudite, acute tuetur. Ipsos Hæreticos impostores fraude detecta adeo valide probat, vt monstri huius assertores confodiat, nec hiscere audeant.

IOANNES ARGOLVS ANDREÆ F. Antonio Bruno.

Gratulare mihi Brune, sodalis doctissime, Leo Allatius noster librum edidit paruum profecto, sed qui vel paruulus immortalitatem Auctori suo venari satis valeat. De antiqua illa Ioannæ Papissæ fabula, scias, actum est; Spectrum, quod Ecclesiæ obuolutare tamdiu visum, auditumque fuit; piaculo tandem veritatis cessit, oppressumque a se locum, quem imagine teterrima, terroreque Romanæ Sedis formidoloso pro Hæreticis suis tenebat, leuauit Leo Allatius, Græcorum nostri æui iuxta cognomen suum vere sal, cum larua luctatus, ecce vltra vulgi parœmiam non vile opus molitus est, vt qui assuetudine didicerat inanes imagines, & sine corpore vitas effringere, quique paullo antea Engastrimythum, seu ventriloquæ historiam Samuëlis ad Saulem referentis imaginem contra Origenem valide propugnaculo calami tutatus sit, nupera vero opella nihil Hæreticis formidolosius, aut Catholicis felicius obuenire poterat,

quam ut Idolon nempe, mulier scilicet sexu impotens, natura incapax supremus in templis Sacerdos, ac Pontifex creata monstrum immane, ingens, Pythia femella in tripode sedente monstruosius euanesceret. Mulier hæc Atalante instar plures cursores in stadio literarum defatigauerat, Hippomeni vero Allatio victam se præbuit. Miraberis cum leges, quæ tela contorqueat, quæ remittat in hostes suo telo iugulaturus annorum seriem laceratam mirum est, quomodo acu Chronica recomponat, effugiaque, ac latibula claudat aduersantibus suo Leonino, vt ait Plautus, cauo tutus ea arte, doctrinaque, vt & opinio apte hæreat; quodque velit absque controuersia, ac, vt fertur, diuina virgula consequatur. Fateor, vt colophonem laudi adhibeam, posse aliud aliquando facundius, copiosius, aut doctius a Leone isto tractari, nunquam gratius, nunquam vtilius. De eodem libello quid sentias expecto, licet nihil aliud, quam laudem, & commendationem Vale. meq; Gaspari de Simeonibus omnium horarum homini commenda. Habeo Gratijs tuis gratias, quod tu earum numero quartam e Suadæ medulla tui carminis progenitam adiunxeris. Vale iterum.

IO-

IOANNES BAPTISTA PASSERVS
Genua Patauinus.

Causam tueri nesciunt, nolunt, aut nequeunt Haretici, nisi aculeatis probris inuehantur in Orthodoxos, & proscindant genio, & ingenio indulgentes: imbecillitatis indicium. Nam sat est prostrasse Leoni. Monstrum de Ioanna Papissa, vel fabulam discerpit Leo Allatius, vt conuicijs abstineat, & Leonem agat. Feram interficere, ac triumphare tentarunt multi, sed frustra. Vni Leoni Allatio amarantina gloria, gloriosus triumphus.

Torserat in monstrum validus lethalia miles
Tela, sed irrisit vulnera magna ferox.
Sæpe resurgit ouans: fortem timet ecce Leonem,
Aggreditur, lacerat: ficta Ioanna perit.
Namque Leo superat fortissimus omnia monstra:
Parcit & inuictus: Præstat vtrumque Leo.

AVBERTVS MIRÆVS
In Chronico Belgico edito Antuerpiæ in fol. Anno 1636. pag. 184.

De Ioanna Papissa. Quin etiam Photius ipse, qui illa atate vixit nullo interiecto Leoni Benedictum, huic Nicolaum, tum Ioannem substituit, vt Leo Allatius accurate docet in sua Commentatione 1630. Roma edita.

SIL-

SILVESTER PETRASANCTA
In Caluiniano Verberone contra Andream
Riuetum cap. 30. pag. 415.
De Ioanna Papissa.

Prolixius confutare fabulam hanc, vt dixi, esset actum agere, cum Onuphrius Panuinus, Genebrardus, Baronius, Bernardinus, Serrarius, Alanus Copus, Sanderus, Miræus, Gretserus, Floremundus Remundus, Leo Allatius, Victorellus, & Scriptores alij complures eruditis suis Commentarijs detexerint eius imposturam, & vanitatem.

TOLDO CONSTANTINO
Protonotario Apostolico, e Presidente nel
Collegio de Nobili di Padoua.
Nel Poema intitolato, *Iudicio estremo*
nel Canto 10.

Che certo finta l'ha spirto mendace
Non nel suo original Martino inserta.
Suffrido che quel hebbe ancor viuace
Nelle proprie sue man, del ver n'accerta.
E'l dotto Allatio, che vn non men verace
Manuscritto letto ha fa fede aperta.
Come il testo è incorrotto, e'l margin netto
D'vn cotal mostro fauoloso inetto.

FERDINANDVS VGHELLVS
In Italia Sacra De Pontificibus Romanis
in Leone IV.

Sed fabulam Ioannæ egregie detexere Baronius in suis Annalibus, Leoque Allatius homo hoc doctissimo seculo eruditissimus in sua de Ioanna Papissa Fabula, Commentatione, ita vt hic haud pluribus verbis opus sit ad iugulandum turpissimum commentum.

IOANNES RHO
Mediolanensis S. I. P.
In Interrogationibus Apologeticis ad
Ioannem Baptistam Castaldum.
Interrogat. 4. pag. 69.

Hic enimuero mihi venit in mentem nobilis illius fabellæ, quam superiorum seculorum indiligentia progenitam, atque impio plausu a Sectarijs nouatoribusque exceptam Baronius, Bellarminus, virique alij oppido magni, & nuperrime Leo Allatius, eruditissimo edito libello profligarunt, de Ioanna Papissa.

FLORAVANTES MARTINELLVS
In Imagine B. Mariæ Virginis
vindicata.

Et si vniuersa Chronica, quæ sub Martini no-

nomine, vel typis, vel ſcripto circumfertur, ab integritatis ſuæ gradu deturbata aliorum imperitia, vel negligentia, & forte maleuolentia fuit, vt notauit Allatius in diſertiſſima Ioannæ Papiſſæ fabula.

MELCHIOR INCOFER S. I.
In Annalibus Eccleſiaſticis Regni Vngariæ Anno 879. p. 96.

Atque hinc erupit fabula de Ioanna Papiſſa, quam Marianus Scotus, Platina, alijque ex iſtis impudenter veri inſulſo figmento obtruſerunt. Sed plurimi doctiſſimi viri egregie confutarunt, quos inter recentiſſimus palmam extulit Leo Allatius multis eruditis lucubrationibus clarus, & plane ludos fecit, qui hinc Eccleſiæ Romanæ pueriliter officere ſe exiſtimant.

BARTOLDVS NIHVSIVS
In Hypodigmate in Præfatione. p. 11.

Sed hanc iſtorum hominum vitilitigationem pluribus excutimus, tum alibi, tum in editis ad Allatium de Papiſſa, noſtrumque Proſphonematicum, tum in Hypodigmate.

Idem ibidem sect. XLIII. Pag. 292.

Cuius tamen generis malignitas tua pluribus quoque detecta per nos non sciscitabulo solum, ac prologo belli Allatiani de Papissa alibique, verum & pastillo quo te locupletatum a me nosti, ut odorem tuis adspiret naribus.

IOANNES HENRICVS BOECLERVS
In Commentario de rebus seculi
a Christo nato IX. & X. per seriem
Germanorum Cæsarum.

Eos qui negauerunt Ioannam Papissam foeminam recenset, numeroque accedit Baronius: Adduntur Leo Allatius, & Dauit Blondellus.

CLAVDIVS SARAVIVS
Senator Parisiensis
Epistola ad Vincentium Fabrum scripta
Anno 1640. pag. 41.

De Salmasio. De primatu Papæ, prolixum opus mouet, centum puta, & amplius Quaternionum cum duabus Appendicibus de Antichristo, & de Ioanna Papissa, in priore Pontificios καὶ ἴσως τὸν πάνυ Γρώτιον: in posteriore Leonem Allatium, & Dauidem Blon-

Blondellum confutare studebit.

PHILIPPVS LABBÆVS S. I. Presbyter.

In Cenotaphio Ioannæ Papissæ. p. 838.

Leonem Allatium Chium, qui ex monumentis Græcis confutationem fabulæ illius edidit Romæ Anno 1630. *quam recudendam curauit Coloniæ anno* 1645. *Bartoldus Nihusius, adiunctis Prologo, Epilogo, & Telescopio.*

Pag. 913. *Quorum annis si adijcias Ioannæ Papissæ duos annos, menses quinque & dies quatuor non anni* 45. *sed* 47. *numerandi fuerant, vt ait Leo Allatius, qui etiam aduertit à primo Leonis anno, &c.*





LEO-

LEONIS ALLATII

Libri editi in Typographia S. Congregationis Fidei propagandæ.



I. DE *ætate, & interstitijs in Collatione Ordinum etiam apud Græcos servandis*, ad Cardinalem FRANCISCVM BRANCACCIVM. addita sunt eiusdem ALLATII Ode Pindarica, & Epigrammata VII. Græca in Assumptam DEIPARAM. 1638. in 8.

II. ORTHODOXAE GRAECIAE *Scriptores* NICEPHORVS BLEMMIDA, IOANNES VECCVS *Patriarcha Constantinopolitanus*, PETRVS *Episcopus Mediolanensis* GREGORIVS PACHYMERES, ESAIAS CYPRIVS, IOANNES ARGYROPYLVS, GREGORIVS *Protosyncellus Patriarcha Constantinopolitanus*. GEORGIVS TRAPEZVNTINVS, IOANNES PLVSIADENVS, HILARIO *Monachus*, *De Processione Spiritus sancti a Patre, & Filio*. NICETAE BYZANTII Philosophi, & Magistri *Refutatio Epistolæ scriptæ ab Armenorum Principe*, qua fidem Catholicam, & Chalcedonensem Synodum criminabatur, & alijs. Tomus primus. LEO ALLATIVS nunc primum e tenebris eruit, & Latine vertit, ad Cardinalem ALOYSIVM CAPPONIVM. Addita est, de GREGORIO PALAMA Archiepiscopo Thessalonicensi in numerum Sanctorum a nonnullis Græcis adscito *Græcorum* sententiæ. nec non GREGORII ACINDYNI, *de Hæresibus Palamæ Carmen*. 1652. in 4.

III. ORTHODOXAE GRAECIAE *Scriptores*, IOANNES VECCVS *Patriarcha Constantinopolitanus*, CONSTANTINVS MELITENIOTA *Chartophylax*, GREGORIVS METOCHITA *Diaconus magnæ Ecclesiæ*, MAXIMVS CHRYSOBERGA *De Processione Spiritus sancti*, & alijs. ad Eminentissimum Cardinalem FLAVIVM GHISIVM S.R.E. Bibliothecarium, Tomus Secundus, LEO ALLATIVS nunc primum e tenebris eruit, & Latine vertit. 1659. in 4.

IV.

IV. *De vtriusque Ecclesiæ* ORIENTALIS *atque* OCCIDENTALIS *perpetua in dogmate de Purgatorio consensione*, ad ALEXANDRVM VII. Pont. Opt. Max. Addita sunt. Eiusdem *Epistola ad* IOANNEM CHRISTIANVM *de* BOINEBVRG, *De perpetua Ecclesiæ* ORIENTALIS *atque* OCCIDENTALIS *tum in dogmate, tum in Ritibus consensione*. Ad BARTOLDVM NIHVSIVM Epistola secunda *De communione Græcorum sub vnica specie, & De textu Machabæorum De Sacrificio pro mortuis*, & *textum Græcum dicere, quod exprimit textus Latinus*. EVSTRATII *Constantinopolitani De Animabus separatis*, IOANNIS VECCI *Patriarchæ Constantinopolitani ad Sugdeæ* THEODORVM *liber tertius, de causa schismatis*, Græce, & Latine eodem ALLATIO Interprete, 1655. in 8.

V. Carmina Græca, in CHRISTINAM *Suecorum Reginam* Ibidem in 4. 1656

VI. S. METHODII *Episcopi, & Martyris* CONVIVIVM *decem Virginum*, siue, *De Castitate*, ad ALEXANDRVM VII. Pont. Opt. Max. LEO ALLATIVS hactenus non editum primus Græce vulgauit, Latine vertit, NOTAS, & DIATRIBAM *De Methodiorum scriptis*. 1656. in 8.

VII. *Vindiciæ Synodi* EPHESINAE, *&* S. CYRILLI *De Processione ex Patre & Filio Spiritus sancti*. 1659. in 8.

VIII. *Enchiridion De processione Spiritus sancti*, Lingua Græcorum vernacula. 1658. in 12.

IX. *De Symbolo* S. ATHANASII lingua Græcorum vernacula. Ibidem. in 12.

X. IOANNES HENRICVS HOTTINGERVS *Fraudis, & impostura manifestæ conuictus* a LEONE ALLATIO. 1661. in 8.

XI. LEONIS ALLATII *De Octaua Synodo* PHOTIANA. Adnexa est eiusdem IOANNIS HENRICI HOTTINGERI *Disputationis Apologeticæ De Ecclesiæ Orientalis, atq; Occidentalis tam in Dogmatibus quam in Ritibus dissensus*, & IVVENIS VLMENSIS *Exercitationis Historico-Theologicæ de Ecclesia Græcanica hodierna*, REFVTATIO. 1662. in 8.

